Josephi Remij

TRACTATVS DE IVRE REGALIORVM CONTINENS 58. PRIVILEGIA.

Autho. Arnul. Ruzæo In ſuprema Pariſien. curia Conſiliario

Eiuſdem (63. quæſtiones ad Iuris Regaliæ intelligentiam, quæ in ſupremo parlamento curiæ, areſtis firmatæ.

Opera quidem Do. P. Probi Biturici, ſacrorum Canonum Doctoris: & in ea ſuprema Curia aduocati.

Etiam Tract. duo ad eiuſdem iuris Regaliæ cognitionem, non minus vtiles, quàm neceſſarii,

Primus continet altercationem ratione Iuriſdictionum inter Do. eccleſiæ Gallicanæ prælatos, & Do. regni Franciæ temporale ortam, ac coram Rege per M. Petrum de Cugneriis, parte dictorum Do. temporalium prepoſitam. Do. Petro Bertrandi pro ipſis dominis prælatis reſpondente.

Secundus ipſarum Iuriſdictionum originem amplectitur, Vnáque, an alteri ſubſit.

Cum indice copioſiſſimo.

PARISIIS,

Apud Ioannem Par[illegible] via Iacobea.

M. D. LXXX[illegible]

¶Reuerendiss. in Christo pat. domi. Do. C. à Longo vico, sacrosanctæ Rom. eccle. Cardi. Episco. duci Lingo. Galliarum pari. S.

Solent qui pricipibus uiris, aut suas, aut amicorũ lucubrationes nuncupant, Pater reuerẽdiss. mox ab initio cumulatiore laudum cõmemoratione testari, quàm propẽso, ac penè deuoto erga illos sint animo. Verùm lõgè alia mihi mẽs est. Quãdoquidem nominis tui splendor, & dignitas multorum sermone ita percrebuit, adeoque tam multis in ore est, ut encomiastem non desideret. Cæterum quo in te sim animo, malim re ipsa si modo id possem, quàm scripto comprobes. Ea igitur erit breuiss. epistolæ ratio. Opus Regaliorum pridem à se (ut scis) conscriptũ paucis ante mortẽ diebus recognouerat Arnulphus Rusæus uir eius quàm nosti doctrinæ & iudicii. Adeoque paucis ut labori opere uixdum perfecto sit immortuus. Eam autem recognitionẽ sic dissolutam, nulloque scriptam ordine reliquit, ut sybillæ folia regere facilius fuerit: ideoque nõ erat animus in publicũ ut prodiret, nisi illam à doctiss. uiris (qui Rusæi uigilias easdẽmque studiosis omnibus, ut dicebant utiles & necessarias perire dolebãt) desiderari cognouissemus. Necessarias inquam, ut quæ argumẽtum non tam frequẽs (& si frequentiss.) & quotidianũ, quàm nullo tractatũ loco continerent. Illis igitur ut pareremus, in lucẽ huiuscemodi recognitio (cui eiusdẽ authoris de cõmendis perutilẽ tractatum adiecimus) quasi posthuma, tuóque magis, quàm suo nomine tuta prodit. Hanc enim tibi (cui primã editionẽ dicatã non displicuisse intelleximus) nuncupamus, non quo tibi splendorẽ ullum adferat, sed ut suo orba parente tutorẽ te habeat, illámque tua fauore ab inuidorum iniuria (quibus omnino nihil placet) sartã tectã cõserues, & defendas futurũ, ut si tibi probari lector cognouerit, nõ facilè à tuo iudicio tam recto & limito discedat. Bene uale Lutetiæ, Cal. Februarii, anno. 1542.

¶Summaria priuilegiorum Regaliæ.

1 SEdes de iure & de facto debet eſſe repleta, aliàs ſuccedit Regaliæ apertura.

2 Donec Regalia ſuũ plenariè fuerit ſortita effectum ad Regem reddit, per quaſcunque manus etiam ambulauerit.

3 Beneficium quocunque tempore commendatum, cadit in Regalia.

4 Regalia in arca retenta primò non ſuffragatur, nec ſecundò Regaliſtæ refragatur.

5 Impetrans ab ordinario ſi lite pendente deceſſerit, vel ceſſerit, Regaliſta in voce, iure, & emolumentis beneficii ponitur, perinde ac ſi impedimẽtum fuiſſet nullum.

6 Regaliſtam non impedit capitulum, quin teneatur illum recipere, eſto quòd capitulo de iniuſtitia & defectu tituli appareat.

7 Regalia eſt fauorabilis & gratioſa, nõ requirens expreſsionem qualitatum impetrantis, quæ mouent principẽ ad cõcedendũ, vel non illico cõcedendũ.

8 Beneficium licet in prima fundatione eccleſiæ non fuerit erectũ, ſed poſtea inſtitutũ, cadit in Regalia.

9 Beneficia in Regalia exiſtentia, Papa iure præuẽtionis non confert.

10 Beneficia ante iuramentum fidelitatis præſtitum vacantia, etiam poſt datam adminiſtrationẽ, ſunt ſub Regalia.

11 Ius Regaliæ per regem remitti poteſt.

12 Rex aperta Regalia delinquentium, non expectata priuationis ſententia, conferre poteſt beneficia.

13 Per promotionem Epiſcopi ad Cardinalatum aperta

ta

ta est Regalia.

14 Promotio ad Papatũ Regaliæ operatur aperturam.

15 Regalia extenditur ad matricularias, & alia inferiora beneficia.

16 Iura Regaliorum non possunt transmitti, tanquam coronæ incorporata & annexa.

17 Collationes Regaliæ debent fieri sub vera data, nõ sub retroactiua vel antidata.

18 Dispensatio electi cõfirmati, vt priora retinere possit beneficia, non impedit Regaliæ aperturam: esto quod ante tẽpus de cõsecrãdis se cõsecrare fecerit.

19 Regalista duplicato potest vti titulo ad ius suum cõfirmandum.

20 Excommunicato denunciato si facta est beneficii collatio, aperta Regalia, Rex iure Regaliæ beneficium illud potest conferre.

21 Per acceptationem secundæ præbendæ vacat prima præbenda in Regalia coll..a, & ad Regẽ reuertitur.

22 Si ante aperturam Regaliæ beneficium vacat, & tẽpore aperturæ Regaliæ adhuc vacãs reperitur, rex iure Regaliæ confert.

23 Decretum de triennali possessore in possessorio, nec petitorio molestando, nõ habet locum in Regalia.

24 Iure Regaliæ præbenda ecclesiæ cathedralis confertur minori.14.annis.

25 Papa per dispensationem incompatibilium beneficiorum, in præiudicium iuris Regaliæ non habilitat obtinentem.

26 Cognitio & determinatio collationum beneficiorũ in Regalia vacaturorũ, ad curiam parlamenti spectat priuatiuè.

27 Rex etiam per cõcessionem clausulam decreti irri-

A 1

Josephi [illegible]

TRACTATVS DE IVRE REGALIORVM CONTINENS 58. PRIVILEGIA.

Autho. Arnul. Ruzæo In ſuprema Pariſien. curia Conſiliario

Eiuſdem (63. quæſtiones ad Iuris Regaliæ intelligentiam, quæ in ſupremo parlamento curiæ, àreſtis firmatæ.

Opera quidem Do. P. Probi Biturici, ſacrorum Canonum Doctoris: & in ea ſuprema Curia aduocati.

Etiam Tract. duo ad eiuſdem iuris Regaliæ cognitionem, non minus vtiles, quàm neceſſarii,

Primus continet altercationem ratione Iuriſdictionum inter Do. eccleſiæ Gallicanæ prælatos, & Do. regni Franciæ temporale ortam, ac coram Rege per M. Petrum de Cugneriis, parte dictorum Do. temporalium prepoſitam. Do. Petro Bertrandi pro ipſis dominis prælatis reſpondente.

Secundus ipſarum Iuriſdictionum originem amplectitur, Vnáque, an alteri ſubſit.

Cum indice copioſiſſimo.

PARISIIS,

Apud Ioannem Parant, via Iacobea.

M. D. LXXX[illegible]

¶Reuerendiss. in Christo pat. domi. Do. C. à Longo vico, sacrosanctę Rom. eccle. Cardi. Episco. duci Lingo. Galliarum pari. S.

Solent qui prĩcipibus uiris, aut suas, aut amicorũ lucubrationes nuncupant, Pater reuerẽdiss. mex ab initio cumulatiore laudum cõmemoratione testari, quàm propẽso, ac penè deuoto erga illos sint animo. Verùm lõgè alia mihi mẽs est. Quandoquidem nominis tui splendor, & dignitas multorum sermone ita percrebuit, adeóque tam multis in ore est, ut encomiastem non desideret. Cæterum quo in te sim animo, malim re ipsa si modo id possem, quàm scripto comprobes. Ea igitur erit breuiss. episto. ratio. Opus Regaliorum pridem à se (ut scis) conscriptũ paucis ante mortẽ diebus recognouerat Arnulphus Rusæus uir eius quàm nostri doctrinæ & iudicii. Adeóque paucis ut labori opere uixdum perfecto sit immortuus. Eam autem recognitionẽ sic dissolutam, nulloque scriptam ordine reliquit, ut sybillæ folia regere facilius fuerit: ideoque nõ erat animus in publicũ ut prodiret, nisi illam à doctiss. uiris (qui Rusæi uigilias easdẽmque studiosis omnibus, ut dicebant utiles & necessarias perire dolebãt) desiderari cognouissemus. Necessarias inquam, ut quæ argumẽtum non tam frequẽs (& si frequentiss.) & quotidianũ, quàm nullo tractatũ loco continerent. Illis igitur ut pareremus, in lucẽ huiuscemodi recognitio (cui eiusdẽ authoris de cõmendis perutilẽ tractatum adiecimus) quasi posthuma, tuóque magis, quàm suo nomine tuta prodit. Hanc enim tibi (cui primã editionẽ dicatã non displicuisse intelleximus) nuncupamus, non quo tibi splendorẽ ullum adferat, sed ut suo orba parente tutorẽ te habeat, illámque tua fauore ab inuidorum iniuria (quibus omnino nihil placet) sartã tectã cõserues, & defendas futurũ, ut si tibi probari lector cognouerit, nõ facilè à tuo iudicio tam recto & limito discedat. Bene uale Lutetiæ, Cal. Februarii, anno. 1542.

¶Summaria priuilegiorum Regaliæ.

1 SEdes de iure & de facto debet eſſe repleta, aliàs ſuccedit Regaliæ apertura.

2 Donec Regalia ſuũ plenariè fuerit ſortita effectum ad Regem reddit, per quaſcunque manus etiam ambulauerit.

3 Beneficium quocunque tempore commendatum, cadit in Regalia.

4 Regalia in arca retenta primò non ſuffragatur, nec ſecundò Regaliſtæ refragatur.

5 Impetrans ab ordinario ſi lite pendente deceſſerit, vel ceſſerit, Regaliſta in voce, iure, & emolumentis beneficii ponitur, perinde ac ſi impedimẽtum fuiſſet nullum.

6 Regaliſtam non impedit capitulum, quin teneatur illum recipere, eſto quòd capitulo de iniuſtitia & defectu tituli appareat.

7 Regalia eſt fauorabilis & gratioſa, nõ requirens expreſsionem qualitatum impetrantis, quæ mouent principẽ ad cõcedendũ, vel non illico cõcedendũ.

8 Beneficium licet in prima fundatione eccleſiæ non fuerit erectũ, ſed poſtea inſtitutũ, cadit in Regalia.

9 Beneficia in Regalia exiſtentia, Papa iure præuẽtionis non confert.

10 Beneficia ante iuramentum fidelitatis præſtitum vacantia, etiam poſt datam adminiſtrationẽ, ſunt ſub Regalia.

11 Ius Regaliæ per regem remitti poteſt.

12 Rex aperta Regalia delinquentium, non expectata priuationis ſententia, conferre poteſt beneficia.

13 Per promotionem Epiſcopi ad Cardinalatum aperta

ta

ta eſt Regalia.

14 Promotio ad Papatũ Regaliæ operatur aperturam.

15 Regalia extenditur ad matricularias, & alia inferiora beneficia.

16 Iura Regaliorum non poſſunt tranſmitti, tanquam coronæ incorporata & annexa.

17 Collationes Regaliæ debent fieri ſub vera data, nõ ſub retroactiua vel antidata.

18 Diſpenſatio electi cõfirmati, vt priora retinere poſſit beneficia, non impedit Regaliæ aperturam: eſto quod ante tẽpus de cõſecrãdis ſe cõſecrare fecerit.

19 Regaliſta duplicato poteſt vti titulo ad ius ſuum cõfirmandum.

20 Excommunicato denunciato ſi facta eſt beneficii collatio, aperta Regalia, Rex iure Regaliæ beneficium illud poteſt conferre.

21 Per acceptationem ſecundæ præbendæ vacat prima præbenda in Regalia colla.a, & ad Regẽ reuertitur.

22 Si ante aperturam Regaliæ beneficium vacat, & tẽpore aperturæ Regaliæ adhuc vacãs reperitur, rex iure Regaliæ confert.

23 Decretum de triennali poſſeſſore in poſſeſſorio, nec petitorio moleſtando, nõ habet locum in Regalia.

24 Iure Regaliæ præbenda eccleſiæ cathedralis confertur minori.14.annis.

25 Papa per diſpenſationem incompatibilium beneficiorum, in præiudicium iuris Regaliæ non habilitat obtinentem.

26 Cognitio & determinatio collationum beneficiorũ in Regalia vacaturorũ, ad curiam parlamenti ſpectat priuatiuè.

27 Rex etiam per cõceſsionem clauſulam decreti irri-

tantis continentem,non cõcedit Delphino potestatem conferendi beneficia,quo minus eius prouisio sit valida.

28 Rex aperta Regalia iure Regaliæ confert præbendam vnitam vel suppressam.

29 Regalista an teneatur facere mentionem de beneficiis,aliàs iure Regaliæ obtentis.

30 Rex aperta Regalia facit fructus suos à radice pendentes,nec stare tenetur colonis per prælatũ defunctum positis.

31 Constitutiones Apostolicæ, ecclesiarúmque statuta non refragantur, quo minus rex iure Regaliæ pro libito voluntatis vtatur.

32 Resignatio facta in fauorem certæ personæ & non aliàs,non facit quo minus rex aperta Regalia alteri conferre possit.

33 Collatio regis potest sub conditione fieri, quando ignoratur quo tempore vacatio occurrit.

34 In translatione episcoporum, vel archiepiscoporum,non censetur aperta Regalia, nisi à die præstiti consensus translati.

35 Regalia an dicatur aperta per feloniam,aut apertam rebellionẽ in principem per prælatum factam.

36 Regalia semel aperta semper durat, donec prælatus actualiter iuramẽtũ fidelitatis regi p̃stiterit: quod etiã præstat tutori si rex.in infantia cõstitutus sit.

37 Rex recipit fidelitatis iuramẽtum per suos ambassiatores in curia Roma.existentes,dico à prælatis in ea curia prouisis.

38 Licet in Regalia patientia,seu regis sufferentia homagio & fidelitati æquipolleat,quódq; quo ad fructus percipiendos prosit prælato,non tamen quo ad

beneficiorũ

beneficiorum collationes in Regalia prodest.
39 Rex aperta Regalia omnia beneficia ad collationẽ dignitatis existentia, etiã extra ciuitatem consisten tia, exceptis ecclesiis parochialibus confert.
40 Rex iure Regaliæ cõfert ecclesias parochiales præbendis annexas.
41 Per translationem episcopi ad alium episcopatum, prout per episcopi obitum, aperitur Regalia.
42 Beneficia in Regalia, nisi à triginta annis citra possunt impetrari.
43 Fidelitas & homagiũ, etiã de expressa regis voluntate per procuratorẽ prælati facta, non impediũt quo minus beneficia dicantur vacare in Regalia.
44 Aperta Regalia collatio papæ medio resignationis facta, est nulla.
45 Appositio sigilli regii, & subscriptio secretarii in. 2. collat. non refragatur collationi primæ iure Regaliæ obtentæ, licet illa non fuerit sigillata, aut in scriptis redacta
46 Concursus duarum collationum iure Regaliæ eadem die factarum, non operatur nullitatem illius, quæ primo reperietur facta loco.
47 Nominatio regis ex priuilegio ad episcopum facta, non operatur, quo minus rex aperta Regalia iure Regaliæ primo loco conferre possit.
48 Apostolicum indultũ de non consecrandis episcopis infra tempus iuris, non facit quo minus eo lapso tempore vacent in Regalia.
49 Rex iure Regaliæ cõferens, naturã & qualitatẽ beneficiorũ ĩ fundatione appositas insequi tenetur.
50 Omissio narrationis defectus natalium in collatione iure Regaliç facta, nõ facit ꝙ collatio sit nulla, si

ſuper hoc impetrans per prius diſpenſatus reperitur.

51 Capellanias,& alia ſimplicia beneficia in hoſpitalibus exiſtentia,Rex iure Regaliæ confert.

52 Beneficia ad decanum,& capitulum,ac Archidiaconum,ſiue coniunctim,ſiue diuiſim ſpectantia,non comprehenduntur ſub iure Regaliæ, ſed tantùm illa quæ ad Epiſcopum ſede vacante ſpectant.

53 Aperta Regalia an Rex penſionem ſuper fructibus dignitatis reſeruatam pẽſionario ſoluere teneatur.

54 Receptores,& alii officiarii Regalia durante deputati,non alienant animalia, & alia mobilia in locis dignitatum exiſtentia.

55 Cuſtodes Regaliorum vacante ſede decimas authoritate Regis recipere non poſſunt,ſed illas ſucceſſori reſeruare tenentur.

56 Cuſtodes Regaliorum,durante Regalia nõ poſſunt arbores cæduas cædere, neque viuaria prælaturæ piſcari.

57 Rex durante Regalia non tenetur præſtare quæ miniſtrare conſueuit Epiſcopus.

58 Vt Prælatus poſt præſtitum fidelitatis iuramentum vti temporalitate, & beneficia conferre poſsit,aut valeat, requiritur quòd actualis & realis fiat traditio temporalitatis per officiarios ad dictam temporalitatem regẽdam deputatos, nec ſufficit quòd leuetur manus Regis per gentes compotorum.

¶ Summariorum finis.

E

¶Index Tractatus iuris Regaliorum.

C

S

FINIS.

Summarium primæ partis Præfationis.

1 *Ius Regaliorum est species excellentior, q̃ iuris patronatus.*
2 *Conseruatio prærogatiuarum, & priuilegiorum coronæ Franciæ, est exaltatio illius, & stabilimentum.*
3 *Quo iure & titulo Francorum Reges ius Regaliæ sibi uendicarunt.*
4 *Ioannes Monachi fuit Vicecãcellarius Bonifacii papæ octaui.*
5 *Ius Regaliorum tam à iure diuino, quàm à Pontificio, & sacris Conciliis processit.*
6 *Reges Francorum appellantur protectores & deffensores, ac patroni ecclesiarum cathedralium.*
7 *Si inferiores fundatores habent ius præsentandi, à fortiori principes, ratione dotationis habere debent ius conferendi, ratio subicitur, nume. 8.*
9 *Ius Regaliorum fuit approbatum in concilio Lugdunen. cui præfuit Gregorius papa decimus.*
10 *Rex est in quasi possessione percipiendi ius Regaliorum.*
11 *Ius Regaliæ fuit per multos summos Pontifices approbatum.*
12 *Sanctus Ludouicus dando appanagium fratri suo Carolo, reseruauit sibi ius Regaliæ, prout & alii Reges eius successores.*
13 *Cognitio & determinatio collationum iure Regaliæ factarum, curiæ parlamenti Parisien. committitur, tam in possessorio quàm in petitorio.*
14 *Pluribus modis ius Regaliæ Regi competit.*
15 *Patronus tempore fundationis onus ecclesiæ imponit.*
16 *Collationes sunt in fructu, prout præsentationes & electiones.*
17 *Rex erigendo uel fundando ecclesiam, uidetur tacitè ius Regaliæ sibi retinere.*
18 *Nemo potest facere quin intra in sua dispositione locum habeant.*
19 *Si ius conferendi, aut præsentandi non fuit reseruatum, eccle-*

sia libera præsumitur ab omni iure patronatus.

20 *Post aduentum Christi, translato sacerdotio, legis facta est translatio.*

21 *Imperator non est patronus Romanæ ecclesiæ, sed aduocatus & deffensor.*

22 *Ius conferendi non est sua natura mere spirituale, sed ratione unionis.*

23 *In primitiua ecclesia prælati erant fundati de iure communi, quo ad collationes beneficiorum.*

REgalia Græcorum more neutro genere & plurali numero in antiquis monumẽtis nũcupabantur, quam Regaliam numero singulari nunc appellamus, verbo ab errore vsurpato, sicuti euangelia Græci vocant. Testatur Marcus Cicero ad Atticum, & Plutarchus in vita Demosthenis, inquiens, quòd audita Philippi morte, Athenienses euãgelia sacrificauerunt pro felici & iucundo nũcio. Idque confirmat illustris Græcæ disciplinæ princeps ætate nostra Budæus inter annotationes Pãdectarum, sub titulo de Officio præfecti prætorio.

Quod ius Regaliorum, quàm illustre, quanque excellẽs sit, declarant Ioan. Monachi. & Archidiac. in. c. generali. de electio. in 6. Quod ius Regaliorum est species excellẽ-
1 tior,* quam iuris patronatus: eo quòd percipit Rex sede episcopali vacante, id quòd perciperet Episcopus sede repleta. illud est ius inter præcipua iura coronæ, quod censetur dignissimum, quod Reges Francorum hactenus sibi vendicauerunt in bonis & patrimoniis spiritualibus & temporalibus pontificum, dum alter in locum demortui ciuiliter vel naturaliter substituatur, & iureiurando in verba principis adigatur: quod sacramẽto rogare Quintilianus appellat. Nos autem sacramẽtum fidelitatis vocamus.

Verum quia non minus pulchrè quàm eleganter refert Innocentius tertius ad Philippum Francorum Regem Augustum in.c.nouit in parte decisa.de Iudiciis,* quòd 2
conseruatio prærogatiuarum & priuilegiorũ coronæ Frãciæ est exaltatio illius, & stabilimentum ipsius:idcirco illud ius Regaliorum egregium, & nobile, quod hactenus parum innotuit, licet in Palatiis frequentius versetur, pro viribus interpretandum decreui.

In primis igitur quærendum est, * quo iûre & titulo Frã 3
corum Reges vacantibus ecclesiis cathedralibus & metropolitanis collationes beneficiorum,& patrimonia temporalia pontificum sibi vendicarunt in ipsis ecclesiis, donec sacramento fidelitatis sint ipsi Pontifices principi adapti. Quæ quæstio & controuersia orta est temporibus Bonifacii octaui,& Philippi quarti cognomine pulchri quõdam Francorum Regis, dicente Bonifacio, quod collationes beneficiorum sunt merè spirituales,quæ ad principes tanquam laicos pertinere non debent. Econtrario Philippo asserente illud ius Regaliorum ad Reges Frãciæ tanquam ad legitimos totius Christianitatis protectores spectare.in qua quæstione variæ fuerunt sententiæ & opiniones, ita quòd refert Ioan.Andreæ post Io.mo.ibi.nu.3.in cã.2.& de Præbendis,in 6.quòd hæc materia fuit tractata & vẽtilata in curia Romana temporibus Nicolai tertii per excellentissimos viros totius Italiæ.

Hanc quæstionem tetigit Archidiaconus in.c.imperiũ. 10.distinct.loquens de Regalibus Regum Franciæ & Angliæ,præsertim in Normania,qui habent potestatem conferendi vacantibus ecclesiis. Eãdem quæstionem format Speculator in tit.de Legato.§.nunc tractemus.versiculo, sed nunquid legatus.vbi in indiuiduo facit mẽtionem de quadam Præbenda in ecclesia Laudunensi, quam habebat

Nicolaus Papa ante suam promotionem,& eã nepoti con tulerat:sed eam postmodum Rex contulit,& obtinuit.Idẽ Speculator in tit.de Præbend.in.§.restat.in versi.item nota.& ibi Ioan. Andr. in additio. ad eum in glo. super hoc fuit sic receptum, dicens quòd tale ius vendicant sibi Reges Franciæ & Angliæ in ecclesiis vacantibus,& quòd in hoc Reges sunt antiquo iure defendendi.

Idem tractat Speculator in titulo ne sede vacante.in vltima col.ibi,item etiam Reges,subiiciens quòd Rex percipit fructus & collationes beneficiorum sede vacante,sicut facit illustris Rex Franciæ in ecclesia Carnotẽsi,cuius ipse Speculator decanatum obtinebat.

Istud idem format glo.& Iacobus Aluarotus in.c.vnico, qui feudum dare possunt.Hanc eandem materiam tractat dominus Antonius Corsetus in tractatu de potestate & excellentia Regia,in quæstione quinquagesimaprima, quærens quæ sunt iura & bona Regaliorum.

Et nouissimè approbatum est in consilio Basilien.§. item quòd dicta.in titulo de annatis.in prag.sanct. Et ibi glo.super verbo Regaliæ.Et licet Arch.in dict.c.imperiũ. 10.distinctione,dicat quòd ius Regaliorũ non est nisi quædã vsurpatio quam vẽdicauerũt sibi Reges ex tollerãtia & dissimulatione summorũ Põtificum,& idem repetit in ca. Adrianus 63.distinctio.idem Ioan. Monachi in.d.c.2. de præb.in 6. quos secuti sunt multi doctores.Idẽ Ioã.And. in additio.ad Speculato. super illo versiculo, sed nunquid legatus.in titulo de legato.§.nunc tractemus. Quæ tamẽ opinio Ioãnis Monachi tanquã suspectissima & à domo
4 aduersarii ꝓcedẽs,teneri nõ debet. * Quippe qui vicecãcellarius Bonifacii octaui,& ab eo creatus Cardinalis erat: vt testatur idẽ Ioan.Monachi saltem de vicecancellariatu in.c.is cui.de Sentẽ.excõmunicatio.in 6.vbi Probus id fir-

mat, qui Papa Bonifacius contra dictum Philippum Augustum Frācorum Regem super iure Regaliorum diutius concertauit, vt recitat Philip. Parisiensis in tracta. de potestate ecclesiastica.

Vltrà superiùs allegata. Reperio quòd de iure hoc Regaliorū meminit Guillermus Benedicti præses Tholosanus in repetitione. c. Raynutius. super verbo vxorem nomine Adelasiam. numero 369. de testa. subiiciens quòd Franci contendunt nihil ipsis peculiarius esse inter iura coronæ, quàm istud illustre & excellens ius Regaliorum, cœlitus Francorum Regibus concessum. Et quòd hoc successit in locum inuestituræ Præsulum, quam retractis annis Adrianus Pontifex maximus Regibus contulit. c. Adrianus. 63. distinct. hoc idem tetigit & enucleat Stephanus Auffrerii in tractatu de Potestate seculariū, super ecclesiasticas personas in 2. regul. & 25. fallentia vbi copiosè multa adducit pro cōfirmatione istius iuris Regaliorū, & eadem iura accumulat Fel. in. c. significauit in primis verbis super illo passu, quòd comitissa Flandrensis, sex præbendas sacerdotales contulerat. de Testib. & ante eos Henric. Bohic. gallus & Parisien. doctor. in cap. præterea, el. primo. de iur. patro.

Verum vt hæc iniuriosa interpretatio à calumniis horū expurgetur, Ego saluo meliori iudicio probare conabor,* 5
hoc illustre Regaliorum ius tam à iure diuino & Pōtificio quàm à sacris conciliis profectum, neque vsurpatum.

Primò enim legimus in veteri testamento, quod Rex Israël electus à domino & inunctus, defficiente sacerdote fungebatur plerunque ministerio Pontificis, etiā ad præficiendos ministros, vt scriptū est de Dauide, primi Paralipomenon. c. 24. vbi Dauid Rex. 24. ministros præposuit. Idem de Salomone. 3. Regum. c. primo, & de Iuda Maca-

bæorum.8.c.Macabæorum.Et est textus Isidori in.c. cleros.circa medium 21.distinctio.

Vnde si in lege antiqua hoc fiebat: à fortiori in lege gratiæ, in qua Reges Francorum Christianissimi ecclesias cathedrales tot annuis prouentibus locupletarunt, & ornamentis decorarũt: & propterea appellantur protectores &
6 defensores ecclesiarum cathedralium, * vt egregiè dicit Archid.in.c.lectis.63.distinctio.quod Reges sunt patroni ecclesiarum cathedralium.sequitur Bal.in.c.quãto. extrà de Iudiciis.

Secũdò comprobatur istud ius Regaliorum ex antiquis decretalibus summorum Pontificum.primò per tex.in ca. cum inter vos.in parte decisa de Consuetudine, loquentẽ de Rege Angliæ, qui occupabat Normaniam & comitatũ Cenomanen.qui conferebat Præbẽdas, & præsertim Decanatum sancti Petri Cenomanen.Et ibi Tancredus glossator antiquus.Alibi tex.Honorii tertii in.c.dilectus.3. de Præbendis, loquens de ecclesia Audegauẽ.memorat quòd capitulum conferebat Præbendas vice Regis, & sic nõ subiiciebatur mandatis Apostolicis, provt reperitur per nos comprobatum in tract.de Manda.Aposto.parte 2.nume. 21.& sequen.Vnde patet quòd Rex ibi conferebat Præbendas, & non alio iure quàm iure Regaliorum, ratione dotationis: quia Princeps patronus & fundator debet habere de iure prouisionem præbendarum.Ita per illum tex. confirmat Dominicus in.c.1.21.distinctio.Idem in dict.c. imperium.in 2.colũ.& Dominus Abbas in.c. cùm ecclesia
7 vlterana.de Elect.* Si enim inferiores ratione fundationis aut dotationis habent ius præsentandi, à fortiori Principes superiores, qui maiora contulerunt, debent in remunerationem habere ampliorem prærogatiuam, vt conferãt pleno iure, provt loquitur dicta decretalis dilectus, quæ

vtitur

vtitur expreſſo verbo cõferendi. Ita ad propoſitũ Ioan.Pariſien.in tractatu per eum facto de Statu eccleſiæ tempore dicti Bonifacii,in quo tuetur ius Regaliorum, dicẽs quòd Regi ſuperexcellenti debetur in remunerationem maior honor,ſcilicet collationum beneficiorum, quia licet iura ſpiritualia non cadant in laicum, tamen iura ſpiritualia largo modo ratione annexionis vel antecedentis poſſunt cadere in laicum.ita pulchrè Archidia.poſt Hugutionem in cap.piæ mentis.16.q.7.Et rationem diuerſitatis inter inferiores & principes tradit idem dominus Ioan. Pariſiẽ. quòd ideo inferiores præſentant duntaxat, * quia 8
non habent peritiam diſcernendi capacem à minus idoneo:ideo traduntur præſentati examinãdi Epiſcopo Dioceſano,vt conferat:ſecus in principibus qui habent omnẽ peritiam in ſcrinio pectoris. Principes idcirco pleno iure conferunt.Quod ſi ius antiquum animaduertamus, inueniemus in eo inſolitum eſſe verbũ præſentationis:ſed viſitatum eſſe verbum prouiſionis, vt eſt tex.in.c.Ratio.& in c.monaſteria.16.q.7.

Tertiò alibi eſt tex.formalis in decretali,ex diligenti. in antiqua compilatione de Iure patro.quæ dirigitur Epiſcopo Vercellenſi,& expreſſe facit mentionem de quadã præbenda quam Rex Angliæ contulit ſede vacante. quem textum ad hoc allegat Archidia.in dict.cap.Imperium.in prĩcipio.Sed dicit quod hæc decretalis hodie remota eſt.

Tertiò iſtud ius Regaliorum * fuit approbatum & de- 9
claratum in ſacro Concilio Lugdunenſi,cui præfuit Gregorius decimus,in.c.generali.in.§.fi.de Electio.in 6.Vbi textus prohibet de nouo vendicare ius cuſtodiæ aduocationis vel Regaliæ.& ibi exponit.Ioh.monachi & Archidiaco.de iure Regaliorum Franciæ. & in.§.ſi verò. dicitur quod ratione fundationis vel antiquæ conſuetudinis

iura Regaliorum possunt prætendi & percipi. & loquitur text.alternatim,aut ratione fundationis, aut antiquæ consuetudinis.

10 Est ergo * rex Franciæ in quasi possessione percipiendi ius regaliorum sede vacante episcopali,occasione fundationis,cessante etiam consuetudine,quantum ad collationem beneficiorum. Quem text.ad hoc voluit allegare Speculator in dicto titulo,ne sede vacante.circa finem.loquens de Regalia Carnotensi,dum allegat.c.hoc consultissimo. de rebus ecclesiæ non alienand.in 6.dicit ibi Ioã. And.quod voluit allegare dictam decretalem generali.§. si verò. Demum hoc fuit confirmatum per concilium Basilien.in.§.Item quod dicta quinta pars.in ver.prouisio ad regem iure regaliæ,in tit.de annatis.in prag.sanctione.

Ad permissa sic per me collecta addo quod potest elici tale ius non esse nouum,nec recenter inuentum. Sed longis antea temporibus diuturno vsu confirmatum est: Im-
11 primis * hoc tam perlustre ius Regaliorum corroborauerunt & approbauerunt Romani Pontifices. Primus videlicet Adrianus Papa, vt supra dictum est in personam Caroli magni reseruauit Regi & suis quibuscunque successoribus,de quo fit mentio in.d.c.Adrianus.& in ca.ego Ludouicus.63.distinctio.Hoc idem ius firmauit Clemens Papa quartus:qui cõfitetur, quod rex vacantibus ecclesiis cõfert præbendas à tempore quo ecclesia pastoris regimine cõtigerit destitui,donec substitutus episcopus Regaliá à manibus Regis receperit: Et mandat executori per eum deputato,vt si qua collatio facta sit,reuocare in irritũ:quia non intendit collationes beneficiorum vaccantiũ sede vacãte in cathedralibus,vel metropolitanis ad alium spectare, quam ad ipsum Regem : nec velle vti in præiudicium Regis quouismodo. Et hoc factum est pro præbẽda Remensi

menſi vaccãte,per promotionẽ archiepiſcopi Remenſis,
directo cardinali ſancti Marci executore:Cui Põtifex ma
ximus mandat,ne conferat,aut ſi contulerit reuocet,& hoc
ſub data Viterbii.Idib.Septẽbris, Pontificatus ſui anno.3.
Idem Gregorius papa, pro Rothomagẽſi eccleſia vaccãte
per tranſlationẽ ad archiepiſcopatũ Narbonen. vbi refert
Carolo Francorum,regi illuſtri, ratione temporalitatis di
ctæ Rothomagẽſis eccleſiæ homagium & fidelitatem de-
bite præſtari debere:Idcirco quia prædictus Rothomagẽ-
ſis archiepiſcopus præſentiam ſuam adire nequibat, rogat
prædictus Pontifex,dictum Carolum regem,vt iuramẽtum
per procuratorem admittere dignetur,vel longam ſufferã-
tiam & dilationem concedere velit de data apud villã no-
uam Auinionenſis diœceſis,quinto calendas Septembris,
pontificatus ſui anno quinto.

Hoc idẽ corroborauit Vrbanus Papa,qui cõfitetur vacã
te eccleſia Lugdunẽſi ius Regaliæ ſpectare ad regem:Id-
circo ſcribit idem Pontifex,Cùm tranſlatio de epiſcopatu
Lugdunenſi ad epiſcopatum Cenomanenſem non ſit ſor-
tita effectum ſuum neque vaccauerit, vt ratione Regaliæ
nõ faciat rex,nec permittat ille fieri nouitatẽ de data apud
S.Petrũ.11.calẽ.nouẽbris, Põtificatus ſui anno quinto:vn
de * rex ſanctus Ludouicus anno domini milleſimo ducen 12
teſimo quadrageſimo ſeptimo,offerendo in appanagium
Carolo fratri ſuo ducatũ Andegauenſem & Comitatũ Ce
nomanẽſem:Reſeruauit ſibi in eccleſiis cathedralibus ius
regaliorũ:Idem rex Ioannes transferẽdo filio ſuo eoſdẽ co
mitatũ & ducatũ Andegauẽſem ſimilem fecit reſeruatio-
nem pro conſeruatione iuris regaliorum. Idem Philippus
Auguſtus mandat regaliam Cenomanenſem tolli poſt cõ
firmationẽ & præſtitum iuramentũ fidelitatis,anno domi-
ni milleſimo.314.Idem Philippus pulcher cõſtitutionẽ ſe-

cit Parisius die lune post mediam quadragesimā,quæ incipit:Item quantum ad Regalias millesimo.302.Idem Ludo
13 uicus rex vndecimus declarat cognitionem * & determinationem collationum beneficiorum vaccantium & vacaturorum,& quæ vacarent in Regalia,curiæ suæ Parisien.& non alteri pertinere,absque eo quòd alius iudex ecclesiasticus vel temporalis se debeat de ipsis intromittere,nec in petitorio nec in possessorio cognoscere.Hæc est notabilis constitutio Regis Ludouici facta anno domini millesimo 364.vt latius dicetur infrà ī fine huius p̄fationis, & parte 5.
14 Ex quibus omnibus potest elici * quod pluribus modis istud ius Regaliorum Regi cōpetere potest. Primò ratione fundationis, quia in traditione rei suæ quilibet potest apponere pactū quod vult etiā in spiritualibus.tex.& gl.in c.eleutheri⁹.18.q.2.tex.& ibi colligit do.Abbas in.c.quāto.extra de censibus. Fortius dicit Dominicus in.c.cū ex eo.in vlti.notab.de elec.in 6.quòd Rex fundans ecclesiam potest in creatione apponere onus,ꝙ occurrēte vacatione nō spectet collatio nisi ad posteros gētis& familiæ suę.Pro cuius confirmatione affero quod eleganter voluit glo.in dicto.c.generali.in verbo fundatione,de Electio.in 6.dicens
15 quòd * patronus tempore fundationis potest disponere vt fructus ecclesiæ quando contigerit illam vacare, sibi spectent.Et istud tenet Innocētius in.c.quoniam.ne Præla-
16 ti vices suas.* Sed collationes sunt in fructu.gl.in.c. cùm olim.de Maior. & Obedien. prout & præsentationes electiones,& similia,vt latè probat Probus in Tracta.pensio. quæstio.28.partis primæ.Et sic potest rex qui est fundator ecclesiarum Cathedralium sui regni,apponere illud onus, quod sede vacante fructus temporalitatis ad eum spectent, donec fuerit plenè prouisum de successore.

Istam rationem videtur assignare tex.in dict.c.generali.

§.si

§.si verò,ibi.ratione fundationis.& glo. in dicto.§.Item quod dicta quinta pars.in verbo Regaliæ,in titulo de An natis,in prag.sanctio.

Quibus addo quòd longè maius est, * quòd non est o- 17
pus quòd Reges in erigendo ecclesiam,vel illam fundando, expressè reseruent istud ius conferendi in vim regaliorũ: quia sufficit ostendere quòd Rex fuit dotator ecclesiæ ca thedralis,ad consequendum tale ius.tex.in.c.significauit.& ibi Cardinal.& Panormita.extra de Testibus. Et est glo. notabilis in.c.si quis Basilicam.de Consecratio.distinctio. prima.Allegant.c.dilectus.el.3.de Præben.vbi Rex est fun datus in iure conferendi præbendas & alia beneficia non habentia curam animarum ratione dotationis sine alia reseruatione.quem ita expressè & in indiuiduo intelligit Pa normita.in.c.postulasti.colum.fina.de Iure patro.Et ratio est,vt Reges & Principes videntes iura sibi benignè faue re,adducantur feruentius & animosius ad dotationes ecclesiarum & ædificationes. ita Fely. Sandeus in eleganti tractatu quando literæ Apostolicæ noceāt patronis ecclesiarum,in versiculo,corroborari potest.

Verum in oppositam partem valent multa. Primum si di cimus quòd Reges & Prĩcipes in actu fundationis tale ius sibi specificè reseruauerũt, istud fieri non potest, quia nemo potest facere, * quin iura in sua dispositione locum ha 18
beant.l.nemo potest.ff.de Lega.primo.Sed ius conferendi est ius merè spirituale.tex.in.c.transmissæ.extrà de Iure pa tro.not. in.c.messana.& in.c.sacrosancta.de Electio.quod non cadit in laicum quacunque regali,aut imperiali præful geat dignitate,vt in dicto.c.si.dominus Petrus de Ancharáno in regula beneficium. in verbo ad laicum, de regul. iur.in 6.tex.in.c.in synodo.63.distinct.tex.in.c. Bene quidem.86.distinct.in.§.verum.in verbo Ducibus.32. distin-

ctio.Istud etiam dicit ab expresso pulcher tex.in.c. si quis deinceps.16.q.7.quòd si quis Imperatorũ, Regũ, Ducũ, personatũ, vel aliquã præbendã contulerit, sciat se odiũ beati
19 Petri incursurum. Quod si sibi speciali ter nõ reseruauit, * tunc ecclesia præsumitur libera ab omni iure patronatus, per.c.querelam. de electio. & ibi Panormita. & Cardin.& glo.in.c.piæ mentis.16.q.1.vbi dicitur quòd dato quod sit præsumptio de fundatione, tamẽ ecclesia præsumitur libera, nisi constet de retentione iuris patronatus.

Et licet Reges habeãt regna à Deo, per illa verba, per me Reges regnant: tamen potestas eorum est iurisgentiũ.l.ex hoc iure.super verbo regna condita.ff.de iusti.& iur.

Neque aliquid facit, quòd in veteri testamento Reges fungebantur vice Põtificum, vt latius superius dictum est,
20 quia istud est ex antiquo testamento: * sed post aduentum Christi translato sacerdotio translatio legis facta est. Ita pulchrè Innocentius in.c. licet ex suscepto. extra de foro competen.

Neque aliquid facit decisio Bal.in dicto.c.quanto.de Iudiciis, dicentis quòd Reges sunt patroni ecclesiarũ cathedralium, volẽtis ex hoc inferre quod habeãt ius cõferendi præbẽdas: quia debet sanè intelligi, quo ad protectionem & defensionem ecclesiarum, nõ quo ad collationem beneficiorum. Ita eleganter Præpositus Mediola.in.c.lectis.63. distinct. Istud idem dicit dominus Abbas. Panor.in c.venerabilem.in verbo carebit. extra de electio.dicens quòd
21 Imperator * nõ est Patronus Romanæ ecclesiæ, esto quòd sit aduocatus & defensor illius.

His argumẽtis authoritatibúsque nõ obstãtibus, vt antè disputatũ est, quanq̃ plerũque iura spiritualia nõ transeant in laicũ, tamen in remunerationem dotationis ecclesiarum cõcessum est Principibus & regibus, vt vacãte sede episcopali

epiſcopali conferant præbendas,vel vt habeāt cuſtodiam eccleſiæ vacātis,vt in dic.c.generali.§.ſi verò.& in.d.c.di lectus.el.3.in parte deciſa. de præb.ſicut habent inferiores laici propter fundationē eccleſiæ ius præſentādi. Et rationē diuerſitatis poſui ſuperiùs.Ita dicit Ioan.Pariſien.in dicto tractatu de Statu eccleſiæ.Ratio eſt,* quia ius cōferen 22
di nō eſt ſua natura merè ſpirituale,ſed ratiōe vnionis:quæ iura propriè non ſunt ſpiritualia, ſed quadam interpretatione:quare facilè tranſeunt in laicum,vt inuitētur ad cōſtructionem & fundationem eccleſiarum . ita notabiliter Archid.in dic.c.piæ mētis.17.q.6.dominus Abbas.in.c.1. de præbendis. Idem in.c.quanto.in 3.colum.de iudic.glo. magna in.c.cùm dilectus. ita ſentiens, extra de iure patro. & dominus Rochus de Curte in ſuo tractatu de iure patro.in 2.columna.ſuper verbo ius.

Neque eſt recepta illa ſententia eorum qui dicunt quòd opus eſt reſeruatione ſpeciali iuris in actu ædificationis, quia ſufficit dotatam fuiſſe eccleſiam & fundatā,vt eſt tex. in dicto.c.ſignificaſti.adeo quod tale ius ad hæredes fundatoris tranſit etiam ſi nihil dictū ſit:vt eſt tex.& glo.in.c. filius.16.q.6.Facit quod egregie dicit Ioā.Andreæ. in.c. quod alicui.de regu.iuris in 6.* quod in primitiua eccleſia 23
prælati erāt fundati de iure communi quo ad collationes beneficiorum.Sed poſtquam & principes & alii laici inceperunt fundare eccleſias,quibus per ſacra concilia datum eſt ius prouidēdi ipſis, non blandiuntur ampliùs ſibi prælati,dicentes ſe eſſe fundatos de iure communi:quia eccleſiæ à ſe ipſis non naſcuntur,ſed præſumuntur per alios ædificatæ,ad quos tranſit iſtud ius prouidendi, etiam quod expreſsè non reſeruauerint.

Tertiò non militat quod reges ſint patroni quoad defenſionem,non autem quo ad collationē beneficiorū, verum

est quando resultat vna tantū qualitas, videlicet quod quis sit solum princeps. Sed vbi rex estis qui dotauit ecclesiam tunc geminata qualitate habet ius prouidendi ecclesiis, vt superius abundè disputatum est, tam in ecclesiis Cathedralibus, quàm collegiatis. ita declarat dominus Abbas in.c. nobis.de iure patro. Rochus de Curte in.d.tractatu solēni, de iure patro.in verbo in ecclesia.in.1.q.Idem Ioan.de Imola in.c.fi.in vltimo notabili extra de concessio.Præbē. Idem Abbas in concilio.57.incipiente, Christi nomine.in primo volumine. in vltima colū. Quimimo eleganter dicit idem domin. Roch. Curtius quod si consules vel Rex aut principes dotarent vnam præbendam in ecclesia cathedrali vel collegiata, possent prouidere huic præbendæ nouiter erectæ ratione dotationis, dicitque expressè ita tenere Abbatem in dicto concilio.57. incipiente, Ex infra scriptis. Ita confirmat Rochus in præallegato tractatu de iure patr. super verbo & dotauit.in.21.q.& dicit quod fuit semel à quodam nobili consultus.

Summarium secundæ partis Præfationis.

1 *Ius Regaliorum competit Regibus Francorum, ratione etiam feudi uacantis.*

2 *Sufficit quòd quis sit fundatus in certa specie iuris, ad fundandum ius suum in uniuerso.*

3 *In confiscatione bonorum & deuolutione ad principem transit ius patronatus.*

4 *Spiritualia transeunt cum uniuersitate.*

5 *Princeps uel priuata persona non potest per concessionem temporalitatis factæ ecclesiæ, personam uel bona clerici subiicere.*

6 *In cōfiscatione, uel deuolutione bonorum uniuersali, in laicum non transit ius patronatus.*

Ratione

7 *Ratione feudi tenentur prælati ecclesiastici præstare iuramentum fidelitatis.*

8 *Licet ecclesia Romana dicatur mater Imperii, tamen aliquando est eius uassala.*

9 *Argumentum de contractu ad iudicia ualet.*

10 *Vna & eadem res non debet diuerso iure censeri.*

SEcundò loco istud illustre ius Regaliorũ * 1
reperio competere Regibus Francorum ratione feudi vacantis: quia mortuo Episcopo, ex quo feudum reuertitur ad principem ratione homagii & iuramẽti fidelitatis quæ præstantur à succedente in dignitatem, ex consequenti omnia beneficia quæ ex feudo dependent, & erecta fuerunt, redeunt ad regem.

Pro ista opinione facit egregia decisio Cardinalis Florẽtini in concilio.122.incipiẽte: quidam habens feudum. vbi absolute censet, & se resoluit notabiliter, quod si de feudo dotetur beneficium, tunc ius patronatus quæritur feudo, & non personæ. Igitur in quem transit feudum, transeunt & collationes beneficiorum. Hanc sententiam secutus est Fely. Sandeus in.c.cum venerabilis.in 12.colum.extra de exceptio. Pro hoc est text. iuncta glo.in.c. in sacris.16. q.1. Hoc deducit latè Cardinalis in præallegato loco.

Vnde dicendum est in cõsequentiã feudi vacantis, quod transit in Regem ius conferendi beneficia data de suo patrimonio & feudo sede vacante, sicut transit feudum cui illud ius adhærere videtur argumento.l.in rem.§. si quis rei suæ.ff.de Rei vendica.

Secundò facit quia ex quo est fundatus in iure dictorum Regaliorum in certa parte, videlicet in perceptione temporalitatis sede vacante, reputatur fundatus in vniuerso quoad collationes beneficiorũ, quæ sunt in fructu, & con-

numerãtur inter maiores fructus Prælaturæ.glo.in.c.cùm olim.de Maio.& Obediẽ.Ita formaliter Ioan.And. in re-
2 gula, quod alicui. de reg. iuris,libro 6.vbi dicit * sufficere quòd is sit fundatus in certa specie iuris ad fundandum ius suúm in vniuerso.& dominus Abbas in.c.primo.extrà de religio.domibus.

Tertiò ad hoc est decisio expressa, & textualis decisio decretalis Alexandri sub titulo de iur.patro. incipiente, ex diligenti.in antiqua cõpilatione,quæ dirigitur Episcopo Vercellensi,& loquitur de quadam præbenda quã Rex Angliæ contulerat. Et dicit ibi textus quòd fructibus ad fiscum deuolutis Rex contulit ibi præbendam. & sic clarè tex.ibi vult quòd collationes præbendarum veniant in consequentiam perceptionis fructuũ.Et ibi glosator,antiquus Laurentius quærit, quo iure? Iure Regaliorum,inquit, in quo in consequentiam fructuum,venit collatio beneficiorum.Et licet ille tex.sit de antiqua compilatione,& videatur abrogatus,tamen ex quo non derogat nouis iuribus,potest allegari ad decisiones causarũ.vt est textus in.c.pastoralis.& ibi Cano.de fide instru.

Quartò vltra supradicta pondero ad hoc textum in cap. cùm seculum.extrà de iure patro.ibi,ratione feudorum ius patronatus acquisiueritis.Vnde euidenter colligitur quòd ratione feudi à laico concessi ius patronatus transit, quãdo est spirituale. Per quem textum decidit dominus Rochus de Curte in suo solenni tractatu de Iure patrona. in verbo, ipse vel is à quo causam habuerit. in 29. quæstio-
3 ne,* quòd in confiscatione bonorum & deuolutione ad Principem transit ius patronatus.hoc tenet glos.in.c.filiis. 16.q.7.Ita volunt Ioan.Andr. & do.Abbas in.c.nobis.de iure patro.dominus autem Card.Floren.dicit se ita consuluisse in.c.quanto.de iudiciis,in 3.col.

Tametsi

Tametsi in oppositũ,quod ratione feudi vacantis, quãuis temporalia reuertantur ad Principem tãquam ab eius patrimonio manantia,tamẽ collationes beneficiorum,quæ sunt merè spirituales,sede vacante transire non debent,nõ pauca argumenta & valida aduci possunt.In primis authoritas Præpositi diui Ambrosii, qui decisiuè differit in.c.1. in penult.col.20.distinctio.quod in trãslatione vniuersitatis bonorum odiosa,qualis est ea quæ oritur per mortẽ naturalem vel ciuilem,nunquam trãsit ius spirtuale, vel quasi,vt ius patronatus, etsi in translatione voluntaria & fauorabili transit, * quia spiritualia transeunt cum vniuersitate.arg.c.ex literis,de iur.patro.l.in modicis.ff.de contrah. emptio. 4

Secundò videtur illud à ratione alienum,quod sub prętextu feudi vel largitionis rerum tẽporalium factæ à Principe,res semel sacratæ,& deo dicatæ, præsertim merè spirituales,ad vsus humanos reuertantur, contra regulam:Semel deo dicatum.& hoc voluit elegãter Bal.in.l.2.C. vt in possessionẽ legato. * vbi egregiè dicit quòd Princeps vel 5 priuata persona non potest per cõcessionem temporalitatis factæ ecclesiæ, subiicere personam vel bona clerici vel ecclesiæ sibiipsi. Et videtur tex.in.c.si quis deinceps.§.& item si quis Imperatorũ,Regum,vel Ducum.16.q.7.super verbo ecclesiasticæ dignitatis.& in.c.quoniã inuestituras. eadem causa & quæstio.Itaque videmus quòd acquisita in solo etiam alieno ex rebus ecclesiæ concessis & dicatis, efficiuntur ipsius ecclesiæ.gl.in.c.apostolicos.12.q.2.cõtra regulã iuris communis.l.2.C. de rei vendica.§.si quis à non domino.institut.de rerum diuisione.

Et quia suprà dictum est,ꝙ est extrauagans Alexãdri sub titulo de iure patro.quæ dicit, quòd Rex Angliæ contulit præbendam fructibus ad fiscũ deuolutis:contra hanc opi-

nionem illius extrauagantis quæ non est recepta, tenuerũt multi doctores, in primis Cardi. Florẽ. in cle. plures, in prin
6 cipio. in 8. q. de iure patro. dicẽs * quòd in cõfiscatione vel deuolutione bonorũ vniuersali in laicum nunquam transit ius patronatus, quod non est merè spirituale, sed redit liberum ad ecclesiam, argu. c. in quibusdã. in. c. fœlicis. de pœnis, in 6. in. §. si qua verò. Eandem conclusionem refert & sequitur dominus And. Siculus in. c. quanto. in. 8. col. de iudiciis. quòd eo casu ecclesia debet remanere libera, nec eius dispositio reuerti ad Principes aut alios laicos. hoc idẽ tenet glo. in. c. pastoralis. §. rursus. de re iudica. & in effectu Fely. Sandeus in dicto. c. quanto. in quarta col. & hoc illud Imola. in. l. si insulam. ff. soluto matrimonio. subiiciẽs, quòd hæc pars fortè de iure est verior, & fauorabilior ecclesiæ, vt omnino ecclesia sit libera, & sortiatur primordialem naturam, vt collationes sunt ecclesiæ quæ sunt merè spirituales. hoc idẽ Bal. in. l. 1. C. de bonis libertor. Et ibi Paulus de castro.

Et quòd in confiscatione bonorum non veniant beneficia, videatur glo. in. c. satis peruersum. 56. distinctio. & Fel. Sandeus in. c. vrgentis. de Hæreticis. Pro cuius controuersiæ solutione ita censeo esse dicẽdum, quòd vbi bona tem
7 poralia conceduntur ecclesiæ in feudũ à Principe, * tunc ratione feudi tenentur Prælati ecclesiastici præstare iuramentum fidelitatis. & hoc est quod elegãter dicit do. Abbas in. c. veniens. extrà de accusatio. secus autem si bona essent simpliciter concessa ecclesiis. nã tunc dominus, temporalis in aliquo non agnoscitur, & remanet ecclesia libera cum suis possesionibus: quippe deo mel consecratæ, ad vsus humanos non reuertuntur. ita voluit Innoc. in. c. solitæ. extrà de maior. & obedientia. tex. in. c. verum de foro competen.

Vnde

Vnde in casu nostro ratione feudi aperti & vacantis do nec iuramentum fidelitatis fuerit actu præstitū per prælatós successores ecclesiasticos Regi seu principi, sicut ipse princeps percipit fructus & bona temporalia, ita in consequētiam collationes beneficiorum deuoluuntur ad eum tanquam talia sint dotata de eius patrimonio. Istud declarat pulchrè do. Anto. Corsetus in.c. grandi. in solenni sua repetitione.in 26.colum. Ibi nota de homagio. de supplen. negligen. Prælatorum.in 6.de quo iuramento fidelitatis præstando Principibus, loquitur tex.in.c.ex diligenti.de Sȳmo.in.c. grauem.de excessibus prælato. Et dicit Hostien.quòd talia iuramenta fidelitatis non præstantur Prícipibus pro spiritualibus, sed occasione feudi quod possident ab ipsis. ita intelligi debet.c.fin.de regu.iur. vt declarat ipse Hostien.in cap.cùm clerici.de verborum significa.

Vnde dicit singulariter Bal. in.l.sed si patrono.in.§. si liberta.ff. de in ius vocando. * quòd ecclesia Roma. licet 8
dicatur mater imperii, tamen quando detinet aliquid ab imperatore, in feudum dicitur eius vassalla, & tenetur eum recognoscere.

Neque obstat illa opinio, quòd in vniuersali *cōfiscatione bonorū non transit ius patronatus, quia est annexum spiritualitati: & sicut per mortem ciuilem non transeunt spiritualia in Principem laicum per supradicta, ita nec per mortē naturalē Prælati: quia cōmunis opinio est illi sentētiæ opposita: & illam esse opinionem communem testatur Rochus de Curte in dicto tractatu de iure patro. super verbo ipse vel is à quo causam habet.in 29.quæst.quia in contrarium est tex.in.c.ex literis.de iure patro.& glo.in dicto cap. filiis.

Et contrariam opinionē tenet Bal. sibi contrarius in.l.fi.

TErtia opinio eſt, * quòd ratione ſacræ vn- 1
ctionis quam Reges habent quando coronantur iuxta formam.c.1.de ſacra vnctione, non iudicantur vt merè laici, ſed vt clerici, ita quod in eos collatio beneficiorum quãtumcunque ſpiritualium cadere poteſt, vel ratione fundationis,vel alterius conuentionis initæ,vt faciliùs inuitentur ad dotationem eccleſiarum. Iſtam opinionem tenuit Ioan,Andr.referens ita tenuiſſe Ioan.Monachi.in.c.licet el.prim.de præbend.in 6.vbi recitat iſtud ius ſpectare potiſsimum ad Regem Frãciæ,qui delibutus eſt ſacro chriſmate cœlitus demiſsio per columbã in ampullam conſecratam & reconditam in monaſterio ſancti Remigii, qui primum Regem Franciæ baptizauit:qui Rex ſola manuũ impoſitione Scrophuletum morbum ſanare quotidie videtur,quæ ſtrumæ latinè appellantur.Competentis autem Regi iuris ſupradicti cauſa eſt,quòd in caſibus mixtis mixturæ ratione id quod dignius eſt,trahit ad ſe minus dignũ. text. eſt in.c.quòd in dubiis.cum gloſ.de conſecra. eccleſ. vel alta.

Hinc eſt * quòd ſi eccleſia & laicus ſimul habeant ius 2
patronatus,tale ius patronatus cenſetur & regitur vt eccleſiaſticum,non vt ſeculare.gloſ.eſt in.c.vnico in verbo eccleſiaſticus, de iur.patro.in 6. Iſtam concluſionem tenuit Abbas in.c.cum propter.eo.tit.Idem firmat Panor.in c.de quarta.in 5.col.de præſcrip. vbi per dictam glo.concludit, quòd ſi laicus habeat rem communem & indiuiſibilẽ cum eccleſia,non currit contra eum præſcriptio minori tempore quàm ſit à iure ſtatutum pro eccleſia: quia iudicatur vt eccleſiaſticum.tex.eſt in.l.ſi communem.ff. quemadmodũ ſerui.amittat.Accedit id quod cenſuerunt Bar.& Bal.in.l. præcipimus in.§.eodem obſeruando.C.de appella. vbi di

3 cunt quòd si clericus & laicus sint obligati, * ambo in ius vocandi sunt coram Episcopo. quam materiā latiùs prosequitur in.c.1.in 3.colum.de præscrip.

Dicemus ergo in proposito quòd Reges Frāciæ quantūcunque laici sint, quia tamen participāt de sacra vnctione efficiuntur mixti: & ratione illius mixturæ cēsentur vt clerici, & per consequēs idonei ad conferenda beneficia. Cōtrariā nihilominus sentētiā tenuit Panor.in.c.dudū.de de-
4 cimis.in quarto nota.dicēs quòd Reges * sunt purè laici, ita quod per coronationē & vnctionē nullum ordinē ecclesiasticum recipiunt, nec possunt aliquid posside re quod sit spirituale. Et adhuc si esset verū quòd essent ex vtroque statu, tamen deberēt eius status censeri, in quo plus pollēt, vt Hermaphroditi cēsentur eius esse sexus, in quo magis incalescūt, & qui in eis prævalet, arg.l.quæritur.ff.de stat.hom. & quòd nullum ordinem ecclesiasticùm recipiant, est glo. ord.in.c.Valentinianus.63.distinctio. in verbo ordinē. ita voluit Speculator in tit.de Lega.in.§.nunc ostēdendum. in versic.39.

Neque verò obstat quòd quādo clericus & laicus simul in iure patronatus concurrunt, quòd ratione mixturæ tale ius patronatus cēsetur ecclesiasticū, quia nō est sine cōtrouersia, & in contrariū spectat decisio Panor.in.c.fi. de iure
5 patro. * vbi dicit quòd si præsentatio simul ad patronum laicum & clericum pertineat, nō poterit legatus Papæ etiā de latere cōferre tale beneficium, quia cēsetur esse merè laicum: & tamen legatus beneficia iuris patronatus ecclesiastici cōfert, vt habetur in.c.cùm dilectus. eodem tit. Ergo non est verum indistinctè quòd participet magis de clericali qualitate, quàm de laicali. Et ita voluit Federicus de Se nis in consi.sexagesimoquinto incipiente, infra scriptæ quæstiones.

Summarium

Summarium quartæ partis Præfationis.

1 *Ius collationis præbendarum spectat ad Reges Franciæ ex diuturno usu.*

2 *Scientia & patientia multum operantur.*

3 *Laicus non potest præscribere actum spiritualem per quoduis tempus.*

4 *Quæ sunt ordinis episcopalis non possunt per inferiorem acquiri qui non habet ordinem.*

5 *Ea quæ sunt concessa ex gratia speciali, nõ causant exemptionẽ.*

6 *Ea quæ possunt quæri priuilegio, poterũt haberi præscriptione.*

7 *Probatio laici quo ad decimas, quomodo fieri debeat.*

QVarta fuit opinio, * quòd istud ius collatio 1
nis præbendarum spectet ad Reges Fráciæ ex diuturno vsu, quia ita pacificè vsi sunt à tanto tempore, cuius initii non extat me-
2 moria: quia per id temporis spatium etiam iura ecclesiarum præscribi possunt. tex. est in. c. I. in fine. in verbo nisi tanti temporis allegetur præscriptio. de præscriptio. in 6. Pro qua sententia facit, quia eius temporis possessio, cuius initii nõ extat memoria, habet vim cõstitutionis. l. hoc iure. § . ductus aquæ. ff. de aqua quotidia. & æstiua. nota. in. l. si quis diuturno. ff. quemadmodum serui. amitta.

Est & altera ratio dicti superioris, quòd decimæ quãtũcũque sint iura spiritualia, cuiusmodi iura per Laicos possideri nõ possunt, tex. est in. c. prohibemus. de deci. tamen si laici sint in possessione à tanto tempore, cuius initii non extet memoria, præscribere possunt. tex. est in. c. cùm Apostolica. de iis quæ fiunt à maiori parte capituli.

Tertiò pro hac parte adducitur illud quod voluit Speculator in tit. de præb. in. § . restat. & ibi Io. And. in additio.

2 vbi dicit, * quòd ex quo concurrunt duo vincula,quorum primũ est longissimum tẽpus,secundum est scientia summi Pontificis,cum patientia possidenti accommodata, non dubiè id cedit loco priuilegii,quia per tãtum tempus præscribitur etiam contra ea quæ sunt reseruata in signum superioritatis,& iura Principis,vnà cum eius tolerantia.glo. est in.c.vnico, in verbo non obstan. de cleri.ægrot. notà. in.c.super quibusdam.in.§.præterea.de verbor. significatio. Et tractant legiste.in.l.imperium.ff. de iurisdictio.omnium iudic.

Verùm hæc sententia non videtur mihi esse vera,& contra illam affero in medium decisionem Ioan.Andr.in.c.2.
3 de præb.in 6. * vbi voluit quòd quantũcunque lõgo tempore laicus exercuerit actum spiritualem nunquam tamen illum potest præscribere. & sic ea quæ superiùs diximus, quòd possessio tanti temporis,cuius initii non extat memoria,habet vim tituli:& secũdo loco illud quod nos diximus 2
quòd iura Principis etiam reseruata in signum superioritatis,tali tempore præscribuntur,& hoc & illud ita demum vera esse dicenda sunt, cum supponitur capacitas in exercente,aliàs non. Et ita debet restringi.c.primũ.de præscri. in 6.&.l.hoc iure,in.§.ductus aquæ.

Ad istud etiam tenendum moueor authoritate Panor.in
4 c.quanto.in pri.nota.de consuetu. * vbi vult quòd ea quæ sunt ordinis Episcopalis,nõ possunt acquiri per inferiorẽ, qui non habet ordinem,quia consuetudo etiã vetustissima non habilitat personam, alioqui non capacem. Istud idem voluit Panor.in.c.cum contingat.in 3.col.de foro competen. Eandem opinionẽ secutus est domi. Abbas in.c.accedẽtibus.de excessibus prælato. Facit quod notat idẽ Abbas in.c.auditis.in 6.notabili.de præscript.vbi voluit quòd institutio quæ est authorisabilis, non potest præscribi, nisi

per

per eum qui ſit Prælatus in ſimili qualitate, licet ſit inferior
& adhuc inſignia Epiſcopalia, quæ ſunt cõceſſa inferiori-
bus, vt Abbatibus ad decorem & ornatum ſuarũ eccleſia-
rũ, non præſcribuntur. His accedit quòd iura ſpiritualia
non poſſunt poſsideri per laicos. in. c. cauſam quæ. de præ-
ſcrip. in dict. c. meſſana. iuncto. c. ſacroſancta. de electio. Si
ergo illa poſsideri non poſſunt, ergo nullo temporis decur
ſu præſcribi, quia ſine poſſeſsione non cadit præſcriptio. in
regu. ſine. de regul. iur. in 6.

Tertiò adde tertiam rationem huiuſmodi, Nam quod
laici præſentát ratione fundationis, vel aliàs ex priuilegio,
iſtud eſt introductum mera gratia. tex. eſt in. c. quoniam in
principio. de iure patrona. * at ea quæ ſunt conceſſa ex gra 5
tia ſpeciali, non cauſant exceptionem. ita voluit expreſſè
Imol. in regu. quòd alicui gratioſè. de regul. iuris in 6. no-
tat Archidiac. in. c. hortamur. 71. diſtinctio. vbi dicit quòd
populus parochiæ, vel alius laicus patronatum præſcribe-
re non poteſt, quia non eſt illius iuris capax, & per conſe-
quens ſine peccato detinere non valet, nec præſcribere ſe-
cundum formam. c. fi. de præſcrip. Et ita iſtam concluſio-
nem firmauit Panor. in ſua ſolenni diſputatione, quæ inci
pit Augerio. in 5. colum. vbi ab expreſſo dicit quòd ſi Papa
etiam ex priuilegio conceſsit Regi collationẽ beneficio-
rum, illud ius conferendi tãquam merè gratioſum & cõtra
diſpoſitionem iuris communis præſcribi non poteſt.

Ex quo habemus limitare aliam regulã, quæ habet quòd
ea quæ poſſunt quæri priuilegio, * poterunt haberi præſcri 6
ptione. cuius dicti tex. eſt in. c. duo ſimul. de offi. ord. Nam
id locum habere nequit in iis quæ de iure communi poſsi-
deri non poſſunt. nam data incapacitate poſsidendi, poteſt
priuilegiũ Principis aliquid operari, & habilitare perſonã,
vt eſt gloſ. in. c. bene quidem. 96. diſtinct. quæ dicit quòd

Papa potest dare laico potestatem excõmunicandi.sed nõ sic est in pscriptione,quæ præcipuè fundata est super possessione cuius est incapax laicus.quod fundamentum posuit Panor.in dict.c.causam quæ.in pri.notab. de præscriptio. Nec obstabit, si diceretur quòd Reges Franciæ vsi sunt cum patientia & tolerantia Romani Pontificis, quo fit vt videatur eis concessisse Papa.cui obiectioni respondendum est quòd istud est verum quãdo ius potest cadere in aliquẽ absque expressa authoritate sedis Apostolicæ.secus si requireretur priuilegium ipsius sedis,quia tolerantia non sufficeret.ita respondit Ioan.And.in dicto.c.licet.de præb.allegãdo quòd ita debet intelligi lex, cùm de in rem verso.ff.de Vsu.tunc enim tempus non est modus inducẽdæ obligationis.l.obligationũ ferè.in.§.placet.ff.de actio.& obligat. Nec aliquid facit tex.de his quæ fiunt à præla. in.c.cùm Apostolica.vbi decimæ possunt præscribi per laicos à tanto tempore cuius non extat memoria in contrarium.possunt enim possideri, quia istud fuit olim indultũ ante concilium Lateran.dispensatiuè ad hoc vt ecclesia oppressa haberet auxilium à Christianis:sed postmodum fuit reuocatũ,iuxta formã.c.prohibemus. de deci. & si propter longinquitatem temporis non possit quis probare quòd tenuerit ante illud concilium, requiruntur duo ad hoc vt
7 possit possidere. Primum, * quòd habeat titulum ab ecclesia, item quòd sit fama quòd eas habuerit ante concilium Lateranen.alias simplex detentio etiam per tantùm tempus de cuius initio non extat memoria, non habet vim tituli quo ad laicos in re in spirituali . ita respondet Panormitanus in dicto.c.cum Apostolica.in fine.& Hostien. Archidiaco.& Ioan.Monachus in.c.secundo.de deci.in 6.

Summarium

Summarium quintæ partis Præfationis.

1 *Ius conferendi beneficia uacante ſede, emanauit ex priuilegio apoſtolico.*

2 *Rex Anglorũ, & rex Hungariæ conferunt in ſuis regnis præbendas ex priuilegio papæ.*

3 *Fœmina ex priuilegio confert beneficia.*

4 *Ex uoluntate epiſcopi, ad Reges non poteſt ſpectare ius conferendi beneficia.*

5 *Epiſcopus non poteſt renunciare iuri quod eſt introductum in honorem & fauorem totius epiſcopalis dignitatis.*

6 *Epiſcopus non poteſt rei ſacræ ſeruitutem imponere.*

QVinta & vltima fuit opinio, * quòd iſtud ius 1
conferẽdi beneficia vacante ſede, emanauit ex priuilegio Apoſtolico, prout eſt tex.in.c. Adrianus.63.diſtinctio.vbi Adrianus Papa conceſsit hoc priuilegium Carolo magno, tanquam legitimo protectori Chriſtianitatis, quando obſedit Papiæ Deſiderium Longobardorum Regem. & non modo ab Adriano Papa iſtud fuit conceſſum, ſed tota Synodus in remunerationem protectionis tradidit ius & poteſtatem eligendi Pontificem, ordinandi Apoſtolicam ſedem, inſuper Archiepiſcopos & epiſcopos vt ab eo inſtitutionem acciperent, diffiniuit, & ius conferendi beneficia per ſingulas Prouincias. facit glo.ordi.17.q.7. in ſumma, quæ dicit quòd laic⁹ habet inueſtituras authoritate Papæ, ſicut Rex Apul⁹, & poteſt dare beneficia cui vult. Idẽ text.in.c.hinc eſt.in verbo ſine Regali prouiſione.16. q.1.vbi loquitur de quodam monaſterio ſito in regno Frãciæ quod ſpectabat ex priuilegio ad prouiſionẽ ipſius Regis. iſtud voluit expreſſè Bal.in.l. præſcripta. in 2.colum. C.de preci.Imper.offer.vbi Bal.refert quòd Rex * Anglo 2
rum & Rex Hungariæ conferunt in ſuis regnis præbẽdas

ex priuilegio Papæ.Idem tenuit Specul.in tit. de præb.ver sus finem.vbi dicit quòd imperator habet priuilegiũ,quòd vidit ipse bullatũ,quòd in qualibet ecclesia Alemaniæ pos sit facere vnum recipi in canonicũ:quinimo,quod est ma
3 ius,non solùm Rex, & sic masculus, * potest habere istud priuilegium,sed etiam fœmina Regina.text. est in.c.cum dilecta.& ibi domi.Ab.Panor.in.1.nota.de cõcessi.præb. vbi loquitur de Comitissa Flẽdren.quæ donauerat sex præ bendas sacerdotales,& hoc ex priuilegio & dispen.Roma. Pontificis.potuit enim eam habilitare circa iura spiritualia,sicut & aliàs fecit.in.c.manam.2.q.5.Istud etiam voluit Panor.in rub.de iudic.in penul.col.vbi dicit quòd ex priuilegio potest spectare collatio beneficiorum Regibus cõtra dispositionem iuris communis.

4 Vltra supradicta ego addo * quòd ex voluntate Episcopi non potest spectare ius conferendi beneficia ad Reges, seu Duces,& Barones,sed solùm reseruatur summo Pontifici in signũ superioritatis habilitare laicos tanquam personas incapaces. Ita reperio tenuisse Abbatem in terminis in consilio suo.106.incipiente,casus super quo consilium circa finem. præsertim quando ecclesia esset iam constructa,dotata & consecrata tempore concessionis. Mouetur
5 duabus rationibus.Prima est, * quia nõ potest renuntiare iuri quod est introductũ in honorẽ & fauorẽ totius Episcopalis dignitatis,vt sunt collationes beneficiorum, dicit tex.in.c.ecce.95. dis.no.glo.in.d.c. cùm olim. de maior.& obedien.argumen.c.si diligenti.de foro competen.

6 Secunda,* quia non potest Episcopus rei sacræ legitimã seruitutem imponere.glo.est in.c.piæ mentis.16.q.7.similis est glo.in.c.nobis.in verbo de sua iurisdictione,in fine. de iur.patro.Vnde opus est vt habeat expressum priuilegium sedis Apostolicæ,vt suprà diximus.

Sequitur

¶Sequitur tenor Philippinæ ſupra mentionatæ in prima parte Præfationis, nu. 5.

PHilippes par la grace de Dieu Roy de Frãce. Scauoir faiſons à tous preſens & aduenir, que comme il ait eſté mis en doubte par aucuns, ſe nous auions droict, & a nous appartenoit dõner les prebendes, dignitez, benefices, quãd ilz auoient eſtez, ou eſtoient trouuez non occupez, vaccãs & vnys de faict tãt ſeullemẽt ou tẽps de noſtre Regalle es egliſes de noſtre royaume, eſquelles nous auõs droict de Regalle: & ſi ceulx à qui noz predeceſſeurs, ou nous, les ont donnez, en doibuent iouyr, & iouyſſent. Nous nous tenõs, & ſommes ſuffiſammẽt & deuemẽt informez, que noz deuãciers Roys de Frãce, pour cauſe de Regalle de la nobleſſe de la couronne de France, ont accouſtumè, & ont eſté en poſſeſsiõ & ſaiſine de donner les prebendes & dignitez & benefices, quãd ilz ont eſté trouuez en tẽps de Regalle vaccãs de droict & de faict, ou de droict tant ſeullemẽt, ou trouuez nõ occupez vnys & vaccans de faict tant ſeullemẽt. Et que nous de ce auons vſé, vſons, & entendõs vſer cõme de noſtre droict royal: toutesfois que aucun cas ſemblable en quelzconques des cas deſſuſdictz eſcherra: & auons denié toute audiẽce de plait a ceulx qui a noſdictz vſaiges accouſtumez par noz deuanciers Roys de France, & par no⁹ cõtinuez, & aux droictz Royaulx qui en tel cas nous appartiennent pour cauſe de noſtre courõne, & aux collatiõs par nous, noz deuãciers, ou ſucceſſeurs, faictes ou à faire es cas deſſuſdictz, ou en aucuns diceulx ſe vouldroient oppoſer, & ſe plait ou proces ſur aucuns des cas deſſuſdictz quelzcõques ilz ſoient pẽdés en Parlemẽt, ou deuãt quelzques noz cõmiſſaires, Nous les r'appellons

& mettōs du tout au neāt,&defendōs à noz amez,& feaux les gēs qui tiendrōt doresnauāt nostre parlemēt à Paris,& aux dessusdictz cōmissaires,qu'ilz de ce cas,ne de semblable,ne tiēnēt court ne cōgnoissance ores ne autres fois. Et voulōs & ordonnōs que doresnauāt nul proueu en quelzcōques des cas dessusdictz,se ce n'est par vertu de prouisiō & collatiō Royaulx qu'ilz ayent de noz deuanciers,ou de nous,ou de noz successeurs Roys de France:ne soit receu à plait,ne ouy en oppositiō contre ceulx qui ces cas dessusdictz,ou en aucun d'iceulx sont proueuz par noz deuanciers,ou par nous, ou serōt proueuz ou temps aduenir par nous ou noz successeurs Roys de Frāce:par quelzcōques lettres,ou octroy qu'ilz ayent ou ont impetré de nous, si expresse mention n'y est faicte de mot à mot de ces presentes.Et voulōs que doresnauāt tous ceulx qui en semblable cas,ou cas dessusdictz, & chascū d'iceulx ont collation de noz deuanciers,ou de nous,ou aurōt on temps aduenir de nous,ou de noz successeurs Roys de Frāce, soiēt tenuz & gardez en possessiō & saisine paisibles des benefices ainsi à eulx dōnez : nonobstant oppositiō d'autres que par vertu d'autre authorité collatiō se soit opposé, ou oppose a present,on vueille opposer ou tēps aduenir. Et ce auōs nous ordonné & ordonnōs de certaine sciēce, informez a plain de noz droictz,& vsaiges dessusdictz,& mandōs par la teneur de ces presentes à noz amez & feaulx les gēs qui tiendront nostre prochain parlemēt,& les gens de noz cōptes: qu'a perpetuelle memoire facēt ces presentes enregistrer, en noz chambres de parlement & des cōptes:& mettre en garde pour original ou tresor de noz chartres, & de noz lettres:& que ce soit ferme a tousioursmais , nous auons fait mettre nostre seel a ces presentes lettres.Donné a Vincennes au moys d'Octobre 1334.

1 *Sedes de iure si de facto debet esse repleta, alias succedit Regaliæ apertura.*

2 *Tripliciter beneficium dicitur uacare.*

3 *Iusta & colorata possessio multum prodest in beneficialibus.*

4 *In beneficialibus solus titulus inspicitur non possessio.*

5 *Tempus præfixum ad capiendum possessionem, non inuenitur in iure.*

6 *Resignatio facta in curia Romana debet publicari infra sex menses.*

7 *Ad perdendum beneficium non requiritur eiectio à possessione ipsius beneficii.*

8 *Possessio apprehensa per procuratorem dicitur ficta.*

9 *Possessio quæ apprehenditur per notarium, cui non mandatur nulla est.*

10 *Collatio iure Regaliæ facta requirit nouam possessionem.*

11 *Beneficium uacat de iure per sententiam priuationis.*

12 *Condemnatus ad perpetuum carcerem uidetur priuatus beneficio.*

13 *Infamia priuat quem dignitate sua.*

14 *Impositio pœnæ ex causa infamiam irrogante, operatur ut quis dicatur beneficio priuatus.*

15 *Ipso iure uacant beneficia per contractum matrimonii per uerba de præsenti, non de futuro.*

16 *Beneficium uacat per religionis ingressum post professionem.*

17 *Vacat beneficium quando clericus se immiscuit senis & enormibus, & ad bellum profectus est.*

18 *Acceptatio tendit ad executionem gratiæ.*

19 *Per acceptationem & requisitionẽ impeditur prouẽtio papæ.*

20 *Antequam sit processum ad collationem, uel gratiæ executionem, potest papa præuenire.*

21 *Clausula dummodo non sit alteri ius quæsitum, præseruat habentes ius in re, non ius ad rem.*

22 *Ante collationem non acquiritur ius in re, sed ad rem solum.*

23 *Reges Franciæ usi sunt Regalia iuris & facti simul, uel iuris tantùm, uel facti tantùm.*

1 VEnio nunc ad priuilegia iuris Regaliorū.* Primum igitur, excellens priuilegium est, quòd sedes debet esse repleta tam de iure quàm de facto: aliàs succedit apertura Regaliæ. Vnde si collatio facta sit ab ordinario canonicè, & collatarius non apprehenderit possessionē corporaliter, statim beneficium vel præbēda vacat in Regalia. Ista est prima cōstitutio Philippina, supra inserta per ipsum Philippum ad Curiam parlamenti, ratione litis motæ inter dominum Stephanum Roger ex vna parte, & magistrum Guillermum de sancto Germano presbyterum ex altera, occasione præbēdæ Carnoten. die quinta Maii, anno domini millesimo. 346. per suas literas patentes missa.

Pro elucidatione huius constitutionis Philippinæ præsupponendum est quòd eleganter dicunt Innoc. Abbas & Cardina. in. c. cùm in nostris. extrà de concessio. præbē.
2 * quòd tripliciter beneficium dicitur vacare. Aliquando vacat de iure & facto, & de hoc non est dubium, vt in. c. 2. de concessio. præbend. Interdum vacat de facto solùm, & non de iure, quia beneficium non est liberum, quia nō est collatarius adeptus possessionē, & dependet à facto & voluntate sua an velit acceptare, iuxta cap. si tibi absenti. de præb. in 6. Aliquando beneficiū vacat de iure, sed non de
3 facto, * quia aliquis incūbit possessioni coloratæ ex prætenso iusto titulo præcedēti, vt est propriè casus dicti. d. c. cum in nostris. quia iusta & colorata possessio multū prodest in beneficialib⁹, vt latè dominus Abbas in. c. 1 literis. de restitu. spoliat. Vnde dicūt domini de Rota in decis. 365. incipiente, nunquid patronus, in antiquis. aliàs est decis. 8. sub

ſub titulo de iure patron. quòd quando beneficium vacat, de iure poteſt præſentari ſeu conferri per collatorem ordinarium. Similiter ſi vacat de facto, videlicet ĩ eo qui violentam poſſeſsionẽ ingreſſus eſt, iuxta.c.eum qui.de præb. in 6.vel alius nullam aut iniuſtam poſſeſsionẽ notoriè adeptus eſt, per tex.ſing.in.c.licet epiſcopus.de præbẽ.in 6.ita ſingulariter Ludouicus Romanus in conſiliis ſuis, conſilio 465.incipiente, in re præſenti in vltimis verbis. Idem pulchrè Gemy.in.c.fundamenta.in.§.penul.de elect. in 6.latiùs per dominum Rochũ de Curte in ſuo ſolenni tractatu de iure patro.in verbo honorificè.in 53.q.Item quòd attendatur poſſeſsio in beneficialibus, eſt caſus in.c.ſi à ſede.de præbend.in 6.

Sed mirandum eſt quòd ſi ſedes nõ ſit repleta de facto, videlicet quòd quis non apprehendat poſſeſsionem, quòd vacat beneficium in regalia, * cùm in beneficialibus ſolus 4
titulus inſpicitur, & nõ poſſeſsio, & ſine traditione ius acquiritur.tex.in.c.ex ore.de his quæ fiũt à maio.parte capituli.tex.in.c.propoſuit.de conceſſ.præben. Dy.in regula, qui prior. de regul.iuris.in 6.legiſtæ in.l.traditionibus.C. de pact.

Secundò * nõ inuenitur tempus præfixum à iure ad capiendum poſſeſsionem, adeo quòd ex negligentia non captæ poſſeſsionis perdat quis ius quæſitum, vt dicit eleganter Panor.in.c.capitulum.in fi.de reſcriptis.niſi certo termino aſsignato per ſuperiorem, intra quem acciperet poſſeſsionem, quo elapſo prouideret ordinarius.iuxta dictũ.c. ſi tibi abſenti.ad fi.de præbẽ. in 6.in.c.ſi quis abbas.18.q.2. glo.pragmaticæ ſanctionis ſuper verbo triennio. in titulo de pacifi.poſſeſſo.

Accedit, * quia ſi ſpeciale eſt in reſignationibus factis in 6
curia Romana, vt poſt ſex mẽſes debeãt reſignationes pu-

blicari,&possessio accipi,aliàs si resignantes in possessione decesserint, non per resignationem, sed per obitum censetur vacare beneficium: vt habetur in regula cancellariæ Apostolicæ: ergo in aliis casibus in contrarium erit ius commune.l.ius singulare. &.l.quod verò contra. ff. de legibus.

7 Quartò * facit, quia ad perdendum beneficium non requiritur eiectio à possessione beneficii,sed sufficit quòd quis sit priuatus titulo beneficii, vt eleganter dicunt Baldus,Saly. & Paulus de Castr. in.l.quotiens.C.de rei vendicatio. Felyn. Sandeus in cap. cæterum. in penulti. colum. extra de rescriptis. qui dicit quòd vbi lata est sententia priuationis propter crimen puta homicidii vel irregularitatem, incontinenti potest ordinarius conferre beneficium. allegat bonam glos. in cap. proposuit. in glos.penultima, de concessio. præbend. neque expectandum est quòd quis expellatur à possessione. & Gemi. in cap.licet. 2. de præbend.in 6.tex. in simili in.c.primo.§.adiiciebatur.de concessio.præben.in 6.

Ex istis potest dilucidè cognosci priuilegium quod est in regalia, vt si beneficium non sit repletum per adeptionem possessionis, licitè possit per regem conferri per hāc Philippinam constitutionem, quod est contra dispositio-
8 nem iuris communis. Istud tamen procedit, * quando quis apprehenderet possessionem personaliter. secus videretur dicendum si per procuratorem, cùm videatur ficta possessio. dicit Baldus in.l. vnica.C. de suffragio. & in.l.prima.C.pro donato. Tamen hodie est textus quòd est vera possessio. in cap. accedens. extra de præbendis. per textum in.l.quòd meo. ff.de acquirend. possessio. Et similis textus in.l.certè. ibi, propriè possidere videor. ff. de præcario. per quem ita se resoluit Baldus in.l.ab emptione.

ptione. in vltima quæſtio.ff.de pactis. latè Iaſon & Modern. in.§. actionum. inſtitut. de actionibus. vnde per poſſeſsionem corporaliter non apprehenſam non caderet in regalia.

Secundò intelligitur, quando quis acceptaret poſſeſſionem per ſuum executorem ſecũdum tenorem bullæ vel collationis, * quia ſi apprehēderet poſſeſsionem per ſimplicem notarium cui hoc non mandaretur, nulla eſſet poſſeſsio.textus eſt in.l.fundi. & in.l. qui abſenti.ff.de acquirenda poſſeſsio. per quem text. ita decidit Baldus ſingulariter in.l.ſi ſeruus.C. de fideicommiſſariis libertatibus.Idem Baldus latiſsimè in cap. vnico.§.ſi facta.in titulo ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum & agna.vaſ. 9

Tertiò intelligitur quòd licet ſi titulo incolorato, * 10 ſuperueniat titulus coloratus in beneficialibus, non requiratur noua apprehenſio poſſeſsionis, vt eſt textus in ſimili in.§.interdum. inſtitutio. de rerum diuiſion. ſi tamen ſuperueniret titulus ſine collatio iure regaliæ, requiritur noua poſſeſsio. ita ſingulariter dicit gloſſ. pragmaticæ ſanctionis, in titulo de pacificis poſſeſſoribus, in glo.ſuper verbo coloratum.in fine.

Præterea addo quòd * beneficium vacat de iure, 11 quando per ſententiam condemnatoriam quis ſpecificè priuatur ſuis beneficiis, & præcedente cauſa delicti ſecus verò ſi condemnaretur ad perpetuum carcerem, vel alia ſimili pœna delicti condigna non faciente mentionem de beneficiis ſuis: quia tunc non vacant prædicta beneficia, nec ſunt impetrabilia in regalia. Iſta eſt excellens & ſingularis deciſio dominorum de Rota in antiquio.deciſionibus, deciſione.5. incipiente, accuſatus corã ordinario.ſub tit.de re iudic.Allegat ad hoc, quòd

debeat exprimi in sentētia priuatio beneficiorum: aliàs nō vacant beneficia de iure. glos. in. c. qualiter & quando, super verbo diminutionem. de accusa. Fely. in. d. c. cæterum.
12 in penul. col. Sed in hoc versatur ardua cōtrouersia, quia * cōdemnatus ad perpetuum carcerem videtur priuatus beneficio. vt not. Inno. in. c. inter dilectos. in. 1. glo. de excessib. prælat. super verbo sententialiter condemnatus. de crimine. Archidi. in. c. quo iure. 8. dist. Compostel. in. c. quòd sicut. in versic. si verò cōfirmatio. de elec. Ratio, quia certum est quòd condemnatus de crimine est infamis. l. athle-
13 tas. §. fi. ff. de his qui notā. infa. Sed * infamia priuat quem dignitate sua. tex. est in. l. infamia. C. de decurio. Item condemnatus ad perpetuum carcerem videtur dānatus in metalum. ff. de his qui pro nō script. habent. Seruus pœnæ nō potest beneficium obtinere. l. seruitutem. ff. de reg. iur. habetur enim pro vno mortuo ille. Item damnatus in perpetuum carcerem (cùm habeat perpetuò esse absens à beneficio suo) non poterit commodè deseruire beneficio suo, cùm non sit spes regressus. l. intercidit. ff. de condit. & demonstrat. ergo nec debet illud beneficium retinere, cùm propter officium detur beneficium. c. fin. de rescript. in 6.
14 Præterea * quotienscunque imponitur pœna ex tali causa quæ infamiam inducit, statim in eius locum potest alius eligi vel eius beneficium conferri. ita pulchrè Innocen. in dicto cap. qualiter & quando. super verbo diminutionem. in fine.

Non obstantibus tamen his fundamentis resolutum est apud dominos de Rota, quòd opus est quòd sentētia contineat expresionem priuationis beneficiorū, aliàs non vacant. Et cum eis concordat Ludouicus Romanus in cons. 465. incipiente in re præsenti, cum aliis adductis per præallegatum Fely. in. d. c. cæterum. in penul. col. Idem tenet

Cardi.

Cardi.in consilio.115. incipiẽte quidam frater Benedictus, Lappus allegat.127.

Secundò * ipso iure vacant beneficia per cõtractum ma 15
trimonii per verba de præsenti.D. Abbas in.c.1.de cleric. coniug.secus verò per sponsalia de futuro,vt eleganter do mini de Rota in decisione 26.in nouis tradunt.& Stepha. Auffrer.in additio.cappel.Tholosa. in quæst.239. ar.l.ea quæ.ff.ad municipales,vbi dicitur quòd qui cõtraxit spon salia per verba de futuro, non dicitur non mutasse domicilium.

Tertiò * ipso iure vacat beneficium per ingressum reli- 16
gionis post profesMonẽ.tex. est in.c.beneficiũ,de regularibus in 6.Cauendum est tamen ne intra annum probationis aliquod signum ostẽdat,ex quo tacitè videatur renuntiare beneficio.Ita singulariter Panorm.in.c.ex trãsmissa, in.11.col.de renuntiatione.

Quartò vacat * beneficiũ quando clericus se immiscuit 17
sæuis & enormibus,& ad bellum profectus est. Ita Panor. in.c.1.de aposta. Archid.in.c.si quis.16.dist.Idẽ not. Inno. in.c.perpendimus.de senten.excommu.Hanc opinionem tenent Panor.& Ioan.de Imola. in.c.fi.de cleric. coniuga. Et hæc opinio seruatur & practicatur in regno Franciæ,vt refert Benedict. in repetitio.ca.Raynutius. in verbo vxorem, nomine Adelasiam. numero 441.de testamen. Sunt & alii casus positi in.c.1.de vita & honest.cleri. & in cle.1. eodem titu.

Inquantũ opus est vt sedes sit repleta de facto vltrà supe riùs adducta,accedat ratio,quia * acceptatio tendit ad exe- 18
cutionẽ gratiæ.dicit eleganter Domi. in.c.susceptũ.in.11. col.de rescrip.in 6.Et ad acquirendũ ius in beneficio collatio absq; apprehẽsione possesMonis tribuit ius ad beneficium:sed post acceptationem dat ius in beneficio. Ita ma-

gistraliter tradit Ioan. And. in cap. penulti. circa finem. de præbend. in 6. Idem Ioan. & Gemi. in cap. final. de concessio. præbend. etiam habetur in cap. si tibi absenti. & ibi Gemi. eo. lib. & titu. de præbend. Fely. in. c. cùm Bertold. in 3. col. de re iudic. Simile videmus in nominatis & man-
19 datis apostolicis * per acceptationem & requisitionē impeditur præuentio papæ, vt cautū est per ordinationes posteriores regis Ludouici 12. ar. 14. Ita non indoctè declarat glo. in. §. Item cum omnino. in verbo scilicet. in titulo de collatio. in pragma. sanctio. Ita firmat. Honorandus collega meus Ioan. Brunellus, doctor Aurelianensis, in tractatu de dignitate legati. in versiculo quarta declaratio. Sed nisi ordinatio principis huic sententiæ adhæsisset, reperio
20 in contrariū multos aliter sensisse, quia dicunt quòd * antequam sit processum ad collationem vel ad executionem gratiæ, papa potest quoscunque præuenire, & prouisio facta alteri præualet, dato quòd sit acceptatum, vel requisitum beneficium: quia per acceptationem ante collationē factam non est nisi ius quæsitum ad rem. ita expressè concludit Fely. in cap. causam quæ. de rescript. hoc idem decidunt domini de Rota decisione 244. in nouis. Aegidius
21 de Bella mera decisione 117. quia * clausula illa dummodo non sit alicui ius quæsitum præseruat habētes ius in re per collationem. derogat autem habentibus ius ad rem per acceptationem, vel requisitionem. ita pulchrè Calderi. in cōsil. 8. sub titu. de rescrip. Ludoui. Roma. in consil. 256. inci-
22 piente, approbo sententiam. Certum est autem quod * per acceptationem beneficii antequam deuētum sit ad collationem, non acquiritur ius in re, sed solum ius ad rem. tex. est in. c. fi. de concess. præbend.

Vnum tamē est singulare dictum, quòd mandatarius nō tenetur acceptare beneficium vacans de iure, & non de fa-
cto.

cto.Ita do.de Rota decis.106.in antiq.idem do.Fely.in.c. ĩ nostra.correlario.36.versi.10.notatur.de rescrip.dicẽs,ꝙ ista opinio seruatur ĩ practica.tũ ꝓpter authoritatẽ Rotę, & habet ĩ se æquitatẽ,propter laudabilẽ execrationẽ litiũ.

Insuper prædictis iungo,ꝙ anno 1324.per regẽ Philippũ & eius cõsilium fuit ordinatum * & cõpertum reges Fran 23
ciæ vsos fuisse regalia iuris, & facti simul, vel iuris tantum, facti tantum:& quòd audiẽtia denegaretur, nec reciperetur qui prætẽderet regaliam facti locum nõ habere.Ita pulchrè dicit Stepha. Auffre. inter arresta parlamenti decisi. 74.Quòd ampliatur etiam,si habens ius in beneficio non possidet ipsum beneficium,sed est tertius.Ita fuit pronun Arrestũ.
tiatum arrestũ pro magistro Mahieto Hancquetim cõtra magistrũ Robertum de la Ferté,super canonicatu & præbenda ecclesiæ Rothomagẽ. in regalia collatis dicto Mahieto.nec fuit recepta ratio dicti Roberti,dicẽtis,non vacare in regalia beneficiũ, eo ꝙ dicebat dictos canonicatũ & præbẽdam de facto teneri per vnum vel alterum habentem ius in ipsis,Ita bellè concludit Ioan. Galli.in.q.116.

Summarium secundi priuilegij.

1 *Donec regalia suum plenariè fuerit sortita effectum, ad regem redit etiam per quascunque manus ambulauerit.*
2 *Simplex sermo uerificatur in prima uice.*
3 *Infinitas est uitanda, quæ dat occasionem machinandi dolum & fraudem.*
4 *Vbi est licitum uariare non permittitur nisi semel*
5 *Patronus laicus potest plures præsentare,donec actus suus fuerit consummatus.*
6 *Sufficit semel prouidisse.*
7 *Nam prosequutio iuris operatur ut manus amplius non dicantur ligatæ.*
8 *Regalia durat usque ad pacificam gaudentiam.*

9 *Res transit cum suo onere.*

10 *Consanguineus retrahens ius suum nō cedit, nisi illi qui est similis conditionis.*

11 *Regalista non componit cū aduersario sine licentia superioris.*

12 *Vbi papa apposuit manū non potest se intromittere ordinarius.*

13 *Beneficium durat in regalia donec illa suum plenum fuerit sortita effectum.*

14 *Sæpè compromittitur, donec causa decidatur.*

15 *Verba loquentia de actu dispositiuo, debent intelligi ut secum trahant executionem.*

16 *Verba à lege uel principe prolata de natura sui disponūt quoties opus est.*

17 *Leges loquentes de prima uice quomodo debeant intelligi.*

18 *Iura & leges dicentes quòd uerba debent intelligi de primo actu, debent intelligi de actu hominum nō in dispositione legis uel statuti.*

1 SEcundum priuilegium est * quòd regalia est huius naturæ, quòd donec sortita fuerit effectum suum plenariè, semper ad regem redit, per quascunque manus ambulauerit. Ista quæstio tractata est in curia parlamenti, pro præbenda Remensi in personam Nicolai Douchi, cui facta est per regē Philippū, vlti. August. 1336. noua collatio iure regaliæ de dicta Remensi præbenda per obitum duorum regalistarum immediatè præcedentium, vt habetur in registris curiæ parlamenti de anno domini 1336. 13. mensis Nouembris. Quem quæstionem tetigit Io. Calder. in cōsil. 16. incipiente, An laicus. in titu. de iure patro. vbi disputat an laicus possit totiens quotiēs voluerit, possit præsentare donec sua præsentatio sortita fuerit effectum suum. Et post multa cōcludit quod non. pro qua opinione stringunt rationes sequentes.

Pro

Pro prima ratione se offert regula communis.l.boues. §.hoc sermone.ff.de verb.sign. * vbi simplex sermo veri- 2
ficatur ĩ prima vice.Ita decidit Bar.in.l.1.ff.ad leg.Iul.maiesta.idem Do. Fely.Sande. qui ad hoc alias authoritates allegat in.c.2.de treuga & pace.

Secundò,dicimus * quòd infinitas est euitāda, quæ dat 3
occasionem machinandi dolum & fraudem.text.in cap. cum multis.de rescript. in 6. propter quod si permitteretur quòd totiens idem beneficium posset conferri, istud pararet viam fraudibus & dolis, quod nō est tolerandum.

Tertiò, ego adduco regulam quæ habet * quòd vbi li- 4
citũ est variare,nō permittitur nisi semel.Ita decidit Bald. in authen.habita in 6.col.C.ne filius pro patre. allegat.l.si quis iusiurandum.C.de reb.creditis. Istam regulam commemorat domi.Alexan.in.l.ex toto.§.fina.de lega.1.

Quartò,quia istud videtur innuere textus iuris canonici,in.c.quod autem.ibi, postmodum alius in.c.pastoralis. in verbo præsentati secundo loco,tex.in.cùm dilectus.ibi, non primus,sed secundus.extra de iure patro. vbi videtur permitti laico patrono quòd præsentet secundo loco,non autem totiens quotiens voluerit. Quæ opinio videtur roborata bonis fundamentis , & eam reperio tenere dominum Fely.in cap.omnes.circa medium.1.distin. Idem tenuit Do.Rochus de Curte in suo solenni tractatū de iure patronatus, super verbo ius honorificum,in 10.q.

Pro fulciendo tamē hoc iure regaliæ,quòd princeps potest conferre totiens quotiens vacauerit, donec ius ipsum regaliæ plenè sit ad effectum deductum. Cōtra supradicta facit in primis decisio.Do.Abb.in.c.quanto.in.2.col. extra de iudi. volens ibidem * quò patronus laicus potest plu 5
res præsentare,donec actus suus fuerit consummatus:quia non dicitur in infinitum vagari,ex quo non tendit nisi ad

vnum & eundem finem, videlicet vt sua collatio vagans iure regaliæ sustineat effectum suum. Neque est variatio, sed potius accumulatio. Eandem opinionem videtur tenere glos. in clemen. plures. eodem titu. ibi, simul vel successiuè. Per quæ omnino patet responsio ad argumẽta superiùs facta, quòd verba debent intelligi prima vice, & quòd infinitas est vitanda: quia hic princeps non intendit nisi semel conferre, dummodo plenè contulerit. & est potius accumulatio ad primum ius, quàm variatio. istud putarem esse speciale in regalia, sed in patrono laico an posit toties quotiens voluerit præsentare, non est sine scrupulo, vt latius dictum est supra.

Vltra præmissa fortificando primam opinionem, qua
6 videtur * postquam semel collatio facta est in regalia, esto quòd suum non sit sortita effectũ, sufficit semel prouidisse: quia ex casu sublatum est obstaculum, & remanet collatio libera, sicut in simili videmus in expectãte vel nominato, quibus affectatum est beneficium, sufficit quòd semel satisfactum sit, ad hoc vt liberetur. Ista est decisio non inelegans Ioan. Andr. in cap. statutum. de præbend. in 6. Eandem quæstionem format dominus Abbas in ca.
7 cùm ex officii. de præscriptio. vbi dicit, quòd * licet ordinarius habeat manus ligatas, & sit ei interdictum exercitium, si tamen non fuerint prosecuti vel succubuerint, tollitur obstaculum & res reuertitur ad naturam suam. hoc idem tetigit Bar. in l. cùm vir. ff. de vsucapio. & glos. pragmatic. sanction. in. §. quod si quis. in verbo irritum.
8 de collatio. Contrarium tamen est in regalia * nam ea beneficia sunt affectata regalistæ, vt in quascunque manus deueniant semper durat regalia, donec impetrans eo titulo pacificè gauisus sit, sicut operæ, & iura sepulchrorum nõ transeũt in exteros. l. quia perinde. §. 2. ff. ad Trebellia.

bellia. Nec est mirum, * quia res transit cum suo onere. 9
cap. ex literis. de pignoribus. arg.l.alienatio.ff.de contrahen. emptio. Simne videmus in theologo in cathedrali ecclesia, cui affecta est præbenda theologalis: quia non potest eam præbendam permutare cum non theologo. vt lepidè declarat glos.in.§.ordinat.in versiculo & quotiens, super verbo alio. in titulo de collationi. in pragmati. sanctio. Alibi idem diximus in * retrahente consangui- 10
neo, qui non potest cedere nisi ei qui sit similis conditionis. vt testatur Ioan.Fabri.institut. de acqui.facta per arrogatio. Quæ quæstio non est sine grandi controuersia. prout latè tractarunt Bald. Ias. Paul. de Cast. in.l.ad officium.C.communi diuidundo. & moderni in.l.prima.§. iuris nostri conseruandi.ff.de ope.noui nunciatio.

Et reperio inter memorialia cameræ compoctorum: quòd * regalista habens aduersarium,non potest compo- 11
nere seu pacisci sine licentia & authoritate superioris.vt in cap.super eod. in.c.statuimus. de transactio. aliàs defraudaretur ius regaliæ, quia ille cui rex contulit posset per collusionem renũtiare iuri regaliæ, & transferre in alium: & sic esset in potestate sua extinguere totum ius regaliæ, & dare titulum ex pacto & transactione,non autem ex canonica institutione regis.contra cap.ex frequentibus. de institutio. sicut & alibi dicitur, quòd * vbi papa appo- 12
suit manum, non potest se intromittere ordinarius. textus in cap. vt nostrum.vt benefic. ecclesiast.sine diminutio conferantur.

Cauetur etiam constitutione Philppina * quòd be- 13
neficium durat in regalia, in quascunque manus deuenerit, donèc plenè sit sortita effectum, pro quo vide singulare dictum Bald.in.l.inuitus.circa fi.C.de procu.vbi inquit,quando actus non habet effectũ secundũ intentionẽ

disponentis,non restringitur ad vnum actum, sed de vlteriori actu semper intelligitur donec res sortiatur effectū. Propterea alibi notabiliter idem Bald.refert in.l.fideicō-
14 missa.§.si decem.de legat.3.* quòd si ex forma statuti causa debet compromitti totiens debet actus reiterari,donec causa ipsa decidatur.sic in casu nostro.Idem debet dici vt breuius expiret regalia.Eandem opinionem tenet Philippus Decius in consil.22.incipiente, diuino implorato auxilio pro tenui facultate.in 1.col.
15 Secundò facit,quia* vbi verba loquūtur de actu dispositiuo,debent intelligi vt trahant secum executionem,nō autem de eo actu ex quo nullus resultat effectus.arg.l.quotiens.ff.de his qui satisda.cog. Ita firmat Bald.in.l.qui per salutem.ff.de iureiur.aliàs esset imperfecta. Tertia & alia ra
16 tio,quia * quando verba à lege vel à principe (qui est lex animata in terris)proferuntur,tunc de sui natura disponūt non solùm super vno actu,sed quotiens opus est:Et reiteratur actus donec cōsummatus sit. & ita limita.l.boues.§. hoc sermone.ff.de verb.signi.Ita non indoctè decidit Bal. in.l.vir.§.hæc vox.ff.de edendo.allegat Specu. in titul.de arbitris.in.§.excipitur.versic.quid si fuerit actū.hanc sententiam confirmat Ludouicus Roma.in consil.504.inci-
17 piente,in casu propositæ consultationis.vbi refert quòd * leges loquentes de prima vice debēt interpretari quando possint satisfieri per explicationē vnius actus : aliàs secus, quando sumus in actu reiterabili. hoc est expressum in.l. hæc conditio.ff.de conditio.& demonst.& ibi glo.notab. quæ dicit,quòd nō sufficit aliquid fieri, nisi iuris effectum sortiatur.Idem tex. in.l.si is à quo.§.fi. iuncta sequenti.ff. vt in possesio.leg. Ias.in.l.diuortio.§.quod si in anno. in
18 vlti.col.ff.solu.matri.Alibi ipsemet declarat,dicens * omnes leges & iura quæ dicūt quòd verba debent intelligi de

primo

primo actu, procedunt in dispositionibus hominum. Secus est in dispositione legis, vel statuti, quia nõ debent intelligi vt velint disponere de vno actu tantùm: sed totiens quotiens opus fuerit, aliàs esset imperfecta. Ita reassumpsit idem Ias. in. l. duobus. §. si ei quem. de iureiur. vbi plenè & copulatè recolligit præsentem materiam.

Summarium tertij priuilegij.

1 *Beneficium quocunque tempore cõmendatum cadit in regalia.*

2 *Commenda an sit titulus beneficii ecclesiastici.*

3 *An decretum de pacificis possessoribus habeat locum in commendatario.*

4 *In regalia requiritur possessio, & quod beneficium sit repletum de iure & de facto.*

5 *Beneficia commendata non possunt permutari.*

6 *Per mortem commendatarii uacat beneficium.*

7 *Extra casum regaliæ commenda perpetua habet uim tituli canonici.*

8 *Quis non potest esse pro parte seruus, & pro parte liber.*

9 *Titulus in commendam mutatus, an regaliæ apertura operetur.*

10 *An post mutationem tituli in commendam requiratur præstatio iuramenti fidelitatis.*

11 *Qui semel est hæres, nunquam desinit esse hæres.*

12 *Vbi res potest ad pristinam naturam reduci, remanet semper in sua antiquitate in qua prius erat.*

13 *Vbi substantia non mutatur non est nisi quædam commixtio.*

14 *Multa conceduntur in commendam, quæ non conceduntur in titulum.*

15 *Vbi res non potest reduci ad pristinum statum, confunditur & nihil retinet prioris iuris.*

16 *Farina quæ non potest reduci ad frumentum non comprehenditur sub nomine frumenti.*

17 *Sufficit quòd prælatura momento uacauerit, ut aperiatur regalia.*
18 *Ratione momenti quis excluditur.*
19 *Tot sunt stipulationes quot sunt res.*
20 *Vnica absolutio, non satisfacit pro duabus excommunicationibus.*
21 *Habens beneficium in titulum, si postea illud in commendam obtineat titulo renunciare dicitur.*
22 *Vbi duplex prouisio tendit ad diuersos effectus non potest concurrere in unam & eandem personam.*
23 *Iura reputant impossibile rem meam apud me deponi posse.*

1 Tertium priuilegium est, * quòd beneficium commendatum quocũque tempore quis obtinuerit, semper cadit in regalia. Vnde si quis episcopus tenuerit præbendam vel dignitatem in ecclesia cathedrali in commendam, & episcopus vel archiepiscopus illius ecclesiæ decedat, vacat in regalia hæc præbenda vel dignitas. Hæc materia occurrit in curia parlamenti pro subdecanatu Baiocens. eo quòd dominus Philippus de Melduno tunc episcopus Cathalonen. prædictum subdecanatum tenebat in commendam. Vnde sede pastore carẽte ipsum subdecanatum rex contulit iure regaliæ Aegidio de Foycourt, qui tandem obtinuit: & hoc, anno millesimo trecentesimo trigesimoquinto, quintadecima Iunii.

2 Hæc quæstio versatur sub illo dubio, * vtrum commenda sit titulus beneficii ecclesiastici. Archidia. in cap. si propter tua debita. de rescipt. in 6. dicit commendam esse titulum canonicum. Eandem opinionem secuti sunt multi in. c. dudum. l. 2. de elect. Idem glo. in. c. nemo deinceps. de electio. in 6. quæ dicit quòd nõ dicitur vacare interim beneficium, quia cõmenda est titulus canonicus. propterea

ea glo.prag.ſanct.ſub decreto de pacificis poſſeſſ.in verbo titulum.quærit vtrum illud decretum,volens * quòd titu- 3 larius gaudens pacificè beneficio per triennium,nõ poteſt inquietari neque in poſſeſſorio,neque in petitorio,habeat locum in commendatario,determinat quòd ſic:quia commenda eſt titulus canonicus. quod placet Ioan. Mo. vbi Probus latè in.d.c.nemo.

Contrariam opinionẽ tenet in primis Inno.& do.Abb. in.c.ſi conſtiterit,extra de accuſa.vbi dicit quòd commẽda poteſt reuocari ad nutum concedentis. Hoc idem firmat &.ſequitur Panor.in.c.querelam.in.2.nota.de electio. dicens quòd commẽdatarius non eſt titularius, ſed ſolum procurator eccleſiæ,vel cuſtos fructuum,ita quòd eccleſia debet remanere in ſuo ſtatu & miniſterio ſacerdotum, & iure hoſpitalitatis,& nihil percipit niſi ſuperfluos fructus deductis quibuſcunque oneribus. Iſtud reaſſumpſit idem Abbas in.c.de monachis.de præben. ſubiiciens ita tenere Inno.in.c.paſtoralis.de priuilegiis.

Pro iſta opinione eſt text.in.c.qui plures.21.q.1. & in.c. dudũ.l.2.de elec.vbi quis non poteſt tenere duas parochiales eccleſias,poteſt tamẽ tenere vnam in titulum, & aliam in cõmendã.Igitur dicunt doctores quòd cõmenda nõ eſt titulus.iſtud idẽ tenet Bal.eleganter in.l.ex verbo.C.de ſi deicõ.libert.vbi dicit quòd verbum cõmenda nõ inducit diſpoſitionẽ,ſed ſolùm cõgratulationẽ. Ex quo infert ibidem Bal.quòd in beneficialibus cõmenda nõ dat titulum.

Vltra ſupradicta facit pulchra ratio, * quia in regalia re- 4 quiritur poſſeſsio,& quòd beneficium ſit repletum de iure & de facto.pro quo vide quæ dicuntur in priuilegio ſequenti.ſed commendatarius non poſsidet,arg.l.licet.§.rei depoſitæ.ff.depoſiti. Sed habet cuſtodiam rei vacantis, vt eſt tex.in.c.cum nobis.in fine.de electio.

Pro ista opinione stringit dictum domi. Abba. Panor. in
5 c.cum olim.extra de rer.permut.vbi dicit * quòd beneficia commendata non possunt permutari,quia non fit permutatio nisi de beneficio ad beneficium. sed beneficium commendatum non est beneficium,cùm nō habeat commendatarius canonicum titulum.

Hanc eandem sententiam tenet Nicol. de Milis in reperto.suo super verbo beneficium vacans reseruatum, respondens ad glos.in.d.c.nemo deinceps, inquantum dicit quòd commenda est titulus canonicus, quòd debet intelligi de titulo quo ad administrandum,nō quo ad ius in beneficio: finaliter cōcludit idem de Milis in dicto repertorio, quòd si commenda est temporalis,non est titulus: sed si est ad vitam,vt hodie fit,est titulus.hanc eandem sententiam sequitur Lappus in additio. ad Federicum in tracta. permutationis.dicta.q.15.subiiciens quod ita Ioan. Andr.
6 sibi respondit, * quòd per mortem cōmendatarii vacat beneficium.hoc refertur per glo.prag.sanct.in titu. de elect. in glo.super verbo causa.ibi,sed si papa commendauit, dicens quòd hæc est opinio citramontanorum, cui inhærere vult,fortiùs ibi tenens quod si episcopatus esset cōmendatarius,potestas eligendi (finita commēda) reuertitur ad eligentes.Panor.in dicto.c.si constiterit.

Sed vnum obstat in materia nostra,quòd ex quo beneficiū est commēdatum à summo pontifice,videtur sibi reseruatum,ita quòd non potest rex vel alius inferior prouidere,arg.c.vt nostrum. extra vt ecclesiastica beneficia. Io. And.in.c.inter dilectos.extra de excessib.prælato. Compostella.in.c.cum nobis olim.in fi.de elect.

Sed hodie tales reseruationes præsertim in fauorē personarum per formam vnionis vel commendæ factæ nō valent,quin collationes reuertantur ad ordinarios collatores:

aliàs

aliàs fieret fraus legi, quia papa non concederet in titulũ, ſed commendaret omnia beneficia contra mentem decreti Baſilien. Ita eleganter gl. prag. ſanctionis ſuper illo verbo cauſa. in titulo de elect. & eadem glo. in titu. de reſeruatio. in fi. ſuper verbo exceptis. & dominus Abbas in ca. expoſuiſti. de præb.

Præterea quantum attinet ad cõmendam, addatur quòd extrà caſum Regaliæ commenda * perpetua habet vim ti 7
tuli canonici, & hoc potiſsimum in Francia. vltrà ſuperius adducta teſtatur Ioannes Galli, in quæſt. 14. vbi dicit prolatum fuiſſe arreſtum Pariſius. & idem tangit Chaſſaneus in rubrica de ſuccesſio. baſtardo. in conſuetudinibus Burgũdiæ. hoc firmat Guydo Papæ in deciſionibus Delphinatus, quæſtione 152. hanc partem pro Citramontanis ſequutus eſt dominus Andr. Barba. in 2. parte conſiliorum. in 2. conſilio, incipiente ſapienter, dũ quærit, vtrũ delegatio facta Abbati tranſeat in perpetuum cõmendatarium Abbatiæ, vbi tenet quòd ſic, & quod declarat ex tenore bullæ: quia ſubrogatur commendatario loco veri titularii. Vnde remota eſt illa nubecula ſimplicis cõmendatarii: & eſt altera in verum prælatum, cui in tenore bullæ dicitur, quòd liberè poſsit de fructibus & redditibꝰ diſponere, prout in titulum habentes: iam alterat ſtatum cõmendæ, & habilitat eum capacem verum titularium, quia in ſimili nõ * poteſt quis eſſe pro parte ſeruus, & pro par- 8
te liber. l. ſi duobus. & l. pariter. ff. de liber. cauſa. tex. in. l. libertas. ff. de manu. teſt. Bar. ĩ. l. ſi maritꝰ. § . lege. ff. de adul.

Ex quibus ortum eſt aliquando pulchrum dubium (ſcire licet) quid ſi epiſcopatus conceſſus eſt in titulum, & homagio facto, & manu per gentes regias leuata, ſi * aliqua 9
ſuperueniente cauſa epiſcopatus ipſe per ſedem Apoſtolicam conceſſus in titulum, mutetur in commendam,

vtrum expirauerit primus titulus, & opus sit noua fidelitate. Ita quòd si interim occurrat vacatio beneficiorum collatio sit in Regalia, vel spectet ad ipsum qui priùs erat titularius, nunc autem factus est commendatarius. Hanc quæstionem formauit dominus Ioan. Galli. in arrestis curiæ parlamenti per eũ collectis, sub anno millesimo 384. decimo Calen. Ianuarii, dum casus accideret in personam domini episcopi Laudunensis, qui fuit eodem anno Cardinalis creatus, & ab episcopatu prędicto absolutus, nullóque intermedio in commendam sibi traditus, & consensus præstitus: accidit quòd eodem anno Guillermus de Cruce scriptor literarum pœnitẽtiariæ, qui circa festum Magdalenes defunctus est, tunc canonicus præbendatus ecclesiæ Laudunensis.

Quæsitum fuit in curia, ad quem spectaret collatio beneficii, an ad episcopum, vel ad Romanũ Põtificẽ, an verò
10 ad Franciæ regẽ, eo quòd postquam * commenda illi tradita fuerat, nullum homagiũ, aut fidelitatem fieri fecerat, vnde prætendebat rex vacationem in Regalia, ideo dictã præbendam contulit magistro Clementi Parui, vt vacantẽ in Regalia. Propterea mota est quæstio, istud est dubiũ notabile, an per commẽdam ei qui prius in titulum tenebat sit dare vacationem beneficii, vel prælaturæ, prima facie videtur dicendum, quòd non extinguitur primus titu
11 lus, quia * qui semel est hæres nunquam desinit esse hæres, tex. est in. l. & si fine. §. sed quod Papinianus. ff. de minor. l. hæreditatis in diem. ff. de verbo. signifi. cum multis aliis: vnde titulus beneficii nõ datur ad tẽpus, sed est perpetuus. tex. in. c. satis peruersum. 56. distinctio. præsertim in episcopatibus; vbi confertur ordo. glos. Ioan. And. in prœemio sexti. Secundò facit, quia ea quæ incontinẽti fiunt videntur inesse. l. lecta. versiculo dicebam. ff. si certum petat. Si

ergo

ergo ex titulario incontinenti quis effectus est commendatarius,& præstitit consensum,non est dare vacationis medium:quia commenda non est,nisi cõfirmatio & prioris corroboratio tituli,ex quo papa concedit sibi,vt possit frui & gaudere fructibus,sicut illi qui episcopatum in titulum tenent, prout latiùs deducit Probus apud Ioan. Mo. in.c.nemo.de elect.in 6.

Tertiò facit regula communis, quòd vbi * res potest ad pristinam naturam reduci, remanet semper in sua antiquitate in qua prius erat. text. est pulcher in.l.adeo. in §.cùm quis.ff.de acquirend.rer. domi. Ita bellè Angel.in §.cùm ex aliena.institu.de rer.diuisio.alibi Bar.in.l.Item Pomponius scribit se frumentum.ff.de rei vendicatio. * quòd vbi substantia non mutatur,tunc non est nisi quædam commixtio,quæ non alterat primam naturam. Idem repetit Angel.in.§.quòd si frumentum.eodem titulo. institu.de rer.diuisio. 12 13

Quartò,quia cum sit vnus & idem episcopus, non tertius,& de eadem prælatura agatur,de qua semel fecit homagium principi,non est æquum quòd sub specie cõmendæ accidentis teneatur iterum facere aliud nouum homagium,sicut in simili fuit decisum,quòd vbi semel sommo pontifici fuerit præstatio facta de vna quinta redditus beneficii,si cõtingat eodem anno bis,vel pluries,beneficium vacare reputabitur vnica vacatio,vt non teneatur amplius eam persoluere.Ita fuit decisum in cõsilio Basiliensi,in.§. Item quòd si ecclesia.in tit.de anna.vbi dicit ibidem glo. quod si semel in decima ex Apostolica ordinatione leuanda solutio facta est,non amplius debetur. refert ita fuisse declaratum in extrauaganti,dudum.in versiculo volumus: & in extrauaganti, multiplicum. non tamen memini sub quo titulo sitæ sint extrauagantes illæ.

In contrarium tamen adducuntur multa inprimis,
14 quia * multa conceduntur in commendam quæ non con
ceduntur in titulum, vt est tex. in. c. quàm plures. 21. quæ-
stio. 1. Panor. in. c. de nullo. de præben. dico latiùs in tracta.
commenda.

Secundò mutatur substantia, ex quo titulus est perpe-
tuus: & commenda dependet à voluntate concedentis,
vt dicit glo. in dicto. c. quàm plures, & in. c. si constituerit,
de accusatio. Etiam dic quòd prælati, vt episcopi non de-
bent esse temporales secus in commendatario. Hanc dif-
ferentiam ponit Bald. pulchrè. in. l. si tibi filius. ff. de ado-
15 ptio. vnde dicitur quòd * vbi res nõ potest reduci ad pri-
stinum statum, cõfunditur, & nihil retinet prioris iuris, vt
eleganter dicit Bart. in. l. quæsitum. in. §. illud fortassis. de
16 legat. 3. loquens de farina, * quæ nõ potest reuerti ad fru-
mẽtum, non comprehenditur sub nomine frumenti. Hoc
idem tenuit Bart. in dicta. l. Põponius scribit. §. si frumen-
tum. de rei vendica. ff.
17 Tertiò sufficit, quòd * momento vacauerit adhoc, vt
aperiatur Regalia, sicuti quando de titulo mutatur in cõ-
mendam, & est dare momentum, quo vacauerit prælatu-
ra. vnde opus est nouo homagio ex quo beneficia cadunt
in Regalia. pro quo facit, quòd in simili dicit Bald. in ca.
vnico. in. §. quin etiam episcopum, vel abbatem. in vsib.
18 feudor. vbi decidit quòd * ratione momenti quis exclu-
ditur, vnde si testator facit substitutionem filio, & sine li-
beris obierit, cùm ipse moritur, cũ filio qui non vixit, nisi
vno momento, tamen substitutio fideicommissaria est
extincta. ff. ad Trebellia. l. ex facto. §. vltimo. ff. de reb. du-
biis. l. quod pariter facit lex cum vxor. C. de posthu. & hæ-
redib. insti. vbi idem Bal. post Barto. in. l. fi. ff. ad Tertullia.
Nec est mirum quòd ex diuersis prouisionibus Aposto-
licis

licis recognoſcatur rex diuerſis homagiis, ſicut in ſimili videmus, quòd * tot ſunt ſtipulationes quot ſunt res.'.ſci 19
re debemus.ff. de verbo. obligatio. & vnica mutatio non ſufficit ad opera diuerſa, vt dicit tex.in.l.de pupillo.§.ſi in pluribus. ff. de operib. noui nuntiatio. Simile habetur, quòd * vnica abſolutio non ſatisfacit pro duabus excom 20
municationibus: vt in.c.in officii.in.c.cum pro cauſa.de ſenten.excommunica.in.c.ex parte.de officio ordina. facit pro hoc, quia quando plures cauſæ concurrunt diuerſis temporibus ordinantur ex tempore, vt vna poſt aliam ordinate procedat, vt eſt tex.in.l.in operis.ff.locati.in.l.final.C.de ordina.iudic. Propterea dicebat eleganter Guillermus de Monte Lauduno in extrauaganti Ioannis 22. incipiente, Suſcepti regiminis, in verbo vel alterius, quòd quando quis percipit fructus, ſi contingat primo anno bis beneficium vacare, ille cui primi anni fructus competebát, habebit fructus à tempore primæ vacationis vſque ad ſecundam, & à ſecunda per totum annum completum. Ita doctè decidit Henri. Boic.in.c.tua.de verbo.ſigni.& Bar. in.l.ſenatus.in fine.ad Turpil.

Vltra ſuperius adducta confirmantur prædicta ex doctrina domini Ludo.de Roma.in conſilio.350. incipiente, in caſu præpoſitæ conſultationis, in quinta colum. verſiculo, quo aſt ſecundum. vbi eleganter dicit, quòd * ſi quis 21
habeat titulum in beneficio, & poſtea impetret in commendam, aut ratificet cõmendam ſibi conceſſam, videtur renũtiare primę prouiſioni tituli, & deſinit eſſe titularius, efficitúrque cõmendatarius: mouetur duplici ratione ille. Prima, quia * vbi prouiſio duplex tendit ad diuerſos effe- 22
ctus, non poteſt concurrere in vnam & eandem perſonam, ſed per acceptationem ſecundæ prouiſionis cenſetur renuntiaſſe primæ. allegat per hoc tex. expreſſum in.l.ſi

quis ante.ff.de acquirenda possessio.vbi dicit iurisconsul tus,quòd si quis rem quandam teneat titulo præcarii (& sic titulo possessionem conferente) quia præcarium natu ráliter posidet.l.& habet.§.eum qui.ff.de præcar.si postmodum cõducat ab eo,qui præcario concesit, reputatur discedere à primo contractu,& vbi prius posidebat, nũc solùm detinet.idem facit tex.in.l.qui vniuersis.§.per colonum, eodem titulo.ff.de acquirenda possessio.l.nõ solùm, in fine.ff.de vsucapio.similis est tex. expressus in.l.qui bonæ fidei,eodem titulo.de acquirenda possessio. Sic igitur in proposito hab ens præaturam in titulum conferentem ius in re,si eandem impetret in commendam, desinit titulum illum habere,& incipit adipisci solam detentionem, quæ est in commenda.Imposibile * reputant enim iura
23 rem quæ mea est apud me deponi posse.l. neque pignus. de regul.iuris.l.qui rem.ff.depositi.&.l.ei à quo.ff.de vsucapio.Ita concludit Ludo.de Roma,in loco prællegato. & Fely.Sande.in.c.in nostra.super verbo,titulus multiplicatur.in 2.col.de rescript.

¶Summarium quarti priuilegii.

1 *Regalia in arca retenta, primo regalistæ non suffragatur, nec secundo refragatur.*
2 *Differẽtia est inter rescripta ad lites, & rescripta ad beneficia.*
3 *Quis dicatur constitutus in notabili negligentia.*
4 *Vbi pœna apponitur negatiuæ,pro negligentia nõ dicitur,quis negligens,nisi monitione præmissa tempore non adiecto.*
5 *Possessio plurimùm attenditur in Regalia.*
6 *Casus in quibus nõ consideratur negligentia non petentis.*
7 *Lex habet pro absurdo quòd quis resignet donet, & retineat.*
8 *Vbi est præsumptio fraudis,requiritur traditio corporalis.*
9 *Constitutio præcarii quando non tollat uitium simulationis.*

Tempus

10 *Tempus publicandæ resignationis quando currere incipiat.*
11 *Non potest apprehendi possessio actualis, nisi bullis in forma expeditis.*
12 *Actus non retrotrahitur quando pro forma rei agendæ consensus requiritur.*
13 *Procurator ad resignandum, reuocatur ante præstationem consensus.*
14 *Gratia dicitur perfecta per uerbum fiat, uel concessum, ut petitur.*
15 *Valet resignatio facta bullis non confectis.*
16 *Vbi urget necessitas sine ipsa excusatur impeditus.*

QVartum priuilegiũ est,* quòd si quis habue- 1
rit collationem à rege in vim aperturæ Regaliæ,& illam non publicauerit, sed in arca retinuerit,secundus impetrãs præfertur primo impetranti,præsertim quando est in notabili negligentia per lapsum triennii.Istud fuit ventilatum in curia parlamenti pro præbenda Rothomagen.inter magistrum Robertum le Gay,aduersus magistrum Petrum de Failz,anno domini millesimo trecentesimo trigesimooctauo, die tertia Iulii. circa quam.q. est videndum quomodo quis dicatur constitutus in notabili negligentia ad præsentationem sui iuris si quis collatione sibi facta vsus non fuerit.in qua.q.fuerunt diuersæ opiniones.

Prima, quando quis dimittit labi annum intra quem non requirit se recipi ad beneficium, sicut in rescriptis ad lites si quis non est vsus intra annum, priuatur commodo & effectu literarum.text.in.c, plerunque.extrà de rescript.idem in beneficialibus.Ista fuit opinio nonnullorum,quæ reprehenditur in.c.capitulum sanctæ Crucis. eodem titulo.

Sed illam corrigit Ioan.Andreæ,* quia longa est diffe- 2

rentia in rescriptis ad lites, & in rescriptis ad beneficia quia maius est præiudiciũ illa perdere, quàm rescripta ad lites, cùm difficilius impetrentur, & ideo difficilius amittuntur: & ad tollendam consequentiam sufficit dare instantiam. l. creditori. ff. de operis noui nuntia.

Sed videmus quòd literæ ad lites, si sunt subreptitiæ, non sunt nullæ, sed eliduntur ope exceptionis. text. in ca. cæterum. extra de rescriptis. in. c. ad audientiam. le 2. eodẽ titulo. & tamen literæ ad beneficia subreptitiæ, sunt ipso iure nullæ. tex. in. c. si motu proprio. de præben. in. 6. probat latè Probus in tracta. Dispensa. in. 2. membro, & in 2. parte. 6. membri.

3 Secunda fuit opinio aliorum, dicentium * quòd tunc quis dicitur constitutus in notabili negligentia, quãdo est tempus specialiter constitutũ. iuxta tex. & ibi glo. in. clem. vnica. in verbo intra mensem. de cõcess. præb. ita Fely. in c. si autẽ. de rescriptis, ratio, quia quando quis tenetur ad factum limitato tempore, si non facit, probatur negligentia. tex. in. l. 3. §. si ad diẽ. ff. de re milita. in. l. 2. §. sed si quis. ff. si quis cautio.

Tertius modus conuincendi negligentiam, est quando primus impetrans dimittit quòd conferatur præbenda secundo impetranti: ita quòd proceditur ad executionem illius collationis, tunc dicitur constitutus in notabili negligentia, iuxta tex. in. c. tibi qui. de rescriptis. in. 6. in. c. si clericus. in verbo negligenter. petere distulerit. de præb. in. 6. ita dicunt dominus Abbas & Fely. in. d. c. cæterum. & in. c. ad audientiam le. 2. & in. c. capitulum sanctæ crucis. de rescript.

Quarta fuit opinio, quod modus detegendi negligentiã est arbitrarius, & Iudex arbitrabitur vtrum fuerit negligens in præsentando, vel nõ præsentãdo ex longissima

dilatione

dilatione temporis. ita dicit Ioan. And. in dicto. c. si clericus. in verbo negligenter. de præbē. in 6. Cùm enim terminus non est præfixus, vel monitio præcedens, non potest detegi negligentia. tex. est sing. in. c. si tibi absenti. in fi. de præb. in 6. l. mancipiorum. ff. de optio. lega. hoc idem reassumpsit Ioan. And. in dicta cle. vnica. de concess. præben. Et dominus Card. de Zabarellis, ibidem. in. §. fi. in. 3. q. præsertim in casu nostro, vbi sunt duo impetrātes à rege, constat quòd iam deuētum est ad collationem per regem pro primo, vnde negligentia triennalis non deberet sibi nocere, & prodesse secundo.

Quibus adducitur elegans doctrina Innocen. communiter approbata, in. c. extirpandæ. §. quia verò. de præben. vbi dicit quòd * vbi pœna apponitur negatiuè pro negligentia, non dicitur negligens, nisi monitione præmissa tempore non adiecto. Latè Fely. in dicto. c. si autem. extra de rescript. 4

Propter has diuersas doctorum sententias & opiniones, datum est hoc priuilegium in Regalia, vt si quis collatione Regaliæ vsus non fuerit per triennium, sed in archa retinuerit, * quòd si superueniat secundus regalista, 5
præferatur primo impetranti, & hoc operatur possessio, quæ vt plurimum attenditur in Regalia: cùm sit aliter in iure cautū, quòd si quis primo cōtulerit vni beneficium, & deinde cōfert alteri, & tradit, præfertur semper primus. tex. in. c. si tibi concess. in cap. quia in cunctis. de concess. præben. in 6. in cap. duobus. de rescrip. in 6. notat Ias. in. l. quotiēs. (ad limitationem illius legis) C. de rei vendi. tex. in. c. illud. & in. c. suggestum. extra de iure patrona. Attento casu nostro in quo deuentum est iam ad collationem per regem, cōstat de prioritate primæ respectu secundæ, iuxta dictum. c. duobus. & in. c. si à sede. de præben. in 6.

Cùm sit igitur ius quæsitum primo per collationem, videtur quòd tempus triennii nō inducat præscriptionem, vt priuet primum iure beneficii, vt dicit glo. notab. in ca. cùm olim. extra de dolo & contu. dominus Abbas in cap. cura. extra de iure patro. cùm tempus non est modus tollendæ vel inducendæ obligationis. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & obliga.

6 Sunt tamen tres casus * in quibus nō consideratur negligentia non petentis. Primus, quando quis est receptus in canonicum sub expectatione præbendæ, quia est adeo affectum beneficium, quòd esto quòd non petierit, semper requirere potest, etiam quod sit iam deuectum ad collationem. tex. in dicto cap. si clericus. §. verum. & in cap. si postquam. de præben. in 6.

Secundus casus est, quando secundus est prouisus à papa, sed anteriores habent ab inferiore, præfertur secundus in collatione beneficii. tex. in. c. hi qui. de præben. in 6. notat glo. in regula qui prior. de regu. iur. in 6. Dominicus in cap. ei cui. de præben. eod. lib.

Tertius, quādo secūdus haberet in literis clausulā anteferri, de qua in. c. pe. de præb. in 6. Io. And. in. c. mandatū. de rescrip. domini de Rot. ī deci. 15. ī antiq. sub tit. de ꝑb.

Addo quòd idem est in signatura beneficii in arca retenta, quæ si bullæ non fuerint confectæ, aut expeditæ, & remanserit resignans in possessione post sex mēses, beneficium censebitur vacare per obitum, & nō per resignationem: ista est ordinatio seu regula cancellariæ. Inno. papæ octaui quæ amplificat, siue beneficia sint resignata ī curia, siue extra curiam, & quòd collationes de illis tāquam per resignationē factæ, & inde secutæ, nullius sint roboris & momenti. ista fuit constitutio prædicti Inno. 34. in ordine posita. hoc idem prouidit Sixtus papa. 4. de omnibus prouisionibus

uisionibus gratiarum, quæ emanant à summo pontifice, ne diu sint in suspenso. Voluit idem põtifex quòd omnes & singulæ concessionum gratiæ, etiam si motu proprio concessæ sint, expediantur in forma, & publicentur infra quatuor menses, pro Citramontanis,& pro Vltramontanis infra octo à computatione datæ eorum: aliàs si literæ Apostolicæ non sint confectæ, & totaliter expeditæ infra dictum tempus, nullius existere roboris & momenti declarat. Quarum constitutionum habetur ratio in promptu, quia * lex etiam ciuilis pro absurdo habet, 7
quòd quis resignet,donet,& retineat, & non carere scrupulo fraudis quando donans moritur in possessione rei donatæ.tex.est quem omnes cõmendando acclamãt in.l. sicut.§.superuacuũ.ff.quib.mod.pig.vel hipothec.sol. Et inter fraudes & simulatos cõtractus eleganter posuit Bartho.in.l.post contractum. in.2.col.ff. de dona.in versic.3. idem in.l.si is qui.ff.de acqui.hæred.Nec sufficeret,quòd donans vel resignãs acciperet ad firmam,vel nomine donatoris possideret, quia * vbi est præsumptio vel suspi- 8
tio fraudis requiritur traditio corporalis. text.in.l.1.C.de suffrag. Quia adhoc datᷓ vna pulchra regula,ꝙ * vbicũq; 9
res tendit.tendit in præiudiciũ tertii(videlicet ordinarii) cõstitutio præcarii non tollit vitium simulationi.Ita pulchrè & notabiliter decidit Bal.in.l. illud.in pe.col.C.de sacrosan.eccl.Ex quibus oritur per q̃ pulchra quæstio,quãdo * incipiet currere tẽpus sex mensium de publicatione 10
fiẽda ĩ beneficiis resignatis,an à tẽpore supplicatiõis porrectę & datæ ꝓuisionis,an verò à tẽpore præstiti cõsensus.

Hæc quæstio cõtigit nouissimis diebus in personã religiosi fratris Caroli de Lynene actoris,ratione priorat⁹ de Thelemaco Petragoricẽ. diœcesis,cõtra & aduersus quẽdã nomine Belcier defensorẽ & reũ, quia resignãs prædi-

ctum prioratū, repertus fuit in possessione per nouē menses absque reali apprehensione possessionis illius, cui resignatio facta erat, & admissa: ex quo procurator nō præstiterat cōsensum, nisi post prędictos nouem menses: vnde si accipiamus à tempore datæ præstiti cōsensus, erat adhuc infra semestre tēpus sibi indultū à iure. Si verò accipiamus à tempore concessionis Apostolicæ gratiæ & datæ prouisionis, iam effluxerant nouem menses, & sic beneficiū censetur vacare per obitum per supradicta, propter quod diutius in palatiis altercatū extitit, quod tēpus inspici debeat.

Nonnulli mouebantur quòd debeat haberi ratio temporis à die præstiti consensus procuratoris: quia per ordinationes Apostolicas, Sixtus papa quartus, & Innocen. papa octauus, voluerūt, statuerunt, & ordinauerunt, quòd si super resignatione cuiuscunque beneficii ecclesiastici, seu cessione iuris in manibus summi pōtificis, vel in cancellaria Apostolica fieri cōtigerit, literæ Apostolicæ nullatenus expediantur, nisi resignans, vel cedens, præsens sit in curia Romana personaliter: alioquin per procuratorem suum adhoc ab eo specialiter cōstitutum, expeditioni huiusmodi in manibus papæ, seu eius vicecancellarii consenserit, & iurauerit, prout moris est. Si igitur literæ non possint expediri, nisi prius procurator præstiterit consensum, debet accipi tempus à die præstiti consensus per procu-
11 ratorem, quia * non potest apprehendi possessio actualis, nisi bullis in forma expeditis, vt hodie habetur ī extrauaganti Bonifacii papæ 8. quæ situatur sub tit. de elect. & incipit, iniunctæ nobis. aliàs intrans possessionem bullis nō leuatis perdit omne ius, non obstante signatura. vt est regula cancellariæ præfati Inno. 8. 43. nume. & idem notat Fely. in. c. veniens. in. 1. col. de accusa. allegat Calderinum in titu. de verbo. significa. in consil. 13 & glos. in. c. veritas.

in

in verbo silentium.de dolo & contuma.

Secundò, adducebatur alia regula Pauli papæ secundi, loquens infirmo,qui resignat beneficium in curia,vel alibi,qui debet superuiuere viginti diebus,qui se extendunt à die præstiti cõsensus per resignantẽ in expeditione bullarum, vel prouisione beneficii sic per resignationem vacantis:non autem à data supplicationis desuper signatæ, & literarum super illa expeditarum. Quam confirmauit Innocen.papa octauus. & fuit prædicta regula publicata in cancellaria,ponficatus sui anno.2.

Tertiò adducebatur,quia quãdo * pro forma rei agendæ consensus requiritur,nunquam actus retrotrahitur.dicit Bald.originaliter in.l.fina.in.1.colum. C.ad Macedo. præsertim quando actus intermedius obuiat coniunctioni extremorum.tex.in.l.si debitum.§.si procurator.ff.rem rat.habe.facit.l.cùm decem.ff.de solutio. 12

Quartò,stringit aliud fundamentũ,quia quando * quis cõstituit procuratorem ad resignandum, potest illum antequã præstiterit consensum reuocare,vel si moriatur cẽsetur vacare per mortem.Ista est pulchra glos. Ioan. And. in cle.cùm illusio.in verbo quomodolibet. de renunc. habetur latè per Feli.in cap.ex parte decani.de rescrip.igitur accipiẽdum erit tempus à die præstiti consensus,nõ autẽ à die porrectæ supplicationis. Et istud videtur fuisse iudicetur per arrestum Tholosanum, pro prioratu de Rupe Vabrensis diœcesis,vacante per obitum magistri Thomę de ruthena, inter magistrum Ioannem Garnier, actorem & conquerentẽ in casu saisinæ,& nouitatis ex vna. Et magistrum Ioannem Rosilles defensorem ex altera. vbi declaratum extitit prædictum prioratũ de Rupe vacasse per obitum, & non per resignationem : licet supplicatio resignationis fuisset per verbum,fiat,id est per summum pon- 13 Arestũ.

tificem signata, interim procurator constitutus ante præstationem consensus decessit. Et sic per senatusconsultũ Tholosanum interpretatum est, quòd tempus sex mẽsium de publicandis debet intelligi à tempore præstiti consensus, non autem à tempore datæ concessionis factæ. Dictũ arrestum latum reperitur. 20. Februarii. 1535.

In oppositum tamẽ, quòd debeat incipi à tempore datæ & supplicationis porrectæ tempus de publicandis resignationibus, stringũt multa:

Imprimis, quia ex stilo curiæ Romanæ impetrãs beneficium per resignationem porrigit supplicationem papæ, aut cardinali habenti signaturam gratiæ cum expressione modi vacationis, requirendo sibi prouideri de beneficio requisito. & statim habita signatura dictæ supplicationis ius totale & integrum acquiritur super beneficio ipsi impetranti, quæ suspicatur habere fundamentum substantiale, ac ius radicatũ & indelebile supplicanti acquisitũ, adeo quòd non restat, nisi probatio mandati corã notario cancellariæ, qui stilus maximè est attẽdendus tanquã vsque in hodiernũ diem obseruatus, vt bellè & eleganter enucleat Feli. Sand. auditor Rotæ. in. c. ex parte. in. 7. colum. de rescrip. & latius Probus in tract. pensio. parte. 3. q. 6.

14 Secundò facit, quia * vbi primum papa profert verbũ, fiat, vel per cardinalem cõcessum, est perfecta gratia papę, etiam ante confectionem literarum, quia literæ non sunt de substantia gratiæ, sed solùm de substantia probatoria ipsius. ita pulchrè & copiosè Ioan. And. in procœmio Sexti. & Bal. in. l. hic annum. C. de legib. quod latius tractabimus in sequentibus. Hinc est quòd * si quis fuerit prouisus per signaturam in curia Romana, potest bullis nõ confectis resignare beneficium, & tenebit ipsius resignatio: ita hodie communiter practicatur. Item ex dispositione iuris, si

15

ris, si papa admiserit resignationem per signaturam, & interim moriatur idem pontifex, nihilominus successor concedit literas sub forma rationi congruit, & refert se ad tẽpus datæ supplicationis, vt habetur in cap. ex literis. de rescriptis. & ita communi vtentium vsu & consuetudine approbatur.

Tertiò, ex constitutionibus Iulii, Leonis, & Clementis, ordinatũ est, quòd vbi primum per verbum, fiat, supplicatio fuerit signata, est gratia perfecta: in tantùm ꝙ retrotrahitur consensus ad datam supplicationis porrectæ, ista est præclara declaratio dicti Clemẽtis. 7. de data Romæ, anno incarnationis dominicæ millesimo quingẽtesimo vigesimotertio, idibus Ianuarii, pontificatus sui anno 6.

Quartò, insurgit alia regula cancellariæ prædicti papæ Sixti quarti, per quam inter cætera canit inhærendo prædecessorum dictis, quòd omnes & singulæ gratiæ & largitiones (etiam si motu proprio concedantur) quæ expeditionem exigunt literarum Apostolicarum infra quatuor mẽses pro Vltramontanis Romæ in curia degentibus, pro Citramõtanis Galliæ infra octo menses à die datæ computandos expediri valeant, aliàs nullius roboris & momenti existant. lecta & publicata prædicta regula Romæ, in cancellaria. 18. anno 1474. & sic in omnibus ordinationibus Apostolicis volunt Romani pontifices, quòd præcipuè attendatur tempus datæ, non autem tempus præstiti cõsensus: vt latiùs declarat Felynus in. c. eam te. in 16. col. de rescript. Notatur in clemen. fi. eod. tit. in ca. si super. de offic. deleg. in 6. Et pro hac parte ita iudicatum est per arrestum curiæ Parisien. inter magistrum Gilbertum des Collons actorẽ ex vna parte, & magistrum Martinũ Graulard defensorẽ ex altera, ratione & occasione canonicatus & præbendæ Niuernen. quæ fuit resignata per Arestũ.

magistrum Ioannem Darmes, anno domini.1498. & admissa Romæ in mense Octobri. Sed possessionem non acceperat nisi mẽse Maio, anno domini.1499. Et dicebat ꝙ nõ venerat infra tẽpus de publicandis, & ꝙ prædictus resignãs mortuus fuerat in possessione prædicti beneficii.

In contrarium tamen apponebat defensor, quòd inspiciendo tempus datæ, longo tempore prouisus fuerat ante mortem, & quod consensus procuratoris retrahit, debebat ad datam: præsertim cùm possessio adepta erat ante obitum resignantis, per præfatum arrestum dictum fuit, quòd prædictus Craulard sic prouisus à sede Apostolica, habita consideratione ad data, manutenebitur in possessione & saisina prædicti canonicatus & prębendæ, de data in parlamento.4. Augusti.1504.

Simile arrestum latum est inter magistrum Martinum Dargiis, actorem & conquerentem in casu saisinæ & nouitatis ex vna, & magistrum Valentinum Aymeret defensorem & opponentẽ, ratione & ad causam ecclesiæ parochialis de Benayo Maleacẽs diœcesis. Pronuntiatũ pręArrestum. dictum arrestum.23. die Decembris, anno domini.1505.

Vnum tamen singulare non est omittendum, quod posuit domin⁹ Blasius Aurioli doctor Tholosanus in Apostilis suis, ad lecturam domini Guillermi de monte Lauduno, in.c.penult.de electio.in.6. vbi decidit, quòd si prouisus per resignationem, non potuerit facere expedire bullas suæ prouisionis ad nancisdam infra sex mensem possessionem, iuxta regulam cãcellariæ Romã. quæ est.34. in ordine, quia papa mortuus est, & sedes vacauit longo tẽpore vel pręter austeritatem, vel pestilentiam, aut aliàs, tẽpus sex mensium sibi non currit, nec beneficium dicetur vacare per obitum, licet resignãs moriatur possessor, quia iste conseruandus est illęsus, argu.ca.significante. de pig.

notatur

notatur in.c.accedens.de procura.glos.in.c.cùm per bellicam.34.q.2.glos.in.c.pastoralis.7.q.1.Barthol.in.l.2.C. ex quibus causis maior. Neque de isto impedimento facie̅da est protestatio:quia * vbi vrget necessitas sine ipsa 16
excusatur impeditus.vt dicit glos. in verbo protestari. in titu.de pacificis possesso.in pragma.sanct.post Barthol.in l.senatus.ff.de offic. præsid. & Panor.in cap.plerunque. de rescript.

¶Summarium quinti priuilegij.

1 *Impetrans ab ordinario, si lite pendente cesserit uel decesserit, regalista in uoce iure, & emolumentis beneficii ponitur, perinde ac si impedimentum fuisset nullum.*

2 *speciale est quòd instãtia inchoata sub nomine dignitatis trãseat in successorem in dignitate.*

3 *In beneficialibus non cadit successio.*

4 *In beneficialibus ius unius, non continuatur in alium.*

5 *vitium prælati prædecessoris, non nocet successori in beneficio.*

6 *Subrogationes in locum eorum qui beneficiis renunciant solent fieri.*

7 *An successor in beneficio reassumat causam prædecessoris in eo statu in quo erat.*

8 *Subrogatus per papam admittitur ad prosecutionem causæ, in statu in quo erat tempore defuncti.*

9 *Procuratoria sunt stricti iuris, & non extendibilia de persona in personam.*

10 *In Regalia nullus inferior se intromittere potest, nisi solus rex.*

11 *Propter præuentionem causa debet continuari ubi est cœpta instantia.*

12 *Instantia inchoata cum laico, non transit in clericum successorem*

e

13 *Mutata persona, mutatur & actio.*
14 *Canonicus non habet successorem in honore & onere.*
15 *Rex concedit literas successori in beneficio, ut subrogetur in locum & instantiam defuncti.*
16 *Qui pro interesse suo petit ad defensionem litis admitti, in eo statu in quo inuenta est lis recipiatur.*
17 *Subrogatus ad restitutionem fructuum quos recepit prædecessor, non tenetur.*
18 *Successor in beneficio non tenetur soluere onera, nisi Regalia & beneficio perpetuo contingentia.*

1 QVintum priuilegiũ est,* quòd si litigant ordinarius & regalista, & ordinarius pendente lite cesserit, vel mortuus fuerit, regalista reponitur in voce, sede iuribus, & emolumẽtis beneficii, ac si nullũ impedimentum fuisset, esto quòd superueniat alius de nouo, qui ius & litem ordinarii prosequatur. Istud fuit ordinatum per arrestum pro canonicatu Carnoten. inter reuerendum de Sauigniaco, & magistrum Petrum de Probauilla subrogatum loco magistri Berengarii Fredoti cantoris Narbon. canonicatum Carnoten. prætendentis, anno Domini. 1334. vicesima nona Iulii. Quod videtur conforme iuri communi, vt obuietur diuturnæ vacationi, iuxta rationem positam in cap. si hi contra quos, vt lite pendente. in 6. Quam quæstio. formãt domini de Rota in antiquis decisionibus, fol. 239. vbi quærunt an successor in beneficio reassumat instantiam prædecessoris. & dicunt quo ad titulum quòd non, ne litigia in dispendium ecclesiarum prorogentur. allegant prædictum. c. si hi contra quos.

Secũda ratione probatur istud, quia sæpè veniebat quòd cedens beneficio, malitiosè renunciabat, vt conferretur potentiori, ad vexandas partes, contra titulum. C. ne li-

ceat potentioribus. & titulum, extrà de alienatione iudicii mutandi causa facta.

Tertia ratione comprobatur, * quia speciale est quòd 2
instantia inchoata sub nomine dignitatis, transeat in successorem in dignitate. text. est pulcher in. c. quoniã Abb. extrà de offi. deleg. tex. in. c. dilect. extrà de foro competenti. in. c. si gratiosè, de rescrip. in 6. Paulus de Leazaris in disputatione, incipiẽte lata sentẽtia. dominus Abbas in. c. significauit. extrà de rescr. Ergo in aliis causis beneficialib⁹ nõ trãsit in successorẽ beneficii instãtia quo ad titulum.

Alia & quarta ratione, * quia in beneficialibus non 3
cadit succesio. tex. in. c. Moyses. 8. q. 1. nam titulus prædecessoris extinguitur totaliter per eius mortẽ, aut resignationem, nec aliquid de iure mortui ad successorẽ trãsmittitur, sed omnia habet ex noua collatione & possesione, vt dicit eleganter Io. And. in. c. ex parte. extrà de arbitris. Dominus Abbas, Panor. in. c. cura. extrà de iure patro. Io. Monach. in. c. indemnitatibus. de elect. in cap. si hi. vt lite penden. & vbique Probus apostillator ad eum, prout in. c. si tibi absenti. de præb. in 6.

Propterea dicebat Guillelmus de Monte Lauduno, in extrauaganti Ioan. 22. incipiente suscepti regiminis. in verbo vacantium, * quòd in beneficialibus ius vnius non 4
continuatur in alium. Alibi Innoc. in. c. qui Guillelmus, extrà de iudi. quòd non fit translatio litis, vel instantiæ in beneficialibus de vno in alium, quia ius beneficiale est adeo personale, quòd personam non transgreditur. secus in successoribus hæreditariis. tex. in. l. si constante, §. fi. ff. solu. matrimonio. cùm fingatur hæres à iure eadem persona cum defuncto.

Hinc dicebat Dy. in regula possess. de regulis iuris, in 6. * quòd vitium prælati prædecessoris non nocet suc- 5

cessori in beneficio, licet secus sit in hærede vniuersali, cui mala fides defuncti nocet.l.cum hæres.ff.de diuersis & temporalibus præscript. ex quo non causat ius suum à prædecessore, sed à superiore, licet hæres vniuersalis causet ius suum à defuncto. sentit glos.in cap. de quarta. de præscript.Henricus Bohic.in cap.tua.extra de verborum significa.hinc fortius tenebat Guillelmus in extrauagan. Ioã.22.quæ incipit execrabilis.in verbo pluralitate. quòd in titulis beneficiorum, qui omnino sunt singulares, possessio vnius non iuuat alium.

6 Et si obiiciatur * quòd hodie subrogationes in locum demortuorum, vel eorum qui renunciant beneficiis, solent communiter fieri, istud est de æquitate potius quàm de rigore iuris, vt eleganter dicit Inno.in.c.dilectus filius. extra de rescriptis. hoc idem confirmat glosator pragma.sanctio.in tit.de pacifi.possessoribus, super verbo possedit.

Nimirum igitur si istud est præcipuum in iure Regaliorum, quòd per cessionem vel mortem collitigantis nõ fiat subrogatio quo ad titulum, neque impedimẽtum detur regalistæ, vt celerius Regalia suum sortiatur effectũ.

7 An * autẽ successor ĩ possessio reassumat causam prædecessoris in eo statu in quo erat, ponit Paulus de Leazaris in disputatione, incipiente lata sententia.tractatur per dominum Philippum Decium & canonistas in dicto cap. quia Guil.extra de iudiciis.dominus Alexander de Imol. in.l.si constante.§.fi.in fine.ff.solu.matri.

8 Vnum tamen non est omittendum in beneficialibus,* quòd si aliquis subrogetur per papam ad omne ius quod eidem defuncto competebat, tunc ad prosecutionem huius litis & causæ admittitur impetrans beneficium in eo statu in quo erat, etiam cum procuratore rei superstitis,

& poterit litem continuare,& ad vlteriora procedere sine noua citatione partis. ita eleganter decidunt domini de Rota in nouis decisionibus, in decisione, incipiente si agens petitorio. * licet procuratoria sint stricti iuris,& nõ 9
extendibilia de persona in personam.vt in.c.P.& G.extr. de offi.deleg.c.qui ad agẽdum. de procurato.in 6. iuncta cle.non potest.eodẽ titul. Vnde videbatur quòd potestas ipsius procuratoris data contra defunctum,non extenderet se ad ipsius subrogatum.

Item quia est mutata persona, videtur mutata causa.c. veniens.in.c.cùm in tua,de testibus.c.cum super abbatia. extra de re iudicata.

Nihilominus decisum fuit per dominos de Rota,quòd subrogatus per papã ad continuationem & reassumptionem causæ admittitur sine noua citatione. Et hoc operatur forma literarum,& quòd eadem causa ad quam cõstitutus erat procurator,durat:attẽto maximè quòd papa ad prosecutionem illius causæ admitti vult specialiter & expressè, ad euitandum circuitum idem procurator causam inceptam prosequetur.

Vltra ea quæ superiùs scripsimus, inuenio binas rationes assignari. Prima est,ne propter diuturna litigia ecclesiæ diu vacent,contra cle.dispendiosam.de iudic. Secũda est ratio,quia * in Regalia nullus inferior se intromittere 10
potest,nisi solus rex.sicut nũc si regalista reponatur in voce & sede,donec aliter fuerit prouisum per regem,semper durat Regalia,quo ad sortita sit effectũ suũ,vt supra est dictum.arg.c.vt.c.vt nostrum.de appella. Tertia est ratio,licet * propter præuentionem causa debeat continuari vbi 11
est cepta instantia,dato quòd persona mutet cõditionem. tex.in.c.proposuisti.de foro compet. Verum est vbi eadẽ persona est prçuẽta,secus verò si sint diuersæ personç.Ita

ſingulariter tradunt domini de Rota, in deciſionibus antiquis,ſub titu.de foro cõpe.deciſione,incipiente obligatus eſt laicus,ſicut in caſu noſtro eſt diuerſitas perſonarũ, quia vnus habet collationẽ à rege ꝓ regalia,alter pro ordinario,vnde mortuo eo qui ius cauſabat ab ordinario,perit
12 inſtantia,propter diuerſitatũ perſonarũ ſic inſtantia * inchoata cùm laico nõ trãſit in clericũ ſucceſſorẽ, vt latè habetur in.l.hæres abſens.ff.de iudi. Et per canoniſtas in ca. quia Guil.de iudi.pro quo põdero tex.nouũ,ĩ.c.1.de iure
13 patr. ĩ 6.vbi mutata * perſona mutatur & actio:iſtud adeo eſt verũ, quòd ſi mortuo collitigante alius velit ſubrogari,etiam parte nõ reclamante,iudex ex officio nobili poteſt eũ renuere tanquam attentatũ, contra decretum ſi hi quos.ita declarãt egregiè domini de Rota ĩ deciſ.424. incipiente reo poſsidente,in antiq.Idem ſi permutet habẽs ius ab ordinario contra regaliſtam, & moriatur huiuſmodi,permutatio ſoluitur per modum attẽtati,eo tamen vocato. Idem decidunt domini de Rota in deciſ.400. incipiente ſi lite pendente in palatio,in antiq. Nec mirandum ſi in præbẽdis & canoniis eccleſiæ Cathedralis non trãſit,
14 quia * canonicus non habet ſucceſſorem in honore & onere, vt dicit tex. in.c.dilectus.de præbend.notat Innoc. in.c.fina.ne prælat.vices ſuas: illud tamen intelligendum eſt quòd ſubrogationes fiunt ex æquitate quo ad vberiorem cautelam. & hodie rex * concedit literas ſucceſſori in beneficio,vt ſubrogetur in locum & inſtantiam defuncti,vel renunciantis, in quibus literis integrandis duo requiruntur.Primò quòd ſit poſſeſſor. Secundò quòd infra annum petat ſubrogari,aliàs declaratur inadmiſsibilis. Iſtud fuit ſolenne arreſtum latũ inter Ioannẽ refuge religioſum ordinis ſancti Benedicti actorẽ ex vna, ac certarũ literarum in forma ſubrogationis integrationem requirentem

rentem, & magiſtrum Petrum Mario in parlamenti curia aduocatum, & Gaudefre. de Ambaſia defenſores partibus ex altera, ratione prioratus de Sauiniaco, Cluniacẽ ordinis, vacantis per obitum domini Ludouici de Rupe Canardi. Cuius quidem prioratus magiſter Matthæus Galleri, ſacræ Theologiæ profeſſor, collationem obtinuerat, & illum reſignauerat dicto du Refuge. qui literas à rege vt in ius, & locum prælibati Matthæi Galleri ſubrogaretur obtinuerat, ſed tamen poſſeſsionem dicti prioratus non apprehenderat infra annum à tempore prouiſionis, nec infra annum inſtantiæ poſſeſſoriæ præfixum in dicto proceſſu ſubrogari fecerat, vnde per arreſtum fuit declaratus inadmiſsibilis, quodquidem arreſtum pronũciatum fuit vigeſimatertia die Iunii, anno domini milleſimo quingenteſimono. Areſtũ.

Vnum tamen diligenter notandum eſt in puncto, quòd ille, * qui pro intereſſe ſuo petit ad defenſionem litis admitti in eo ſtatu, in quo inuenta eſt lis, recipiatur, vt eſt tex. in. c. 2. vt lit. penden. in 6. no. domini de Rota, in deciſione 300. in antiquis. 16

Secundò eſt attendendum, ꝙ * ſi prædeceſſor in beneficio perceperit fructus beneficii, & ſubrogatus in locum ſuũ ſuccumberet, nõ tenetur reſtituere illos fructus quos prædeceſſor ſuus perceperat, quia licet ſubrogatus habeat illud ius ꝙ eius prædeceſſor, non tamen tenet illud ab illo, ſed à collatore, vt bellè dicit Ioã. And. in. c. ex parte, de arbi. Nã * ſucceſſor in beneficio nõ tenetur ſoluere onera, niſi realia & beneficio perpetuo cõtingentia, ita decidit Philip. Frã. in. c. præſenti. de offi. ord. lib. 6, & Io. de Imol. in. l. filio. §. ſi vir. ff. ſolut. matri. ita tenet Do. Blaſius Aurioli in ſuis additionibus ad Guillermũ de Mõte Lauduno in. d. c. 2. vt lit. pẽd. in 6. 2. col. quod latius proſequitur 17 18

Probus in tractatu pensio.in.7.q.partis.5.quem vide.

¶Summarium sexti priuilegij.

1 *Capitulum non potest impedire regalistam quin teneatur eum recipere, etiam si ei constet de iniustitia & defectu tituli quod prosequere,ut infra.q.35.*
2 *Retinens beneficium cum defectu tituli,peccat mortaliter.*
3 *Personæ sunt nobiliores quibuscunque rebus.*
4 *Quando timetur de præiudicio animæ,non est facienda restitutio,etiam in præiudicio priuato.*
5 *Hæres non recipitur, nisi ostendat titulum, saltem prima facie coloratum.*
6 *Nemo tenetur docere de titulo.*
7 *Habens titulum ex superioris auctoritate, censetur coloratus.*
8 *Capitulum non habet,nisi nudum ministerium installationis.*

1 SExtum priuilegium est, * quòd capitulum nō potest impedire regalistam, quin teneatur eum recipere,etiam si cōstaret eis de iniustitia,& defectu tituli:& possunt compelli per captionem temporalitatis, ita fuit decisum inter decanum & capitulum Laudunense, & magistrum Nicolaum de Sauigniaco,pro præbēda Laudunensi vacante in Regalia,sub anno millesimo trecētesimo trigesimonono,vndecima Martii. Arestū.

Istud videtur contra dispositionem iuris, quòd capitulum videns notorium defectum tituli, non possit resistere receptioni ipsius regalistæ, cùm regula sit, quòd beneficium ecclesiasticum sine canonica institutione obtineri non potest.in regula prima,de regu.iuris,in 6.in ca. ex frequentibus.extra de institu.

2 Secundò,vertitur præiudicium publicum,* quia retinens

nẽs bñeficium cum defectu tituli, peccat mortaliter. text. in.c.dudum.le.2.de elect.in.c.nemo.& in.c.nullus.11.q.3. nõ debet iniici laqueus his de capitulo, vt hominem cum peccato in fratrem & socium recipiant, ne detur vitiosus ingressus, contra tex.in.c.1.de eo qui mittit.in possess.causa rei seruandæ: quia qui nõ intrat in ouile per ostium, sed aliunde, ille fur est & latro.

Si enim cum agitur de bonis & iuribus ecclesiæ, capitulum resistit in faciem superioris, tex.in.c. cum olim. extrà de testi.gl.in.c.venerabili.de dolo & contumacia: * à for 3
tiori quando agitur de personis non habentibus iustum titulum, quæ sunt nobiliores quibuscunque rebus.l.iustissimè.ff.de Aedil.edicto.

Simile in monacho qui resistit abbati.tex.in.c.ex parte, extrà de accusa.quia eius interest ne præficiatur malus pastor. Idem in parochianis qui possunt impedire rectorẽ ecclesiæ malè versantem, vt est tex.in.c.si quis presbyterorum.extrà de rebus ecclesiæ non alienandis. Item vnus solus negligentibus aliis potest se opponere, & tota potestas capitularis deuoluitur ad vnum: vt dicunt latè cano.in di. c.cùm olim.quia est popularis actio.

Tertiò, * quia quando timetur de periculo animæ, non 4
est facienda restitutio etiam in præiudicio priuato, videlicet in matrimonio carnali, quia petẽs restitutionem, debet ostendere matrimonium prima facie validum, antequam restituatur.tex.in.c.literas.de restitu.spoliato. in.c. ex transmissa.& in.c.ex parte.eod.titu. Multominus est facienda receptio vbi versatur publica vtilitas, quæ præfertur priuatæ.c.bonæ memoriæ.de postula. prælato.vt non recipiatur intrusus sine titulo valido, & iustè facto in tam insigne collegium.

Quartò vidimus in prophanis * quòd nõ recipitur hæ- 5

res, nisi ostendat titulum saltem validũ,& prima facie coloratum.text.in.l.fi.C.de edicto diui Adria.tollend. Vnde dicit elegãter Hosti.in.c.ad vltimũ. extrà de causa possessio.& propriet.& do.Abb.in.c.literis.extrà de restitu.spoliato.quòd in beneficialibus admittitur exceptio defectus tituli,vel criminis cum infamia.

6 In contrarium tamẽ pro arresto multa stringunt,* quia nemo tenetur docere de titulo.l.cogi.C.de petit. hæredi. l.siue possidetis.C.de proba.Fely.latè in.c.licet Hely, de Simo.

7 Secundò, * quia cum habeat titulum ex superioris authoritate,censetur coloratus & iustus ad tollendũ omnẽ intrusionẽ.Ista est decisio dominorum de Rota in decisione ducentesima.79.aliàs ducentesima.61.vbi dicũt sufficere ad colorãdum titulum,quòd possessionem accipiat superioris authoritate.Paulus de Leazaris in cle.1.de causa possessio.& proprietatis.Vnde cum habeat à rege superiore iure Regaliæ,dicitur titulus coloratus,ad hoc,vt ca-
8 nonici & capitulũ astringãtur ad receptionẽ ipsius * cum capitulũ nõ habeat,nisi ministeriũ nudũ installationis.Itẽ etiã ex inutili contractu trãsfertur possessio.l.1.§.si vir.ff. de acquirenda possessio.per quã voluit Panor.in.c.in literis.de restitutio.spoliato.quòd licet beneficium nõ possit effici ipsius clerici, nisi præcedat legitimus titulus, potest tamen possessio transferri sine eo.not. Paul.in cle.1. vt lite pẽdente.propterea.c.1.de reg.iur.in 6.dicit quòd beneficiũ ecclesiasticũ non potest sine canonica institutiõe obtineri,nõ dicit possideri, Obtineri eã dicitur respectu iuris,non respectu possessionis.Alibi Archid.dicit quòd sufficit capacitas in possidente,quæ acquiritur solo facto pro possessorio recuperandæ.

Præterea canonici nullam habent causæ cognitionem, quia

quia ad eos non ſpectat collatio præbendarum ſede vacante,ſecus quãdo cõferunt,quia tũc poteſt capitulum ſe opponere,& appellare,& interea cõferre,vt dicunt elegãter Petrus de Anchara.& Dominicus in.c.2. vt lite pendẽte.

Ex his patet vnico verbo reſpõſio ad omnia ſupradicta, quia cum peccato non tenetur capitulum recipere eũ qui habet notorium defectum tituli,quia hic adeſt in prõptu titul⁹ Regaliæ authoritate ſuperioris cõceſſus, qui præbet colorem poſſeſsioni,per ea quæ ſuperius adducta ſunt argumenta.l.iuſtè poſsidet.ff. de acquirenda poſſeſsio. Et ſi validus ſit vel non,iſtud requirit altiorem iuris indaginẽ: non autem habetur in conſideratione in nudo miniſterio facti,& poſſeſsionis.

Supradictis iunge gl.in.l.puniri.C.ſi contra ius vel vtilita.public.quæ inuehit contra miſeros prælatos,qui propter reuerentiam ſedis Apoſtolicæ nolunt admittere aliquas exceptiones cõtra reſcripta Papæ, facit in ſimili glo. in.§.ſi quis autem,in authen.de manda.princip.col.3.quę colligit ex illo tex.argumentũ cõtra miſeros prælatos exequẽtes ſtatim literas papę,etiã iniuſtas,nec audẽtes ſuperſedere,etiã ſi rationabilis cauſa opponatur.alibi dicit Ioã. de lig.in.c.ad audiẽtiã.in 2.col.de regula.quòd ſi papa mãdat monachis vt aliquem recipiant,poſſunt tamen ei opponere crimina vel defectus.Item addo tex.ſingularẽ in.l. ſi vindicari.C.de pœnis.ꝙ ſi princeps præcipiat aliquem decapitari vel ſuſpẽdi,& nõ apparet cauſa,debet iudex ſuperſedere per triginta dies.& dicit tex.in.c.cũ apud Theſſalonicã.11.q.3. quòd ſanctus Ambroſius fuit qui fecit ab imperatore condi illam legem.Et hæc intellige,niſi interueniret ſecunda iuſsio principis.c.ſi quando vbi canoniſtæ.de reſcript.dominus Barto.Cepola in cautela.7.

Summarium

¶Summarium septimi priuilegii.

1 *Regalia est fauorabilis & gratiosa, non requirens expressionẽ qualitatum impetrantis quæ mouent principem ad concedẽdum, uel non illico concedendum.*

2 *Quis tenetur facere mentionem, de omnibus his quæ mouere possunt principem, aliàs gratia est subreptitia.*

3 *Fiat mẽtio quòd is per mortem cuius uacatio est, erat familiaris, & domesticus Cardinalis.*

4 *Ex quo quis semel fuit Cardinalis familiaris, beneficia fuerunt r seruata.*

5 *Clausula motu proprio operatur quòd in principe iusta causa præsumatur.*

6 *Clausula motu proprio, licet tollat surreptionem, non tamẽ inducit dispensationem, nec tollit inhabilitatem.*

7 *Sacrilegum est dubitare, an dignus sit quem elegerit imperator.*

8 *Qui motu proprio papæ est prouisus, non debet examinari.*

9 *Clausula motu proprio tollit omnem maculam infamiæ.*

10 *Eo ipso quòd rex capit aliquem infamẽ in suum consiliarium, dicitur ille fame restitutus.*

11 *Clausula motu proprio non præiudicat tertio.*

12 *Clausula motu proprio non ampliat uim uerborum ultra propriam significationem.*

13 *Clausula motu proprio nunquam tollit falsam causam in rescripto expressam.*

14 *Vbi causa falsa est, causa finalis dispositionis illam uitiat.*

15 *Geminatio habet uim motus proprii.*

1 SEptimum priuilegium, * quòd adeo Regalia est fauorabilis & gratiosa, quòd si uacat beneficium etiam diu possessum propter subreptionem gratiæ, quia impetratum est beneficium non facta mentione præceden-

præcedentium,vel qualitatũ,quæ mouere possunt principem ad concedendũ,vel non concedendũ illico,rex aperta Regalia potest prouidere, quia licet nõ vacet de facto, tamẽ vacat deiure.Istud fuit decisum per arrestũ in personã magistri Odoardi de Monte Acuto,cõtra & aduersus Gerardũ de Cambanayo pro prębenda & canonicatu Remensi,eo quòd magister Gauffridus de Coruonio,qui erat expectans in ecclesia Remensi,sub forma cõmuni acceptauerat præbendam inibi vacãtem,per obitũ magistri Adæ de Migella, domestici familiaris & capellani sedis Apost. Et tamen sua gratia in forma expectatiuæ non faciebat mentionem de beneficiis domesticorum, & familiarũ,& sic erat subreptitia. Quam præbendam idẽ Gauffridus post acceptationem permutauit cum dicto Gerardo de Cambanayo, vnde adueniente mutatione Archiepiscopi Remensis,rex eam contulit dicto magistro Odoardo de Mõte Acuto,& obtinuit in curia sub anno 1334.20. Decembris.

Et hoc est secundum dispositionem iuris communis, * 2 cùm quis tenetur facere mentionem de omnibus his quæ mouere possunt principem,aliàs gratia subreptitia est,tex. sunt vulgares.in.c.ad aures.&in.c.postulasti.& in.c.in nostra.de rescript.in.c. non potest.& in.c. si motu proprio. de præben.in 6.

Sed vtrum tenebatur facere mentionem in sua resignatione & expectatiua de beneficiis familiarium & domesticorum,concludunt domini de Rota,in titulo de præbẽdis, in conclusione decimaquinta in antiquis, quòd sic:dicentes,ita ordinasse Grego.vndecimum, quòd fienda est mentio * quòd ille cuius morte vacat beneficium, est fa- 3 miliaris & domesticus alicuius Cardinalis, aliàs impetratio est nulla.quod ampliauerũt prędicti domini de Rota,

etiam si desierat esse familiaris domini papæ tempore mortis. & est aurea decisio eorundem de Rota de præbendis vicesima, incipiens papa reseruauit, in antiquioribus. Mouentur ratione, * quia ex quo semel fuit familiaris, beneficia fuerũt reseruata, nec desinunt esse, nec veniunt ad manus inferiorum, donec semel papa disposuerit. argumen. notat. per Innocen. in cap. inter dilectos. le.1. extrà de excessibus prælato. idẽ Petrus de Ancharano in consilio.132. incipiente de natura. multa alia de beneficiis domesticorum, & familiarium, videantur per Fely. in dicto.c. in nostra. in vicesimoprimo correlario, de rescriptis.

4

Quod sic dictum est de subreptione, dic nõ procedere quando in collatione principis inesset clausula motu proprio, quia illa tolleret omnẽ subreptionẽ, etiã quo ad qualitatem munerum, & valorẽ beneficii. de qualitate est tex. in cle. si Romanus, in verbo qualescunque. de præben. & ita concludit Fely. Sand. in. c. ad aures. in versiculo secundus casus. de rescrip. Et pro hoc est gl. singularis in cle. 1. in verbo mandemus. de præbend. de numero est tex. in dicta cle. si Romanus. ibi, numerò quãtocũque, de valore in specie format Petr. de Anchara. in consilio.138. cuius opinio est hodie approbata, per regulam Cancellariæ Innocen. octaui, quæ clausula motus proprio. est fauorabilis & latè amplianda, vt est tex. in ca. si pluribus. de præbend. in 6. & declarat Petr. de Anchara. in consilio.295. incipiente pro clariori. Et dicta clausula * motus proprio, operatur quòd in principe præsumatur iusta causa, etiam in fauorem alicuius priuati, ita eleganter Ludouic. Romanus, in consilio. 436. in versiculo septima principalis ratio est, pro hoc allegat. l. primam. C. de de peti. bonor. sublat. quòd dictũ refert & sequitur Ipolitus

5

litus de Marcillis in singulari sexto. Aliàs si literæ expediantur ad instantiam partis, præsumitur Princeps potius ad importunitatẽ quàm ex iusta causa rescribere. Ita bellè Fely. Sand. in. c. in ecclesiarum. in versi. limita quinto. de constitutio. & Philip. deci. in consilio. 341. in tertia parte. Istud tamen quòd dicitur de clausula motu proprio, quæ tollit subreptionem, non tamen * inducit dispensationem, nec tollit inhabilitatẽ eius. pro quo scribitur glo. 6
singularis quæ acclamatur à multis, in dicta. cle. si Romanus. in verbo validam. de præben. quam Cardinal. & Ioã. de Imola. dicunt ibi aliam non inueniri, & eam sequitur Philipp. Francus in capitulo si eo tempore, in expeditione secundæ gloss. de rescript. in 6. & Ludouic. Roma. in singulari. 419. & domini de Rota in decisione. 112. in nouis.

Contrariam opinionem tenuit Ludouicus Roma. sibi contrarius in consilio. 327. dicens clausulam motus proprii inducere dispensationem, & reddere eum capacem & habilem, qui aliàs est inhabilis. Hanc partẽ tenuit Angel. in. l. imperialis. in. §. si miles. C. de nupt. per illum text. idẽ firmat Ioan. de Anania in. c. fraternitatis. de scismati. Ita quòd dominus Alexand. in. l. quidam consulebat. ff. de re iudic. in prima col. dicit, quòd aliud est in principe supremo seculari, & aliud est in papa: quia motus proprius non inducit dispensationem, secus in seculari. pro qua opinione est tex. formalis in. l. 2. C. de crimi. sacrileg. vbi dicit, quòd * sacrilegii est dubitare an dignus sit quem e- 7
legerit imperator. Propter quòd pulchrè dicit domini Petri Rebuffi, in titulo de mandatis Apostolicis, in concordat. quòd ille * cui Princeps motu proprio contule- 8
rit beneficium, non debet examinari, quia de voluntate Principis, patet illi velle conferre, & non est am-

plius dubitãdum de idoneitate, postquam rex & princeps illum elegerit per supradicta. Pro ista etiam opinione adducitur tex. in l. Barbarius Philippus. ff. de officio præto. ibi, sed & si sciisset seruum esse liberum, eum fecisset, quantò magis puto in imperatore obseruandũ esse. Alibi Bal.
9 in dicta. l. imperialis. in. §. si miles. dicit quod * quando princeps motu proprio concedit dignitatem, videtur abstergere omnem maculam infamiæ. Tamen his nonobstantibus non est recedendum à communi doct. sententias, quia princeps nunquam dispensationem dicitur facere, nisi expressè declaret. tex. est in. c. non potest. §. cũ verò. de pręb. in. 6. quia debet hoc procedere ex certa scientia principis, ex quo motus proprius principis errantis nõ faceret validare actum, vt dicit Bald. in dicto. §. si miles. nec obstat. l. 2. C. de crimi. sacrileg. quia ibi non interuenit motus proprius, cum hoc ibi non exprimâtur, sed loquitur text. ille quando ex certa scientia aliquis à rege in casu per eum dispensabili fuisset electus. Ita illum tex. intelligit glo. fin. ibi, vide quando princeps ex certa scientia aliquem indignum promouet, censetur dispensasse, & omnem maculam abstercisse. per. Ias. in. d. l. Barba. Philippus & text. in. l. Vulpianus. in. §. 2. de excusatio. tutor. Panor. hunc intellectum tangit in ca. nonnulli. nume. 11. de rescrip. Fely. Sand. in. c. præterea. de testib. cogẽd. Idẽ Fely. in. c. si quando. in versic. stat difficultas. de rescript. idem Bal. in iam memorato. §. si miles. refferens quòd si
10 rex, * vel princeps, aliquem infamẽ accepit in suum cõsiliarium eo ipso est restitutus famæ: quia eũ principis comitatus illustrat. l. prima. C. de præposit. labor. neque obstat illa lex imperialis. §. si miles, quia procedit vbi rex ex certa scientia aliquid concedit, qui haberet plenitudinem potestatis. Ita Fely. dicit in. c. causamque, in versic. nota. de testi.

Secundò intelligitur quòd motus proprius concessus à principe tollit subreptionem, dicto.c. si motu proprio. de præben.in 6. Tamen * nũquam preiudicat tertio,& pro- 11
pterea dicit egregiè Barto. quòd si princeps cõcessit rem vni, & postmodum concedat eandem alteri motu proprio: quæritur an valeat secunda concessio, & dicit quòd non, nisi princeps dicat in secunda concessione, nonobstante tali prima concessione facta alteri. iste est casus quem notat Barto.in.l.prædia.in verbo sponte donauerit. C.de locatio.prædio.ciuil.libro 11. & dicit quòd est summopere notandum, quia sępenumero potest euenire de facto.ita pulchrè & doctè dominus Anth.Corset.in suis singularib.in singulari, incipiente princeps.

Tertiò aduertendum est, quòd * motus proprius prin- 12
cipis, licet reddat gratiam fauorabilem, non tamen ampliat vim verborum vltra propriam significationem. vnde in literis motu proprio concessis appellatione beneficii, non comprehenditur administratio, vel aliud quod non sonat in nomen beneficii. ita firmat glos.in clemen. per literas. in verbo direptas. de præbend. quam pro singulari ibi allegat Cardinal. in quinta quæstione. Et dominus Alexand. in d.l.quidam consulebat. colum.3.ff. de re iudic.

Quartò intelligenda est hæc clausula motu proprio, vt tollat subreptionẽ, vt supradictum est, nunquã tamen * tol 13
lit falsam causam expressam in rescripto. ita intelligit Panor.in.c.quocirca. de consang.& affinita. Philippus Decius in consilio.407. cõcludens quòd si princeps fundat se super eo quod falsum est, quantumcunque fauorabiliter scribat, puta motu proprio, non valent literæ, probata falsitate causæ: & ratio est, quia vbicunque * falsa causa, est 14
causa finalis ipsius dispositionis, vitiat dispositionẽ ipsam

l.cùm tale.§. falsa. ff. de conditio .& demonstratio.Felynus in cap.significantem.in versiculo tertia declaratio. de rescrip. Et sic clausula motu proprio tollit subreptionem in omittendo, siue tacendo, secus vero est in falsum exprimendo,quia magis nocet falsa locutio quàm silentium. glos. in clem . constitutionem. in verbo de nouo. de electio.

Quintò prædicta debent intelligi quando rescriptum esset geminatum,quia * talis geminatio habet vim motus proprii.Istud fuit singulare dictũ Bal.in.l.nec dãnosa. C. de precib. imperato.offeren.vbi allegat tex.in auth.vt nulli iudicum.in.§. verò iubemus.col.9. quod quidem dictũ non habet cõtradictorẽ,& sequuntur eundem Bal. Alex. & Ias.in.l.si quis iniquum.ff.quod quisque iuris,licet tex. videatur in oppositũ.in.c.constitutus.de rescri. vbi rescriptum erat geminatum,& tamen pronunciatum est subreptitium,eo quòd non fecisset mentionem de numero canonicorum iurato,ad quem respondet Iason,quod est fauore iuramenti,quæ quidẽ responsio Iasonis non videtur satisfacere. Propterea aliàs dum legerem in academia Aurelianensi dictam decretalem constitutus,dicebã quòd in dicto.c.constitutus.primum rescriptum non erat subreptitium,quia ante statutum numerũ canonicorum fuerat impetratũ.Sed secundũ solum postea fuit subreptitiũ,cũ post iuratũ numerum fuisset impetratum,& sic vnũ rescriptum arguitur de vitio subreptionis,& non duo geminata.& adhoc facit tex.ibi,antequã prędictus clericus literas executorias impetrasset,vel dic secũdo & verius, quòd ibi agebatur de præiudicio canonicorũ Bituricensis ecclesiæ in qua certus numerus erat institutus,cùm papa nõ intendat in dubio pręiudicare.iuxta.c.si propter.de rescri.in 6. c.cum in ecclesiis. de præbend. & quando fuisset apposi-

ta

ta clausula motu proprio,nil profuisset expectāti. ita expresse firmat Ioan. de Imola. in dicto.c.constitutus.in 6. col.in versiculo per prædicta.

¶Summarium octaui priuilegij.

1 *Beneficium licet non fuerit in prima fundatione ecclesiæ cathedralis erectum.sed postea institutum cadit in Regalia.*
2 *Priuilegia non solent extendi ad res de nouo quæsitas.*
3 *Quid dicatur concessum collationi alicuius.*
4 *Quis status ecclesiæ sit attendendus,an præsens,aut futurus.*
5 *Sufficit quòd quis reperiatur capax tempore uacationis beneficii.*
6 *Rex confert in alternatiua episcopi.*
7 *Attenditur natura & qualitas beneficii tempore uacationis.*
8 *Conferens in alternatiua dicitur collator insolidum.*

OCtauū priuilegiū est, quòd beneficiū * licet à prima sui natura nō fuerit in ecclesia ordinatū,sub titulo præbēdæ vel dignitatis in ecclesia cathedrali,si tamē postea tractu tēporis fuerit nouiter erectū per episcopum cum cōsensu capituli,vel vnitū sub nomine præbendæ dignitatis, vel officii aperta Regalia, conferri potest per regem. Et sufficit quòd reperiatur tempore vacationis in eo statu quo sunt alia beneficia ad regem iure Regaliæ pertinentia. 1

Istud fuit pronunciatum & cōclusum per arrestum pro Sacrista thesaurariæ Senonen. inter magistrum Petrum de Forgiis ex vna parte,& magistrū Petrū Martini regalistā reū ex altera,eo quòd dicebatur in Sacristia esse duos capellanos ab antiquo,qui habebāt custodiā ecclesiæ Senonēsis,qui tenebantur alternis,quindenis ad residētiam Arestū.

personalem, & etiam debebant promoueri ad sacerdotium intra annum. Quæ quidem capellaniæ spectabant ad collationem archiepiscopi Senonensis, & capituli alternis vicibus, & multum differebant in honore, voce, & commodo ab aliis præbendis, tum quia nullam in capitulo vocem habebant. Nec etiam in honore, quia in sessionibus, processionibus, & aliis nullum locum honorabilem habebant. In commodo, quia non tantùm percipiebant in grossis fructibus, prout alii canonici. Et in primæua fundatione nõ erat beneficium, sed superadditum pro supportandis oneribus ecclesiæ, sed postmodum inter præbendas erectæ sunt, & alternis vicibus per archiepiscopum Senonensem & capitulum conferebantur.

Similiter pœnitentiaria in ecclesia Senonensi, quæ erat remouibilis ad nutum Archiepiscopi, non erat dignitas vel officium in prædicta ecclesia, sed postmodum fuit facta perpetua, & annexa præbenda dignitati, vel officio pœnitentiariæ. Vnde ex quo vacauerunt, aperta Regalia, collatæ sunt per regem dicto Martino. Et ita iudicatum per curiam, quia inspicitur præsens status, non quòd ab antiquo fieri consueuerat.

Verùm istud non caret scrupulo secundum iura canoni
2 ca, cùm * priuilegia nõ solẽt extẽdi ad res de nouo quæsitas. ita eleganter Bart. in .l. si conuenerit. §. sed & si. ff. pro socio. Canonista. i. c. 1. ne sede vacante. & literæ beneficiales non debent ad beneficia de nouo erecta ampliari. text. est notabilis in cle. literas. de rescrip. in cle. 2.

Secundò, quia illud quod dicitur concessum collatio-
3 ni alicuius, intelligitur quando * collatio ad eum spectat pleno iure, secus si sit communis cum alio, vel alternatiuè, tunc enim videtur quòd non possit vti prærogatiua sua Princeps, ea quòd dependet ab alternis vicibus vacationis.

tionis.textus in.c.cùm in illis.§.fi.de præben.in sexto.idē in cap.fina.cùm ibi notatis.eodem titulo. præsertim cùm simus hic in materia odiosa & præiudiciabili futuro successori.

In oppositum tamen pro arresto multa veniunt in medium alleganda. Primò, quòd non inspicitur quòd in primitiua ecclesia fundatum est, * quando postmodum al- 4
ternatus est status ecclesiæ per quadraginta annos,& tunc præsens status est inspiciendus. casus est in.c. cùm de beneficio. de præbendis in sexto. Secundò sufficit quòd tempore vacationis beneficii reperit se rex in possessione beneficii conferendi, quod tempus in beneficialibus inspicit. text. in.c. eum cui. de præbendis in sexto. Notat Panormi.latè in cap.dilectus.clemen.2.de præbendis. Item sufficit * quòd quis reperiatur capax tempore vaca- 5
tionis beneficii.Oldradus in consilio.55.notat Specula.in titu.de rescript.præsentatione.§.fi.

Sicut quãdo quæritur an legatarius sit capax,inspicitur tempus mortis,& non tempus instrumenti.Ita textus in.l. mortis causa.ff. de donatio.causa mortis. in.l.non intelligitur.§.quando.ff.de iure fisci.

Tertiò * quòd beneficium pendeat à dispositione alter- 6
natiua duorum,hoc non impedit,quia sufficit pro ea vice quòd ad episcopum spectet, vt rex conferre posit.Ita eleganter decidit Ioan.Andreæ in dicto.c.cùm in illis.subiiciens quòd si plures sunt patroni alternis vicibus præsentantes,& papa scribit quòd prouideatur alicui ad præsentationem illius patroni,poterit prouideri si pro illa vice ad illum spectabat,quia iure suo proprio præsentat.text. est & ibi canonistæ in cle.plures.de iure patro.glo.ord.in.§. non tamen intendit. in titu.de colla. super verbo decem. in prag.sanctio.

7 Addendum est, quòd * attenditur natura & qualitas beneficii tempore vacationis, non autem tempore electionis: & sufficit quòd reperiatur beneficium in eo statu tempore vacationis, quo sunt alia beneficia ad regem iure Regaliæ pertinentia. pro hoc est pulcher text. in.l. mela. §. sed si alimenta. ff. de aliment. & cibar. lega. vbi dato diuerso vsu præstationis alimentorum attenditur vltimus. Idem tex. cum glo. in. l. si modo. C. de statu. defunct. per quem dicit Bald. quòd vbi beneficium fuit aliquando curatum, & nunc regitur vt simplex, debet haberi pro non curato. ita pulchrè decidit dominus Fely. Sand. in. c. eam te. colum. fina. de rescript. Petrus de Anchara. in cle. prima. de concessio. præbendæ. Et inquantum dicitur quòd beneficium pendens à dispositione alternatiua duorum, non impedit, quia sufficit quòd pro vna vice ad episcopum spectet, vt rex in Regalia conferre possit.
8 pro illo dicto facit pulchra ratio, quia * quando duo collatores vel patroni alternis vicibus conferunt, vel præsentant, quilibet ipsorum remanet collator, vel patronus insolidum, ipsum enim ius conferendi, vel præsentandi non diuiditur, sed exercitium illius duntaxat, vt declarat Panormi. in. c. quærimoniam. de iure patrona. sicut in simili diuisio facta inter tutores non facit ipsum ius diuidi, sed ipsa duntaxat administratio diuiditur. l. inter tutores. & ibi Barto. ff. de administratio. tutor. Idem si beneficium spectaret ad episcopum cum consensu, vel consilio alterius respectu episcopi, adhuc computaretur in Regalia, quia episcopus solus hoc casu dicitur habere beneficii collationem. text. est pulcher in ca. vnico. §. cùm verò. ne sede vacant. in 6, ita decidunt domini de Rota, in decisione. 2. sub titu. de concessio. præbend. in antiq.

Dubitare-

Dubitaretur tamen de beneficio spectante ad institutionem episcopi,an tale beneficium caderet in Regalia,& dubium facit, quia habens * solam institutionem in bene 9
ficio non dicitur collator.c.primo.de institutio.in 6.quia non habet liberam potestatem conferendi cui voluerit. hinc est, quod vicarius generalis episcopi,licet non possit conferre beneficia, nisi habeat hoc specialiter in mandatis.ca.finali.de offic.vicar. in 6.potest tamen instituere præsentatos à patronis, vt est text.in cap.ex frequentibus. de institutio. quem pro singulari allegat Ludouic. Roma. in singulari.61. & ita videtur se resoluere. glos.in §. non tamen intendit.in verbo collationem. in titulo de collatio. in pragma. sanct. super quo articulo cogitandum est.

¶Summarium noni priuilegij.

1 *Beneficia in Regalia existentia papa iure præuentionis non confert.*
2 *Papa regulariter non confert beneficia laicorum.*
3 *Nominationes non cadunt sub Regalia.*
4 *Si post prouisionem apostolicam subsequatur collatio iure Regaliæ facta, an necesse sit quod uirtute illius apprehendatur noua possessio.*

NOnũ priuilegiũ est,* quod licet omnia be 1
neficia posśit cõferre summus Põtifex iure præuẽtionis,aut aliàs:quia cõcurrit cũ omnibus ordinariis ĩ collatione beneficiorũ. c.2.de pręb.in 6.cle.1.vt lite pend.c.si à sede.eo.tit.tamẽ non confert beneficia vacãtia in Regalia, ita accidit in personã reuerẽdisśimi Cardinalis Rothomagẽsis vacãtibus canonicatu & thesauraria ecclesiæ Laudu.

per obitum quondam Guillermi de sainćte Maire, Franciæ Cancellarii, quos rex tanquam vacantes in Regalia contulerat Galthero de Fleury, & papa concesserat Cardinali Rothomagensi: tandem propter merita dicti Cardinalis rex per renunciationem expressam dicti Galtheri de Fleury, contulit de nouo dicto Cardinali, induci faciendo in possessionem & saisinam dictorum canonicatus & thesaurariæ sine præiudicio, quòd in futuro Romanus pontifex non possit beneficia prædicta vacantia in Regalia conferre, prout habetur per declarationem regis datam vicesimanona Iunii, anno millesimo trecentesimo tricesimonono, lectam in camera præsente magno consilio, signatam Hangest.

2 Istud videtur conforme iuri, quia certum est quòd * papa regulariter non confert beneficia laicorum, ne laici retrahantur à fundatione ecclesiarum. & idem in Regalia, quia istud ius habet rex potissimè propter fundationem ecclesiarum cathedralium. Ita Lappus de Castellione in allegatione. 96. incipiente beneficia vacantia in curia. loquens de beneficiis reseruatis, quòd non extenduntur ad ius patronatus laicorum. notat. in. c. cùm dilectus. extrà de iure patronatus. Ita tenet dominus Alexander in consilio septuagesimoquinto, incipiente visus, in quarto volumine. dominus Felyn. Sandeus in tractatu Quando literæ Apostolicæ præiudicent patronis ecclesiarum. in principio.

Et ita concludit Gemi. reprobata glo. ibi in. c. 2. in tertia col. de præbend. in sexto. & ista est communis. Quam rationem testatur Rochus de curte, in tractatu de iure patrona. super verbo ius competens alicui, in vigesimaquarta. Idem tenet Speculator in titulo de legato. §. nunc tractemus. versiculo sed nunquid, superius allegato. loquens

quens de Nicolao papa, qui contulerat præbendam in ecclesia Laudunē. nepoti suo, quam ante promotionem suā obtinebat, sed rex contulit in Regalia, & obtinuit. Istud etiā fuit decisum per arrestum, pro archidiaconatu Drocen. in ecclesia Carnoten. pro magistro Ioanne Egret, cōtra Ioannem de Montigny, die 22. Aprilis 1304. & pro cano. Tornacen. pro magistro Durādo Cornuti, contra magistrum Guil. Durandi, die 21. Nouembris. 1384. Arestū.

Simile videmus, quòd * nominationes non cadunt sub Regalia. ista est glo. ordi. pragma. sanct. in. §. quod ad dictas duas partes. in verbo ecclesiastico. sub tit. de collationibus. & in titu. de annatis. §. item quod dicta. latè Fely. in prædicto tractatu, Quando literæ apostolicæ præiudicent patronis ecclesiarum. 3

Addatur quòd prouisus à sede Apostolica, possessione subsequuta in vim prædictæ prouisionis de beneficio, durante Regalia vacante, * si postmodum impetret à rege similem gratiam. & obtineat collationem regis: si ī dicta collatione, & litera regia apponatur clausula, quòd taliter prouisus manuteneatur in possessione & saisina, etiā non obstante, quòd non habeat possessionem virtute gratiæ regiæ, valet talis collatio, & confirmabitur per illam clausulam in collatione regia insertam. Vnde per illam clausulam sic in collatione regia appositam, quòd non teneatur se facere poni in possessione noua, potest vti isto titulo secundo. ita fuit decisum per arrestum curiæ parlamenti, inter Guillelmum de vite, actorem ex vna parte, & Petrum Mareschal, defensorem ex altera, qui obtinuerat canonicatum & præbendam in ecclesia Nouiamensi, vacantem per mortem Petri Foucard, à papa, & positus & installatus virtute illius prouisionis, & demum impetrauit à rege collationem, cum clausula, nō obstante quòd virtu- 4 Arestū.

te collationis regiæ non habuerit possessionem, tenet tamẽ prædicta collatio, & fuit prædictus Guillelmus de Vite, per dictum arrestum, custoditus & manutentus in possessione & saisina, ex quo constabat de intentione regis, qui non volebat quod prouisus à sede Apostolica acciperet nouam possessionẽ, eo quod iam corporalem adeptus erat possessionẽ. Sic declarat dominus Ioan. Galli in recollectis suis arrestorum parlamenti. q. 19. & in hoc dicũt, quod potest concurrere titulus papalis & regalis simul & semel. Ita consulit quod apponatur dicta clausula, ne per acceptationem vnius videatur renuntiasse alteri. ita alibi idem dominus Ioan. Galli dicit, quod si vacet beneficium & conferatur per thesaurariũ sacrosanctæ capellæ regiæ, etiam quod in curia vacauerit, adeo est affectum regi, vel thesaurario eius vicario, aut tanquam ab ipso rege beneficii ordinario cõmisso, vt per præuentionẽ papæ non possit prius conferre, neque posterius. ita fuit declaratum per arrestum, vt referunt dictus dominus Io. Galli, & Stephanus Auffre. in. q. 1004. pro domino Ioan. de Collumiers, qui fuerat prouisus iure ordinarii. non iure Regaliæ per thesaurarium dictæ sacrosanctæ capellæ regiæ, de capella sancti Eustachii, contra Ioan. Varlet, qui fuerat prouisus per sedem Apostolicam.

Arrestũ.

¶ Summarium decimi priuilegij.

1 *Beneficia ante præstationem iuramenti fidelitatis uacantia, etiã post datam administrationem sunt sub Regalia.*
2 *Collationes sunt in fructu.*
3 *Ius collationis & ius patronatus transeunt cum uniuersitate.*
4 *Sequester præsentat & confert.*
5 *Creditor non confert.*
6 *Ius conferendi est spirituale.*

7 *Commendatarius confert.*
8 *In fideicommissarium transit ius conferendi & præsentandi.*
9 *Maritus percipiens fructus rei uxoris præsentat.*
10 *In generali administratione non uenit ius conferendi.*
11 *Non est resolutum quòd sequester conferat beneficia.*
12 *Is cui est facta commisio administrationis bonorum temporalium non facit fructus suos.*
13 *In fideicommissarium an ius conferendi, uel præsentandi transeat.*
14 *An usufructuaria posit præsentare uel conferre.*
15 *An ad maritum spectet ius præsentandi uel conferendi.*
16 *Habens potestatem administrandi, habet & potestatem conferendi.*
17 *Quis non potest esse pro parte episcopus, & pro parte non.*
18 *Commendatarius habet collationem beneficiorum.*
19 *Opinio quæ certat pro libertate ecclesiæ est æquior.*
20 *Ius conferendi est merè spirituale.*
21 *Ex separatis non fit conclusio.*
22 *Ius patronatus non transit in confiscatione bonorum.*
23 *Maritus potest conferre, uel præsentare.*
24 *Quis præferatur, an habens collationem uel præsentationem à marito, uel ab uxore.*
25 *Si pupillus præsentat unum & tutor alium, quis præferatur eorum.*

DEcimum priuilegiũ est, quòd * si rex concedat administrationem episcopatus durante Regalia episcopo de nouo creato, ante receptionem in episcopum, vel antequam iuramentũ fidelitatis præstiterit, nihilomin⁹ collationes prębẽdarũ beneficiorũ vel dignitatũ vacãtes in Regalia, spectãt solùm ad regẽ, nõ ad episcopũ, donec habuerit manũ leuatã integrè, tam per regẽ, 1

quàm per ſuos officiarios in camera compotorũ, & prædictum iuramentum fidelitatis actu fecerit. Iſtud accidit in perſonam domini Fremini Coquerel, cancellarii Franciæ, cùm rex poſt notitiam vacationis epiſcopatus Nouiomen. nondum leuatis bullis adminiſtrationem temporalitatis de gratia ſpeciali conceſſerat, vnde vacante præbenda Nouiomen. idem rex Simoni de Buciaco, iure Regaliorum cõtulit, licet idem epiſcopus eandem magiſtro Petro Darches contuliſſet iure ordinario. Tãdem per arreſtum curiæ dicta præbẽda iure Regaliæ collata ipſi magiſtro Simoni de Buciaco fuit adiudicata. Pronũciatum anno domini. 1350.

Hoc idem iudicatũ interuenit pro magiſtro Petro Bobus, pro præbenda eccleſiæ beati Bartholomæi Beluacen. cõtra magiſtrum Nicolaum de Coſtura, aperta Regalia per obitum Ioannis de Augerre, vltimi epiſcopi Beluacen. ex quo nondum fuerat actu ad iuramentum fidelitatis receptus.

2 Dubium faciebat, * quia collationes ſunt in fructu. glo. in. c. cũ olim. extra de maio. & obed. vnde conceſſa adminiſtratione temporalitatis, videtur cõceſſum ius collationis beneficiorum, quæ ſunt in fructu.

3 Secundò, quòd * ius collationis & ius patronatus tranſit cum vniuerſitate. tex. in ca. ex literis. & in ca. cùm ſeculum. extra de iure patro. idem in. l. in modicis. ff. de contrah. emptio. Cùm igitur rex conceſſerit vniuerſalem adminiſtrationem, videtur cum vniuerſitate bonorũ tranſire ius conferendi præbendas & dignitates.

4 Tertiò, accedat quòd * ſequeſter, & alii qui præficiuntur adminiſtrationi tẽporalium, poſſunt conferre & præſentare. iſta eſt ſing. deciſio Inno. in. c. exanimata. extra de iudi. Paul. de Leazaris ĩ cle. vni. de ſequeſt. poſſeſ. & fruct.

Hanc

Hanc confirmat & decidit Fely.singulariter,& ita se resoluit in.c.cum Bertholdus. extra de sentent. & re iudica. Subiiciens quòd cùm habuisset causam in Rota,de consensu aliorum pronunciauit præsentationē factam per sequestrum,qui habet administrationem temporalium, valere,tum propter authoritatem Innoc.in dicto.c. examinata,tum etiam propter authoritatem Car. & Pauli in dicta cle.vnica.Et hoc videtur substinere Ioã.And. in additionibus ad Specu.in rub.de sequestratione possesionis & fructuum.vbi dicit negari nō posse,quin sequester aliqualem titulũ habeat,& in hoc differt à creditore habente terram in pignus,qui nec titulum,nec possesionem habet,dicto.c.cùm Bertholdus.

Accedat nouiter,quòd dissimilis & diuersa est ratio īter creditorem habētem in pignus vniuersitatem, & eum qui habet ius in beneficio, licet sit suspensum iuramētum fidelitatis principi factæ, * quia creditor non confert,licet 5 sit administrator bonorum,ex quo tenetur restituere rationem fructuum vel quasi quos capit ex pignore, vel in sortem computare,vt notatur in.l.1.&.2.C.de pignora. actione.tex.in.c.1.extra de vsur. sed si ius conferendi præbendas, vel præsentandi,transiret in eum cui concessa est administratio temporalium,vtputa in creditorem,nō possunt restitui ipsi fructus,quia non potest postmodum institutus amoueri. tex.in.c.consultationibus. extra de iure patro.in.c.querelam. extra de elect. nec dari potest etiam æstimatio, * cùm ius conferendi sit spirituale,quod nō cadit in æstimatione,secus in eo qui non tenetur restituere 6 fructus,vt in casu nostro.

Quartò facit,quia * commendatarius,qui habet admi- 7 nistrationem temporalium,confert. ita pulchrè Gemi. in cap.nemo deinceps.in.3.col.in versic.an autem commen-

datarius. de elect.in 6. idem in administratore commisso sede episcopali vacante, vt est textus in cap.is cui. eodem titu.de elect.in 6.quia illi nihil excipitur, nisi alienatio bonorum ecclesiæ, & sic exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis.l.nam quod liquidæ.§.fina.ff.de vino,tritico,oleóque lega.

8 Quintò videmus,quòd * in eum cuius fidei cōmittuntur bona,transit ius conferendi vel præsentandi,ita voluit glo.in.l.si patroni. & ibi Ludouicus Romanus.ff.ad Trebel.& Rochus de Curte in suo solenni tracta. de iure patrona.in.9.q.super verbo vel is à quo causam habet.Idem dicere debemus in ipso,qui est creatus & cōfirmatus episcopus, sed nondum iuramētum fidelitatis præstitit principi,cuius fidei rex,seu princeps de gratia cōmittit administrationem temporalitatis, quod conferre posit per supradicta.

Sextò, accedat decisio notabilis dominorum de Rota in decisionibus nouis,decisione decima,incipiēte fuit dubitatum,sub titu.de iure patrona.vbi se resoluunt,quòd *
9 maritus qui percipit fructus rerum dotalium in re vxoris, vacante beneficio,cōfert seu præsentat,& hoc ratione administrationis fructuum,quam sententiam tenet Car.Floren.in cle.plures.in 6.q.de iure patro.

10 In contrariū tamen stringuunt multa,in primis,* quia in generali concessione administrationis nunq̄ venit ius conferendi.tex.est in.c.cùm in generali.de offi.vica.in 6.

Nec valet argumentum, quòd si quis habet administrationem bonorū temporalium & spiritualium, ergo habet collationem beneficiorum, quia ad tollendam consequentiam sufficit dare instantiā.textus in.l.creditori.ff.de operis noui nunciatio. istud patet in capitulo ecclesiæ cathedralis, quòd habet administrationem vacante sede, & tamen

men non ſuccedit in collatione beneficiorum.tex.in cap. 2.extrà ne ſede vacante.

Secundò,hodie eſt tex. in.c.eccleſiæ.§.huiuſmodi. de ſupplen.negligen.prælato.in 6.loquens in viſitatore, qui habet legitimam adminiſtrationem temporalium & ſpiritualium,& tamen non confert beneficia.quem text. ponderauit ad hoc Ioan.de Imol.in.c.fi.extrà de cõceſ. præb.

Tertiò,quia * non eſt abſolutum inter doctores canoniſtas,quòd ſequeſter,qui colligit fructus nomine alieno, conferat beneficia ,quia contrariam ſententiam tenuit Hoſtienſis,prout Abbas,& dominus Antonius de Butrio in dicto.c.examinata.de iudi.quia non dicitur poſsidere, ſed detinere, ſicut nec creditor qui non præſentat, vt latè canoniſtæ in.d.c.cùm Bartholdus. de re iudicat. gloſator prag.ſanctio.in titu.de collatio.§.idem voluit.in glo.ſuper verbo vicario. licet dicat aliter fuiſſe iudicatum per arreſtum in ſequeſtro comitatus de Stampis. 11

Quartò, adduco nouũ fundamentum,videmus quòd * iſte cui commiſſa eſt adminiſtratio rerum temporalium, non facit fructus ſuos, qui in breui non renaſcuntur. text. in.l.diuortio.§.ſi fundum.ff.ſoluto matrimo. ſed fructus collationis, aut præſentationis,non renaſcitur omni anno, ſed tantùm percipi poteſt occurrente vacatione, ideo non debet ſpectare ad eum cui rex conceſsit ius adminiſtrandi temporalitatem,donec integrè leuata ſit manu regis,id eſt clauſa ſit Regalia. 12

Eandem opinionẽ tenuit Fely.Sandeus in.c.cùm cauſam.in.4.col.extrà de præſcrip.allegat idẽ tenere Paul.de Leazaris ĩ diſputatione,incipiẽte patron[9] ſancti Martini.

Sextò,nõ eſt vera opinio Ludouici de Roma in.l.ſi patroni.ff.ad Trebel.poſt gloſam,dum * vult quòd in fideicõmiſſarium tranſeat ius cõferendi, vel præſentandi, quia 13

contrarium tenuit Bart.in.l.quia perinde.ff. ad Trebel.& ibi dominus Alexan.qui dicit hoc esse incognitum canonistis. idem dominus Rochus de Curte, in dicto tractatu de iure patro.in verbo ipse vel is à quo causam habet.in 9. q.Hoc idem tenuit dominus Paul.de monte Picco,in repet.l.titia.§.titia cùm nuberet.ff.de lega.3.in.39.col. vbi
14 disputat de muliere relicta vsufructuaria,an * possit presentare vel conferre.

Mouentur tribus rationibus,quod nõ possit. Prima est ratio domini Pauli,quia illud quod dicitur,q̄ is qui percipit fructus debet habere collationem beneficiorum,nõ habet locum quando committitur administratio dũtaxat ad sustentationem,tunc ius conferendi non reputatur in fructu habili ad sustentationem,quia talis est fructus cõscientiæ & honoris. ideo spectat ad verum dominum, non ad vsufructuarium.ita Paul.nouiter in dicta repe. §.Titia. in 39.quæst.dicit.

Secundam rationem tradit Ioan.de Imola in.c.fi.extra
15 de conces.præben.vbi cõcludunt omnes,quòd * maritus licet percipiat fructus,tamen ad eum nõ spectat ius conferendi vel præsentandi beneficia,quia ius præsẽtãdi vel conferendi est quædam honorificentia,quæ non est proportionabilis ad sustẽtationem onerum matrimonii,ideo non transit in maritum.Idem dominus Fely.in cap. cùm olim.in.1.col.de maio.& obed.

Cùm igitur rex cõcedat alicui episcopo ius percipiendi temporalitatem ad supportãda onera prælaturæ, etiam q̄ homagium nõ præstiterit,nõ veniunt collationes beneficiorum donec sacramẽtum fidelitatis fecerit,quia vice regis & nomine alieno possidet, & de gratia speciali, & tales fructus non sunt ad sustẽtationem,vt supra dictum est.

Hanc eandem.q.de marito & vsufructuaria,format dominus

minus Rochus in loco superiùs allegato, in. 28.q.

Tertiam rationem aſsignant doctores, quia collationes beneficiorum ſunt fructus, qui in breui non renaſcũtur. vnde non debet ad eum, cui commiſſa eſt adminiſtratio temporalium, pertinere, ſed ad verum dominum. dicta.l. diuortio.§.ſi fundum.

Adiungatur prædictis, quòd olim fuit controuerſia inter antiquos decretorum doctores, vtrum habens adminiſtrationem bonorum ſpiritualium & temporalium, poſsit conferre beneficia, & maximè inter Ioannem Hugutionem, prout teſtatur Io. And. in dicto.c.eccleſiæ.ſuper verbo non poteſt.de ſup.neg.prçla.in 6.per glo.in.c.obitum. 61.diſt.vbi glo.tenet quòd * habens poteſtatem adminiſtrandi, habet poteſtatem conferendi, ſic ergo quãdo rex 1
concedit alicui epiſcopo, vt non obſtante ſacramento fidelitatis poſsit in temporalibus adminiſtrare, videtur ſecum diſpenſaſſe, vt etiam conferat beneficia, quæ pendente adminiſtratione occurrunt. Et vltra ſupradicta facit ratio, quia * quando liberè conceditur alicui, vt poſ- 17
ſit frui de fructibus & redditibus, intelligitur etiam quo ad alia quæ cõnumerantur inter fructus, ne quis ſic pro parte epiſcopus & pro parte non. pro quo facit elegans dictũ Barthol.in.l.ſenium.C.qui teſtamen. fac.poſſunt. vbi pulchrè dicit, quòd filius non poteſt emãcipari quo ad vnum actum, & non quo ad alium: eſſet enim ſtare in duplici ſtatu. contra.l. primam.§.1.C. de lati.libert. tollend. facit.l. duobus.&.l.ſi pariter.ff.de liberali cauſa. vbi quis non poteſt eſſe pro parte ſeruus, & pro parte liber. Et per hanc rationem concludit dominus Andr. Barbat. in conſil. 2.in quarta parte cõſiliorum. volens quòd commendatarius * 18
qui habet adminiſtrationẽ temporalium, habeat collationem beneficiorũ. Accedat quòd fuit cõcluſum in.d.c.ec-

clesiæ,vbi se resoluũt omnes doctores post mutuas dispu tationes, quod si à papa detur administrator, vel ab alio non recognoscente superiorẽ,sicut est rex Franciæ in sua Regalia, quòd talis administrator liberè cõfert beneficia obueniẽtia durante tẽpore administrationis, & hoc operatur prærogatiua concedentis.arg.c.si à sede.de præben. in 6.sicut in casu nostro,Rex concessit administrationem temporalitatis,cùm sit supremus princeps,debet latissimè intelligi,etiam quo ad collationem beneficiorum.Si verò deputaretur administrator ab alio inferiore.Idẽ,quod magistraliter tradunt canonistæ in.c.cum nobis.de elect. Et pro hac opinione, & in hanc sententiam inclinat Bal.in.l. prima.C.de bon.libert.& in.l.fin.in penult.col.C.de edicto di.Adria.tollen.vbi dicit,quòd si quis mittatur in possessionem bonorum,videtur mitti in possessionem conferendi,vel præsentandi,veluti accessorii: eandem cõclusionem tenet dominus Præpositus,in cap.1.in penul.colum. 10.distinct.vbi dicit, quòd in translatione vniuersitatis odiosa,puta in confiscatione bonorum non transit ius conferendi, vel præsentandi: secus verò in translatione voluntaria & fauorabili, veluti quando rex in sua Regalia concedit administrationem bonorum temporalium, comprehenditur potestas cõferendi,præsertim in casu nostro, quia tunc ecclesia remaneret libera, sub potestate episcopi, & non sub potestate regis. Allegatur ad hoc Archid. in.c.considerandum.16.q.7.& Ioan.de Imol.in cle.pastoralis,in.§.rursus.de re iudica.& idem Ioan.de Imol. in.l.si insulam.ff.soluto matri. Et propterea dicit,quòd ista opi-
19 nio est æquior,quia * certat pro libertate ecclesiæ. Ego alias dum legerem Aureliæ.c.quanto. de iudic. dicebã pro confirmatione arresti,ꝙ in concessione principis facta de retinendo temporalitatem nunquã videtur intellexisse de

collatione

collatione beneficiorum, mouebar quatuor rationibus.

Prima est, quia ius * conferendi est merè spirituale.c.ad 20
nostram.de simo.not.in dicto.c.quanto.de iudic.&.c.primó.de iure patrona.vnde diuersa est ratio inter cōcessionem tēporalitatis, quòd est ius prophanum, & ius cōferendi, quod est ius spiritualitatis. Propterea nō possunt simul coniungi, quia * ex separatis non potest inferri conclusio.l. 21
Papinianus.ff. de minorib.l.inter stipulantem.§.sacrā.ff. de verb.obliga.

Secundò mouebar alia ratione, quia ex quo in generalem potestatē opus est quòd fiat mentio de collatione beneficiorum, antequam quis conferat. dicto.c.fina.de offi. vicar.lib.6. sequitur quod istud ius Regaliæ * ꝙ est ex- 22
orbitans, non potest per regem in episcopum transferri, nisi fiat specialis mentio, esto quòd cōferat vniuersaliter administrationem temporalitatis episcopo, qui nondum præstitit sacramentum fidelitatis, arg.l.si verò.§.de viro. ff.solut.matri.& in regula, quæ à iure.de reg.iur.in 6.

Tertiò mouebar, quia est glos.ordinaria. in.c.satis peruersum.56.distin.quæ formaliter dicit, quòd per confiscationem bonorum non perdit quis potestatem conferendi beneficia ratione rei confiscatæ ad eum pertinentia, quia sunt omnino distincta & separata ab aliis bonis, & nō sunt in commercio hominum.

Quartò mouebar, quia videmus in simili, in clemē.pastoralis in.§.rursus, in fine.de senten.& re iudica.quod sententia imperatoris non trahitur ad feudum ecclesiæ, quod tenebat rex Robertus condemnatus, per quam voluit dicere cardinalis Florentinus in cle. plures.de iure patr.ī.8. q.ꝙ ius * patronatus nō transit in confiscatione bonorū, 23
quæ est omnino distincta ac separata, vt dictū est, quia ius cōferendi vel præsentandi est omnino separatum, & nihil

commune habet cum temporalitate.& subdit Io.de Imol. in.l.insulam.ff.solut.matrimo.quod hæc pars est fortè de iure verior,licet alia sit æquior.

Et inquantũ loquitur de marito, qui habet administrationem rei dotalis,quòd non habet potestatẽ presentandi vel conferendi in beneficiis, quæ ex re dotali proueniunt: communis resolutio est in oppositum,& ego aliàs dum legerem.c.final.de concess.præben.vbi Panor. format quæstionem,dicebam in puncto iuris contrariam opinionem
24 esse veriorem, * quòd maritus conferre potest,vel præsentare. Et vltra ea quæ superiùs dicta sunt adducebã quòd maritus est dominus rerum dotalium viuente vxore. vulga.l.doce ancillam.C.de rei vendic.

Item quòd est in quasi possessione fructuum, & sic fundatus in iure conferendi, vel præsentandi.c. consultationibus.de iure patr.& ꝙ dominus Fely.in.c.cùm Bertholdus.in vlti.col.de re iudic. dicit, quòd cùm semel allegasset opinionem Imolæ in Rota,in.c.fina.de concess.præb. nõ fuit exauditus,quia maritus lucratur fructus perceptos & cõsumptos,nec tenetur restituere, vnde frustrà sit comparatio de marito ad creditores, vel alios qui tenentur ad restitutionem fructuum,& videtur tex.in.c.ex literis superius allegatus,nec aliquid facit opinio doctorum contrarium tenẽtium quòd ius,collatio,& præsentatio, est quædam honorificentia,quę non est proportionabilis ad onera matrimonii substentanda : quia respondet, quòd licet præsentatio,vel collatio, non sit sufficiens fructus pro sustinendis oneribus matrimonii, sufficit tamen quòd vniuersitas in qua sit ius præsentandi vel conferendi ad id sit habilis,quia ipsum ius conferendi non habetur in consideratione, sed transit accessoriè cum vniuersitate. & ista sunt verba Abb. in.d.c.ex literis. Simile videmus si vendatur

datur

datur aliqua terra, in qua ſunt collationes beneficiorum, certè precium non eſt proportionabile ad ipſum ius patronatus, & tamen illud tranſit in emptorem, vt habetur in.c.de iure patronat.quia non venit in conſiderationem ipſum ius conferendi per ſe, ſed cum vniuerſitate, neque obſtat quòd maritus non percipit fructus, qui in breui nõ renaſcuntur,quia dico quòd maritus non percipit iſtum fructum collationis beneficiorum tanquam maritus, neque tanquam de rebus dotalibus, ſed percipit tanquam poſſeſſor vniuerſitatis,& per quandam conſequentiam. Et ſic remanet opinio Paul.de Leazaris proſtrata,ſed vbi caſus accideret, cogitandum eſſet, Ex quibus ſuboritur alia & noua quæſtio non inutilis: Si quis * ſit præſentatus,vel 25
habeat collationem à marito, & alter ab vxore, vter eorũ præferri debeat. quam quæſtionem Rochus à Curte, in ſuo tractatu, de iure patrona. ſuper verbo ius competens alicui.in 4.quæſtio.tangit poſt dominos de Rota in deciſio.nou.deciſio. incipiente,fuit dubitatum. ſuperius allegata ſub titulo de iure patro. & dicunt quòd præſentatus ab vxore præfertur præſentato à marito, prout tenet gloſ. Ioan. And.in.c.ex eo.de electio.in 6.vbi concludit quòd ſi * 26
pupillus præſentat vnum,& tutor alterũ,præfertur pręſentatus à pupillo, & latiùs ſe reſoluit Pet.de Anchar.in conſilio ſuo 356.incipiente in nomine Ieſu Chriſti,viſis puncto,in fi. & in hoc non inſiſto, quia non eſt præſentis ſpeculationis,& nihil facit quo ad Regaliam,quia non poteſt inficiari, cùm maritus nedum habeat ſimplicem rerũ adminiſtrationem ad tempus:imò habet proprium & merum dominium dotis,& rerum ipſius,vt egregiè dicit Bal.in.l. in rebus.in.3. notabili.C.de iure dot.Noſtra autem quæſtio verſatur,quando rex aperta Regalia conſtituit & pręfecit epiſcopum,qui nondum præſtitit iuramentum fide-

litatis administrationis temporalitatis, quia censetur nudus administrator sub manu principis, in marito verò secus est, quia habet ille verum dominium in re dotali, vt latiùs conclusum est suprà.

¶Summarium vndecimi priuilegij.

1 *Ius Regaliæ per regem potest remitti.*
2 *Vbi concessio fit ratione dignitatis, uel loci, illud reputatur reale.*
3 *Rex non potest donare Regalia.*
4 *Episcopus iura episcopalia remittere non potest.*
5 *Ius Regaliæ censetur quodammodo reuerentiale.*
6 *Reges dicuntur patroni ecclesiarum cathedralium.*
7 *Ius Regaliæ quare fuit regibus concessum.*
8 *Priuilegium dicitur personale, quādo persona est immediatè priuilegii causa.*
9 *Reges donare possunt res regiam dignitatem concernentes.*
10 *Patroni laici liberè dant ius præsentandi.*
11 *Episcopus potest remittere iura episcopatus.*
12 *Res de facili ad suam reuertitur naturam.*
13 *Ludouicus pius iura episcopos eligendi abrenunciauit.*
14 *Prælati tenentur præstare homagium principi seculari.*
15 *Ius dubium de facili remittitur.*

1 VNdecimum priuilegiū est, quòd * ius Regaliæ potest remitti per regem. Hæc quæstio orta est pro redemptione iuris Regaliorum, per Philippum Francorum regem episcopo Atrebaten. Rodulpho facta, dubium extitit, vtrum posfit per regē istud ius cōcedi, prout in plerisque aliis cathedralibus ecclesiis per reges Frācorum tale ius cōcessum est. Prima facie videretur dicēdum quòd

quòd non:primò,quia ius Regaliæ est ius nedum concessum in personã regis,sed in honorem totius coronæ Franciæ,de quo loquitur tex.concilii Basilien.in tit.de annatis, in versi. item quòd dicta quinta pars.in prag.sanct.& in.c. præterea. in verbo regiũ. extra de iure patro.ita quòd est reale priuilegium concessum dignitati regiæ Francorum. argu.c.quoniam Abbas Leicestriæ.de officio delegati.

Sequitur regula quòd * vbi concessio fit ratione digni 2 tatis,vel loci,illud reputatur reale, pręsertim de quo prædecessores semper gauisi sunt.Ista est glo.no.in.c.cum venisset.in glo.magna.extrà de institutio.Hanc opinionem tenet glos.in.l.forma.§. quãquam.ff.de censibus.Bart. in l.pater.in.1.col.ff.de seruitute legata. dominus Alexand. latè in.l.quia tale.ff.soluto matrimo.

Si ergo tale priuilegium Regaliæ regibus concessum, sit reale,certum est quòd in præiudicium successorum & coronæ remitti nõ potest,argu.l.ins publicũ.de pactis. ff.

Secundò facit decisio notabilis Bar.in.l.prohibere. §. plenè.ff.quod vi aut clam. vbi eleganter decidit quod * 3 rex non potest donare Regalia, quoniam tendunt in diminutionem magnam Regalis iurisdictionis. ita decidit Inno.in ca.intellecto.extra de iureiur.dominus Corsetus Siculus, in tractatu de potestate regia, in quarta.q. quòd connumeratur inter præcipuas dotes suæ coronæ.

Tertiò,videmus in simili,quòd * episcopus iura episco- 4 palia remittere non potest in præiudicium successorum. Ista est glosa pulchra in cap.cùm venerabilis.extra de censibus.idem tenet dominus Abbas in cap.cùm olim. in.4. notabili.de priuilegiis. Fely.latè in cap.cùm inter.colum. 2.de re iudic.

Quartò accedat & alia ratio, quia videtur quòd * 5 istud ius Regaliæ vacante sede sit quodammodo ius reue-

rentiale,quod faciunt episcopi in noua creatione sua quãdiu durat Regalia,donec iuramentum fidelitatis ipsi regi præstiterint,quod ius reuerentiale tolli non potest. textus est,& ibi Cy.in.l.nec honore.C.de episco.& cler.Angel. & Ludo.in.l.alia.§.eleganter.ff.solut.matri. Bal.originaliter in.l.fin.C.de bonis libertorum.

6 Quintò stringit aliud fundamentum, quòd * reges dicuntur patroni ecclesiarum cathedralium, vt dicit eleganter Archidi.in.c.lectis.63.distin. Et hac ratione videntur obtinere iura prædicta Regaliæ tanquam tutores & protectores ecclesiarum. Or multi decidunt apud Canonistas quòd etiam laici patroni ius patronatus, collationes, aut præsentationes remittere non possunt.ita videtur tex. in cap.præterea.el.2.extrà de iure patro. Et hac ratione potissimum,quia indignum est quòd illud, quod est de gratia speciali concessum,transferant in extraneos.Ista est notabilis decisio domini Abb.Panor.in disputationibus Senen.in disputatione,incipiente Augerio.in.2.col. Archi. in.c.1.de iure patro.in 6.vnde per hæc iura videtur nõ esse rationi cõsonũ,q̃ ius Regaliæ q̃d regibus cõcessum est in honorẽ dignitatis regię,& ꝓtectionis ecclesiæ rem...atur.

7 In contrarium faciunt multa. In primis est * istud ius Regaliæ cõcessum in personã Caroli Magni,eo quòd ecclesiam Romanam à faucibus Astulphi & Desiderii regis protexerat,& liberauerat.tex.est in.c.Adrianus.63.distin. ibi insuper archiepiscopos & episcopos per singulas prouincias ab eo inuestituram accipere diffiniuit,ex quo videtur ius Regaliæ emanasse.

8 Sed certum est quòd * quando persona est immediatè causa priuilegii, censetur illud priuilegium personale, vt de eo disponere possit. Ista est decisio Dy. ĩ regula,priuilegium.de regulis iuris, in 6.per tex. in.l.alia.§.eleganter.

ter.& in.l.quia tale.& ibi Barto. & dominus Alexan.ff.ſo luto matri.

Secundò facit quòd pulchrè decidit Oldra. in conſilio 94.incipiente eleganter circa negotium.in finalibus verbis,in verſicu.ſed quid in caſu præſenti.vbi notanter decidit quòd * reges donare poſſunt res regiam dignitatem 9
concernentes,nec poteſt contrauenire filius. allegat text. in.c.Abbate ſane.de ſenten.& re iudicat.in 6.& in dicto c.intellecto.mouetur ratione. Nam ſeruilis fieret regum conditio,ſi donare nō poſſent, cùm regum propriū ſit do nare.c.1.extrà de donatio. Iſtud idem tenet Ioan.And.in c.grandi.de ſupplenda negligentia prælato.in 6.

Tertiò facit, quia communis reſolutio eſt, quòd * pa- 10
troni etiam laici poſſunt concedere eccleſiis & locis religioſis, abſque aliqua authoritate & cōſenſu, ius eorum pa tronatus,ſiue conſiſtat in conferendo, ſiue in præſentando,ita quòd efficietur eccleſiaſticum. ſecus ſi vellent laici patroni tranſferre in perſonas laicas & ſeculares tanquam extraneas,nō admitteretur ſine cōſenſu diœceſanorū.Iſta eſt concluſio Hoſt.in ſumma de iure patr.§.qualiter trāſferatur.in verſic.donatio.pro quo eſt tex.formalis.in cap. vnico.de iure patro.in 6. vbi dicit quòd ſi laicus loco religioſo, vel eccleſiæ duxerit conferendum, talis collatio abſque conſenſu epiſcopi efficax eſt. Idem dominus Abbas in.c.illud.& ibi Card.dicit eſſe rationem,extrà de iure patro.Iſtud idem tenet ſequitur,& cōfirmat.in.c. de monachis,extrà de præbēdis,ſubiiciens quòd in hoc tale ius patronatus aſſumit naturam eccleſiaſtici.

Idem finaliter poſt multa argumenta ſic reſoluit idem Abbas in diſputa.Senenſibus, in dicta diſputatione, incipiente Augerio.in 3.col.& pro hoc allegat glo.in.c.conſiderandum.16.q.7.Quam communem ſententiam teſtatur

Rochus de Curte in suo solenni tractatu, de iure patro. in 9.q. super verbo, ipse vel is à quo causam habuit.

11 Quartò videmus quòd * episcopus potest remittere iura episcopatus. tex. est, & ibi glo. in. c. constitutus. de religio. domibus.

Ad supradicta respondet egregiè Oldradus in consilio 172. incipiente, quia ad omnes fere obiectus. & idem in consilio. 244. incipiente, ad obiectas. in 2. col. vbi dicit quòd non est vera propositio, quòd non possunt omnes ecclesiā eximere: sed si simpliciter eximit, non videtur in totum remisisse ius suum. ita loquuntur iura superiùs allegata. Alibi Cal. in cōsilio posito, de rebus ecclesiæ nō alienan. in quinto consilio, dicit quòd in omnibus ecclesiis in eneruationem status ecclesiastici non potest ius episcopale remittere, aliàs autem particulares ecclesias potest eximere, sicut videmus quòd nullum est ius tam naturale, vel diuinum, licet in totum tolli non possit, tamen potest diminui. latè Fely. in. c. fi. de maio. & obedien.

Per quæ omnia resoluta, quòd licet rex non possit omnia Regalia in decolorationem status regni, potest tamen quasdam ecclesias à iure Regaliæ eximere.

12 Quintò facit quòd * res de facili reuertuntur ad naturā suam. tex. in. c. ab exordio. 35. dist. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Vnde quando rex remittit ius Regaliæ in ecclesia ipsi episcopo, nihil de suo videtur donare: sed in primordialem naturam reducit. & quod ecclesiæ est, reddit ecclesiæ. vt in simili notat eleganter Bar. in proœmio ff. in vlt. col. dicens quòd licet imperator nō possit dimittere iura imperii, tamē quando transfert in ecclesiam, quę repræsentat Deum, censetur dimisisse in manu superioris à quo emanauit.

13 Sextò videmus quòd * rex Ludouicus, cognomento pius,

pius,iuri & priuilegio eligendi pontifices Romanos sibi commisso per Adrianum summum pontificem, in consilio generali,cui annectitur priuilegium regiũ inuestiendi episcopos sui regni, & ab eis iuramentum fidelitatis exigendi, à quo emanauit ius Regaliæ, abrenunciauit, & eidem ecclesiæ remisit, quod licitè facere potuit, vt habetur & est tex.in.cap.Adrianus.& in cap. ego Ludouicus. 63.distinctio.& ibi canonistæ,præsertim Ioannes de turre cremata.Neque est mirũ quòd remittat rex ius Regaliæ, & restituat ecclesiæ, quia legimus quòd anno millesimo centesimo.97.Ludouicus cognomento pius, ius regaliorum antistiti Aurelianensi remisit, quatenus ad suppellectilem elegantiorem & instrumentnm feudorum episcopum attinet:cuius remissionis ius Hugo cancellarius subscripsit.ita testatur Guillelmus Budæus in annotationibus suis in libros Pandectarum,in titulo de officio præfecti prætorio.col.7.

Quòd ius Regaliæ possit remitti per regem,adde quòd eandem sententiam tenuit Antho. Corsetus in.c.grandi. in.28. colum. de sup.neg.præla.in 6.vbi tenet, quòd licet prælati * teneantur præstare homagium Principi seculari 14
ratione temporalium:tamen possunt eximi priuilegio principis.allegat Abbatem in.c.veniens.de accusatio.de quo homagio est hodie tex.in cle.pastoralis.de re iudic. & ratio posset adduci,quia licet bona temporalia sint concessa ecclesiis in feudum,& hoc prætextu, & in recognitionem prælati præstent iuramentum fidelitatis,vt in.c.solitæ.de maiorita.& obedient. Tamen simpliciter conceduntur temporalia, & non in feudũ.quia tũc dominus temporalis in aliquo non recognoscitur. nam * homagium est 15
quædam species seruitutis, & rei sacræ non imponitur seruitus. ita pulchrè Innocen.in dicto.c.solitæ. de maio-

rit. & obedient.in.c. ex diligenti.de Symo. & in.c.graue. de excesſib.prælator.& ita intelligitur.c.fina.de regul.iur. prout declarat Abbas in dicto.c.ex diligenti. Propterea de facili poteſt rex remittere illud ius Regaliæ, & reponere in priſtinum ſtatum.argu.c.ab exordio.35.diſtinctio.Simi
16 le * videmus in eo qui remittit iura pupilli, quando ſunt dubia, vt in.l.præſes. C.de tranſactio.glo.in.l.contra iuris ciuilis.ff.de pact. Sic etiam rex qui eſt adminiſtrator & tutor ſui regni poteſt remittere iura in fauorem ſuum introducta, præſertim eccleſiis, & Deo: quia huiuſmodi donatio ſeu remiſsio, eſt cenſenda debiti naturalis erga Deum reſtitutio. quemadmodum donatio remuneratoria quæ habet vim compenſationis eſt permiſſa.text. eſt vulgaris. in.l.Aquilius regulus.ff.de donatio.l.ſed ſi lege.§. conſuluit.in fine.ibi,& velut genus quoddam permutationis.ff. de petitio.hæredita. vt latè concludit Bal.in.l. per diuerſas.col.2.C.mandati. & Alex.in.l. iuriſgentium.§. quinimo.col.4.ff.de pact.qui omnes dicunt,quòd hæc donatio non ſapit veram naturam donationis, ſed potius remunerationis. Propterea propoſitus Mediolanenſis in.c. Conſtantinus.95.diſtinctio.dicebat,quòd quando Conſtantinus reſtituiſſet Romanam ciuitatem Siluestro papæ, dicitur agnouiſſe bonam fidem. vt reſtitueret eccleſiæ, quod ſuum eſt, per quam reges regnant. allegat illud Dauitici paralipomenum vltimo.c.In manu tua domine, virtus & potẽtia, tu dominaris omnibus: ego autem & populus qui ſumus & poſſumus aliquid tibi promittere, vel dare cùm tua ſint omnia, & hæc ipſa quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi, per quæ omnia cognoſcitur euidenter quòd remiſsiones Regaliorum,& aliorum iurium, quæ principes ſeculares habẽt in eccleſiis, licita & iuſta de cauſa fiũt. & multa alia adducit ipſe Præpoſitus in.d.c.Conſtãtinus.

contra

cõtra Laurentium Vallensem, qui nimia licentia liberius (quam par esset) in verba blasphemiæ prorupit, dicẽs Cõstantinum nunquam vrbem Romam cõcessisse Siluestro papæ, & simpliciũ corda falsis dogmatibus seducebat, propter quod respondet ad omnia argumenta dicti Laurentii Vallensis, & ibi latius videatur. Vnum tamẽ non est omittendum, quòd licet etiam remissio Regaliæ non reperiatur in scriptis redacta, tamen si ita vti consueuerunt longissimo tempore, propter illum vsum præsumetur pro remissione & liberatione, allegando facta per Regem, & valet sine scriptura & insinuatiõe. l. sancimus. C. de donationibus. tex. in. c. placuit. el. primo. 16. quæstio. 3. vbi hoc notat dominus Cardinalis, & huius sententiæ & opinionis est Bart. in proœmio. ff. & Alber. in. l. bene à zenone. C. de quadrien. præscriptio.

¶Summarium duodecimi priuilegii.

1 Rex *aperta Regalia, delinquentium non expectata declarationis, uel priuationis sententia, cõferre potest beneficia iure Regaliæ.*

2 *Propter irregularitatem clericus non priuatur eo ipso beneficio.*

3 *Cum homicida, uel irregulari, dispensandum est antequam in beneficio ministret.*

4 *Irregularis uel homicida est suspensus ab officio.*

5 *Infamia priuat quem ipso facto à militia.*

6 *Argumentum de milite armatæ militiæ, ad militem cœlestis militiæ ualet.*

7 *Irregularis non est ipso iure priuatus, sed uenit priuandus.*

8 *Collatio facta homicidæ, uel irregulari, aut criminoso, non ualet ipso iure.*

9 *Pendente accusatione irregularitatis, clericus non debet pro-*

moueri, neque eidem beneficium conferri.

10 *Pendentia accusationis ligat opinionem & famam accusati, in aquirendis non in aquisitis.*

11 *Accusatus si reperitur innocens, iterum non debet promoueri.*

12 *Irregularitas non est iuris diuini, sed positiui.*

13 *Irregularis non potest de nouo beneficium aquirere sine dispẽ satione.*

14 *Clericus an per eius consilium incurrat irregularitatem.*

15 *Per irregularitatem imminet uacatio beneficii de facto.*

16 *Beneficiatus tenetur ad fructus perceptos, quãdo uacat beneficium de facto.*

17 *Irregularis licite tenet & occupat dignitatẽ, & fructus eius facit, quousque renunciet uel deponatur.*

18 *Clericus absens à beneficio fructus licite quando percipiat.*

19 *Homicida tenetur ad restitutionem fructuum à die perpetrati communis perceptorum.*

DVodecimum priuilegiũ est, quòd * nedũ
1 rex, aperta Regalia prouidet de præbẽdis & dignitatibus ecclesiæ cathedralis per mortẽ naturalẽ, vel resignationẽ, sed etiã si quis irregularitatẽ cõtraxerit, immiscendo se sæuis & enormibus, vel habitu mutato miles secularis factus fuerit, vel homicidium fecerit, aut periurium incurrerit, statim princeps nõ expectata sententia priuationis, vbi se offert ius Regaliorum conferre potest.

Hæc quæstio emanauit temporibus Caroli ducis Normaniæ Delphini Viennensis in personam Aymerici de Barro canonici Remen. qui spreto clericali statu, miles factus fuerat, & bella diutius frequentauerat. idem Delphinus tunc in Gallia regens & administrator cõtulit præbẽdam Remen. eo quòd sedes Remen. vacabat per obitum quondam Ymberti patriarchæ Alexandiæ Remensis archiepiscopi,

chiepiſcopi, magiſtro Stephano Borneti clerico Lingonenſi, nulla monitione facta, & neque ſententia priuationis ſubſecuta, quæ collatio dicti domini Delphini Viennẽſis declarata eſt valida, per arreſtum pronunciatum die decimaquinta Nouembris, anno 363.

Licet ex diſpoſitione iuris communis propter irregularitatem contractam, * clericus non priuetur eo ipſo be- 2
neficio iam acquiſito. tex. eſt, & ibi Panor. in. c. clericis. extrà ne clerici vel monachi. & opus eſt ſententia priuationis. ita tenet Ioan. de Ana. in. c. 2. de clericis pugnantibus in duello. Quibus accedit doctrina magiſtralis Inno. in. c. cùm noſtris. extrà de conceſsio. præbend. vbi dicit quòd prælatus quantumcunque criminoſus non dicitur depoſitus ipſo iure, niſi ſequatur ſententia condemnatoria depoſitionis.

Hanc eandem opinionem poſuit Bal. egregiè. in. l. cùm fratrem. in ver. vnum ſcias. C. de his quibus vt indignis. ſubiiciens quòd notorium nunquam habet vires ad aliquem deponendum. facit regula. c. cum ſecundum leges. de hæreti. in 6. iuncta doctrina Bartoli in. l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſci.

Sed pro arreſto & iure Regaliorum afferuntur in contrarium multa fundamenta, in primis, quia reperiuntur textus volentes, * quòd cum homicida vel irregulari diſpen 3
ſandum eſt antequam miniſtret in beneficio. text. eſt in cap. 2. de cleri. pug. in duello. idẽ tex. in. c. audeat. 50. diſtinctio. Si igitur diſpenſatur ſecum, ergo eſt ipſo iure priuatus beneficio.

Secundò, quia * irregularis vel homicida eſt ſuſpenſus ab 4
officio. tex. in. c. fi. de temporibus ordinan. ſic etiam à beneficio, cùm propter officium detur beneficiũ. glo. in. c. cùm dilectus. in verbo ſuſpenſus. extrà de conſuetudine.

5 Tertiò, quia * infamia priuat quem militem armatæ militiæ à militia ipso facto.l.2.§.1.ff.de his qui notantur infamia. Sed homicida vel aliàs irregularis est infamis, se immiscens sæuis & enormibus.c.perpendimus.de senten.ex-
6 communi.vnde * valet argumētum de milite armatæ militiæ ad militem cœlestis militiæ.argu.l.miles.ff.de re iudica. Istud argumentum facit dominus Andræas Sicu.in cap.ex parte.prout illud refert Fely.in.1.colum.extrà de rescriptis.

His tamen non obstantibus communis sententia est quòd * irregularis non est ipso iure priuatus, sed venit priuandus per sententiam, quia est regula, quòd quis nunquā incurrit pœnam priuationis ipso facto, nisi quatenus à iure cauetur. Ista est glosa expressa in.c.fi. de iure patro.domi. Abbas.in.c.querelam.extrà de iureiurando. Fely.dicit hanc esse communem, in dicto.c.ex parte.in prima col.extrà de rescrip.& est casus in.c.nisi cum pridem.§.propter conscientiam.extrà de renuntia. Neque aliquid facit quòd requirit dispensatio, quia per hoc non arguitur ipso iure priuatus, sed non potest retinere beneficium sine dispensatione.ita soluit Gemi.in d.c.studeat.50.dist. quia solùm est suspensus à iure.d.c.fi.de temporibus ordi.sed requiritur sententia declaratoria, vt suprà, nisi in duobus casibus. Primus in eo qui per assasinos conspirat in mortem alterius pretio dato, vt est hodie casus in.c. pro humani. de homicidio.in 6.

Secundus casus est, nisi quis irregularis faceret actum per quem videretur habere ecclesiam pro.derelicto insequendo guerras, & notoriè se absentando, quia nō requiritur ordo iudiciarius, neque sententia, tum quia.c.ex tuæ. extrà de clericis non residentibus. vtitur verbo spolies & amoueas, quæ sunt verba præsentis temporis, per glos. in l.crimi-

l.criminali.C.de iurisdi*. om.iudicum.tum quia non residere est notorium, vnde nõ requiritur ordo iudiciarius. c.quoniam.extrà de filiis presbyte. ita singulariter Oldra. in consilio.195.incipien.articuli domini Arnoldi.in 2.col. & sequitur Panor.in ca.extirpandæ.§.quia verò.in 9.col. extrà de præben.

Aduertendum est tamen quòd collatio * facta homicidæ vel irregulari,aut criminoso,ipso iure non valet.ita decidit Federicus in consilio quinquagesimo , incipiente an collatio. Abbas in dicto.c.querelam, extrà de iureiur. Hostien.in.c. inter dilectos. extrà de excessibus prælato. Domini de Rota,in titulo de iure patro. in nouis,in 5.decisione illius.dominus Abbas in.c.fi.de præsumptio.in vltima col.vbi disputat de commissario papæ qui cõfert indigno,an valeat talis collatio. & latius in.c.1. in vlti.col. extrà de re iud. 8

Addo,quòd pendente * accusatione irregularitatis,clericus non debet promoueri, neque beneficium eidem cõferri. ista est glo. perpetuò notanda, in cap.tantis Daniel. 81. distinctio. & hoc tenet Bartho.Briciensis in suis quæstionibus,quæstione 155.quod tamen intelligit, nisi appareat accusatorem per calumniam accusasse.allegat.tex. in l.qui de libertate.ff.de liberali causa.hoc idem sequitur Fely.in cap.omnipotens.in vltim.col.de accusatio. Subiicit tamen, quòd pendentia * accusationis, licet grauet opinionem & famam accusati, quia illud est verum in aquirendis, sed non in iam quæsitis beneficiis. allegat pulchram glo.in cap.sæpe.in verbo manet. de accusatio. pro quo videantur duo consilia Calderini in titu. de præben. consilio.20.& in titulo de accusatio. consilio.4.vbi quęrit quòd si * accusatus est promotus,si postea fuerit repertus innocens, vtrum debeat iterum conferri, & an valeat 9 10 11

prima collatio. qui se resoluit, quòd ista collatio non sit ipso iure nulla, sed venit irritanda, vnde sequitur quòd non est dare vacationem beneficii: & sic aperta Regalia non habebit locum in iam quæsitis, vt supra dictum est.

12 Adde secundò quòd * irregularitas non iuris diuini, sed introducta est à sanctis patribus ob scandalum euitandum, & ideo de facili de irregularitate dispensatur, vt tenet Antho. Corset. in ca. vestra. de cohabitatio. clerico. & mulier. & Guillelmus de Monte Lauduno, in cle. prima. de homicidio. Idem tenet Nicolaus de Milis in suo repertorio. super verbo irregularis nullus. & idem refert in ipsomet

13 repertorio, i verbo homicida. vbi dicit, quòd * irregularis non potest de nouo beneficium acquirere sine dispẽsatione, sed prius quæsita retinet, donec priuetur per sententiam, vt declarat Ioan. And. in dicto. c. cum nostris. de concessio. præbend.

14 An autem clericus * pro consilio dato, vt aliquid perpetretur, per quod induceretur irregularitas incurrat ipsemet irregularitatem. pulchrè id tãgit Fely. in. c. ex parte, el. 1. in 4. col. de offic. & potesta. iud. delegati. & latius canonistæ in. c. sicut dignum. in. § . illi. de homicidio. & in. c. sicut viduam. 50. distin. quos ibi vide.

15 Adde & tertiò, quòd adeo * per irregularitatem imminet vacatio beneficii de facto, vt sine alia declaratione iure Regaliæ spectat ad regem collatio beneficii: ita quòd beneficiati tenentur fructus medio tempore perceptos (vt prædones) integrè restituere. ita non ineleganter tenent Bald. Paul. de Castro. & apertissimè Angel. in. l. prædonis. ff. de petitio. hæredita. hanc eandem sententiam tenuit Guillel. de Cu. & ipse Angel. & Paul. de Castr. in. l. prima, per illum text. C. de his quib. vt indign. aufert hæredita.

idem

idem tenet & ſequitur Ludouic. Roma. in.l. diuortio. in principio ſecundæ col. ff. ſolut. matrimo. loquentes etiam de feudatario, qui eſt dignus priuatione feudi. & hoc idem tenuit Specula. in titu. de locato, in. §. nunc aliqua. in verſiculo, decimo. Cyn. in authenti. qui rem. C. de ſacroſanct. eccleſia. planè notant domini de Rota in titu. de reſtitutio. ſpolato. deci. incipiente, iſtud fuit dubitatum, vbi voluerunt quòd * beneficiatus tenetur ad fructus perce- 16
ptos quando vacat beneficiũ de facto, & illud de facto occupauit, neque opus eſt declaratione, ſicuti in Regalia, vt latiùs ſuperiùs dictum eſt. Iſtud tamen dictum non eſt ſine magno ſcrupulo, quia contrarium tenuit Innoc. in ca. cum noſtris. circa principium. de conceſsio. præbendæ. vbi inquit quòd * homicida, irregularis, licitè tenent & 17
occupant dignitates ſuas, & fructus earum faciunt ſuos, quouſque renuntient vel deponantur. & idem Specula. in tit. de legato. in vltima charta. in. §. videndũ reſtat, ad finẽ. in verſiculo, ſed pone quòd aliquis malè tenuit. Idem tenet & dicit Cardina. de Zabarela. in cle. conſtitutionem. in fine. de elect. & ratio videtur in promptu, quia maximum ſequeretur inconueniens in eccleſia Dei, videlicet quòd prælati qui committunt crimina digna priuatione, dato quòd de ipſis egerint pœnitentiam, tamen ſi morerentur, in peccato mortali morerentur, ſtante opinione contraria, quòd non percipit fructus, licitè à tempore commiſsi criminis, niſi facta vel iniuncta reſtitutione fructuũ, ſecundum regulam non dimittitur peccatum. de regul. iur. in 6. in hanc eandem ſententiam cadit & ſe confirmat Abbas, in cap. primo. in vltima colum. de celebratio. miſſar. vbi dicit, quòd licet clericus propter non reſidentiam priuetur beneficio, tamen fructus in abſentia perceptos licitè retinet, quia licet nõ ſeruiat eccleſiæ ſuæ, ſeruit

18 tamen ecclesiæ vniuersali. Item quia * fructus beneficii dãtur in stipendium pro mercede. c. cùm secundum Apostolum. de præbend. ergo durãte titulo & seruitio licitè percipiuntur fructus, neque obstat lex prædonis. ff. de petitio. hæredita. quia ille fuit in dolo, & tenebatur dimittere hæreditatem, renuntiando titulo malè aquisito: sed beneficiatus in ecclesia cathedrali non est in dolo, quia eius titulus à principio caruit omni vitio, & non deliquit contra ipsam ecclesiã. & est lõga differentia inter hæredẽ non vindicantem necem defuncti, & clericum, quia hæres deliquit contra defunctum quod non est in clerico.

19 Finaliter hæc datur resolutio, quòd * priuatio sit de iure, vel de facto, prout est in Regalia, non opus est alia sententia declaratoria, quia tũc homicida, vel alius irregularis à die commissi criminis non facit fructus suos, & tenetur eos restituere à die perpetrati delicti. Ita doctè & eleganter tradit Speculat. in titulo de locato. in. §. nunc aliqua. versiculo, decimo. & Fely. in ca. de quarta. in 12. colum. de præscriptio.

¶Summarium decimitertij priuilegij.

1 *Per promotionem episcopi, ad Cardinalatum, aperta est Regalia.*

2 *An per adeptionem dignitatis Cardinalatus censeatur uacare sedes episcopalis.*

3 *Quis non potest esse Cardinalis, & episcopus.*

4 *Cardinalis habet alas ligatas.*

5 *Dignitas Cardinalatus est maior post papam.*

6 *Constitutio pœnalis extenditur ad casum similem, ubi est eadem ratio.*

7 *Per adeptionem Cardinalatus non uacat canonicatus.*

8 *Constitutio noua non comprehendit Cardinalatum, nisi fiat de*

eo

eo expressa mentio.

9 *Episcopi sunt ecclesiæ sponsi.*

10 *Quod fit ob gratiam, non debet retorqueri in odium.*

11 *Dispensatio trahitur ad consecutiua.*

12 *A die proclamationis Cardinalatus, uacant beneficia.*

13 *Postquam quis Cardinalis est proclamatus, uidetur in potentia propinqua actui.*

14 *Prouisio facta in curia Romana, habet uim confirmationis.*

15 *In supremis magistratibus ex sola electione aquiritur dignitas.*

16 *Electus ante benedictionem appellatur abbas.*

17 *A die suscepti muneri dicitur aquiri dignitas.*

18 *Non dicitur quis plenè translatus, nisi post adeptam pòssessionem.*

19 *Nemo inuitus crescere tenetur.*

20 *Cardinales reperiuntur in triplici differentia.*

21 *Non est dare titulum in Cardinalatu, sed solum officium.*

22 *Cardinales diaconi & presbyteri, sine dispensatione possunt seruire per substitutum suis beneficiis.*

23 *In dispositione odiosa nunquam comprehenduntur Cardinales.*

24 *Cardinales diaconi, & presbyteri, in eorum titulis habent iurisdictionem episcopalem.*

25 *Presbyteri, & diaconi, Cardinales non præstant obediētiam papæ.*

26 *Ad aperiendum Regaliam requiritur quòd quis absoluatur à priori uinculo.*

27 *Cardinalatus simplex, non causat uacationem priorum beneficiorum.*

28 *An per assecutionem Cardinalatus uacent beneficia, & expiret commenda.*

29 *Ad apertionem Regaliæ, requiritur actualis uacatio.*

30 *Ad faciendam aperturam Regaliæ episcopus debet absolui*

à priori uinculo episcopatus.

31 *Spes quæ fundatur super facto depēdente à uoluntate alterius non est considerabilis.*

32 *Committens rebellionem contra principem non perdit ea quæ sunt iuris canonici.*

1 DEcimumtertium elegās priuilegiū est,* quòd si episcopusvel Metropolitanus promoueatur ad dignitatē Cardinalatus, tunc vacat sedes, & censetur Regalia aperta,vt collationes prębendarum vel dignitatum spectent ad regē in ecclesia cathedrali. Hæc quæstio contigit inter magistrum Ioannē de Rupe actorem ex vna,& magistrū Guillelmū Chalop. defensorem ex altera, pro canonicatu & præbenda ecclesiæ Rothomagen. eo quòd superuenerat apertura Regaliæ per promotionem recolendæ memoriæ magistri Petri de Foresta tunc archiepiscopi Rothomagen. ad Cardinalatum assumpti,circa natiuitatem domini, anno 1356. vnde ius conferendi prædictam,præbendam ad Delphinū Viennensem tunc in Francia regentem iure regio fuerat deuolutum,eandémque præbendam idem primogenitus Delphinus præfato Ioanni de rupe cōtulerat, qualitercūque vacasset in Regalia.

Arestū. Partibus auditis,per arrestum curia pronuntiauit & declarauit dictam collationem præbendæ & canonicatus præfato de Rupe factam per dictum primogenitū,fuisse & esse bonam & validam, & quod amoueretur impedimentum indebitè per dictum Chalop.appositum, & condem natus est in expensis.pronuntiatum anno millesimo.364. die vicesima Martii.

Quæ quæstio dependet ab illo arduo dubio, nun-
2 quid * per adeptionem dignitatis Cardinalatus censea-

tur

tur vacare sedes episcopalis, aut metropolitana, ita quòd quis non posit tenere simul & semel cardinalatum & episcopatum in titulum. Hæc quæstio olim fuit ardua, & contigit in personam domini Anaroli archiepiscopi Florentini, eo quòd Romanus pontifex prouiderat de archiepiscopatu Florentino, eo in cardinalem promoto. prout elegantißimè consuluit dominus Gasparinus de Calde. in consilio, quod inseruit in titulo de translatione prælato. Eandem.q.format dominus Abbas in ca.bonæ memoriæ. Ie.1.extrà de postulatione prælato. referens ita vidisse in contingentia facti in personam reuerēdißimi domini cardinalis sanctæ Crucis tunc archiepiscopi Bononien. necnon cardinalis sancti Marcelli quoad episcopatum Senē. Eandem.q.format dominus Cardinalis de Zabarellis in cap.ecclesia vestra.in.2.oppo.extrà de elect.pro opinione facit, * quòd quis non potest esse cardinalis & episcopus 3
simul & semel.tex.est in dicto.c.bonæ memoriæ.Ie.1.extrà de postulatione prælatorum.vbi papa noluit admittere postulationem cardinalis sanctæ Praxedis ad episcopatum Rauennatensem.

Mouētur, * quia cardinalis habet alas ligatas, quia post- 4
quam assumptus est ad officium cardinalatus, non potest deserere ecclesiam Romanam, quia semper debet aßistere lateri summi pontificis pro consiliis, vt est text.in cap. fundamēta.§.decidit. de electio.lib.6. Sed episcopatus requirit continuam residētiam. durum enim esset quòd ecclesia remaneret sine sponso, quia paria sunt non habere sponsum, vel habere inutilem. textus in.c.2.extrà de trāslatione episcopi.glos.in.l.penult.C.ad leg.Fauiam.de plag.

Secundò ponderat ad hoc cardinalis in loco superius allegato textū notabilem in.c.filiū.1.q.1.vbi tex.ab expresso dicit quòd postquā quis semel ab ecclesia Romana ordi-

nem recepit,egrediendi ab ea vlterius licentiam non habet quasi videatur innuere quod sit incompatibilis Cardinalatus cum episcopatu.

Tertiò,quia si beneficia priora per promotionẽ in episcopum vacẽt,vt est tex.in.c.cum in cũctis.extra de elect.&
5 episcopatus hodie est minor Cardinalatu, * cum dignitas Cardinalatus sit maior in ecclesia post papatum, vt notant doctores in.c.dilectus.le.1.extra de præbendis. ergo multo magis per promotionem ad Cardinalatum de-
6 bet vacare episcopatus. argu.authen. multo magis.C.de sacrosanct.ecclesi.Facit regula, * quia constitutio etiam pœnalis loquens in vno casu debet extẽdi ad alium casum similem,vbi est eadem ratio.glo.est notabilis in clemen.1. in verbo eligatur.de electio.gloss.l.si quis seruo.C.de furtis.iuncta.l.vt tamẽ.ff.de seruo corrupto.'etiam in odiosis vbi versatur fauor publicæ vtilitatis,vt hic, ad euitandum multiplicationem beneficiorum.

Hanc regulam tradit magistraliter Bart.in.l.2.§.exercitum.ff.de his qui notantur infa.

Quartò facit præallegatus tex.in.ca.ecclesia vestra.le.2.
7 de elect.vbi est casus specialis, * quod per adeptionem Cardinalatus non vacat canonicatus,ex quo nõ habet administrationem,neque curam animarum: ergo secus erit in episcopatu propter curam & solicitudinem pastoralẽ.

In contrarium stringunt multa.in primis tex.de Broca in.c.dilectus.le.1.de præbendis, vbi cardinalis potest promoueri ĩ episcopum, sic ergo potest tenere cardinalatum & episcopatum simul & semel.

8 Secundò facit,quia * constitutio noua nunquam comprehendit cardinales, & alias personas quæ sunt pars corporis papæ,nisi quatenus de his fit expressa mentio propter excellentem prærogatiuam.tex.in.c.1.de scismaticis. in.6.

in ca.

in.c.felicis.de pœnis. eodẽ lib. & idem videtur declarare tex.in.l.penul.C.de dona. inter virũ & vxo. vbi licet prohiberetur donatio inter virum & vxorem,non habet locũ in Augusta,quia est pars corporis regis.& fuit dictũ originale Oldra.in consi.250.Bal.in.c.1.§.item sacramenta.de pace iuramento firmanda.in vsibus feudo.Vnde cõstitutio.ca.de multa.& cap.cùm in cunctis.scilicet * quòd per 9
adeptionem vnius beneficii incompatibilis vacat primũ, non habet locum in cardinalibus:quia episcopi sunt sponsi ecclesiæ. Scriptum est enim,Oportet episcopum vnius vxoris esse virum. Non sic in cardinali, qui habet maius exercitium iurisdictionis,nõ autem ordinis.quod spectat soli episcopo,vt dicit tex.& Archi.in.c.quanquam.2.q.7.

Tertiò accedat ratio,quia si priuarentur cardinales episcopatibus & prioribus beneficiis per adeptionem cardinalatus, * sequeretur quòd id quod ob gratiam alicuius fie- 10
ret,retorqueretur in damnum.contra.l.quod fauore.ff.de legib.Adiuuari quippe nos, nõ decipi beneficio oportet. tex.in cap.vnico. extrà de commoda.l.fina.C. de iure deliberan.

Propterea Inno.in.c.de monachis. extrà de præben. arguit contra cardinales habentes episcopatus & ecclesias, nec facientes illis deseruire in cultu diuino, & aliis ministeriis secundum solitum statum.

Quartò,non potest obiici de.c.bonæ memoriæ. de postula.præla.vbi postulatus fuit cardinalis in archiepiscopatu, quasi de iure eligi cardinales non possunt, quia non respondetur quòd non fuit illa causa quare papa ibi eam non admisit,quòd cardinalis non posset eam habere in titulũ,sed quia illa postulatio nõ fuit facta in forma solenni.

Neque obstaret residentia illa continua ad latus pontificis,de qua suprà dictum est,& quòd sunt coadiutores sa-

11 cerdotalis officii,quia * ex quo ſcit papa quòd non poſſunt reſidere in vtroque loco, videtur ſecum diſpenſare. Iſta eſt gloſa ſolennis,in.c.quia in tantùm.de præbē.quæ dicit quòd diſpenſatio trahitur ad conſecutiua. & eſt tex. in.c.extirpandæ.§.quia verò.extrà de pręben.glo.notab. in.c.ſi quis in clero.7.q.1.

Sed pro reſolutione huius materiæ dicendum eſt quòd eleganter dicit Panorm.in dicto ca.bonæ memoriæ. in.2. col.ꝙ antiquis temporibus poterat eſſe quòd epiſcopatus erat incompatibilis cum cardinalatu. Nouiſsimis autem temporibus ſeruatũ eſt quòd epiſcopus promotus in cardinalem,non perdit epiſcopatum, imò retinet illum in titulum,vt prius,niſi papa aliter diſponat.

12 Vnde ſuboritur aliud priuilegium in Regalia, quòd * cardinalis pronunciatus cardinalis in curia Romana, licet nondum receperit inſignia cardinalatus, nihilominus à die proclamationis vacant beneficia, vtpote epiſcopatus,archiepiſcopatus,& vacant in Regalia. ita fuit iudicatum in perſonam Aegydii Aſſelli, epiſcopi Morinen. qui ad ſtatum cardinalatus ſanctæ Romanæ eccleſiæ creatus, & pronunciatus fuit, à die illo illico vacauit epiſcopatus Morinen. & beneficia illius eccleſiæ fuerunt in Regalia. ita fuit iudicatum pro præbenda Morinen.tunc temporis vacante per obitũ Cornaldi de Molieris,collata Petro de Ormonte,contra Ioannem de Morolio,per arreſtũ pronunciatum die 20.Nouembris,anno.1361.

Areſtũ.

13 Pro quo arreſto poſſunt multa adduci,primò,ꝗa * poſtquam creatus quis eſt cardinalis,& proclamatus, videtur in potentia propinqua actui,vnde cenſetur in actu.textus in.l.ex eo.ff.de teſta.mili. Bald.in authen.habita.in.7.col. C.ne filius pro patre. Fely.latè in cap.eam te. col.2.extra de reſcript.

Secundò

Secundò, * quia prouiſio facta in curia Romana,habet 14
vim confirmationis, nec indiget alio adminiculo. iſta eſt
deciſio ſingu.Panor.in.c.tua.extrà de his quæ fiunt à prę-
lato ſine cõſenſu capituli.declarat expreſſè Inno.in.c.cùm
olim,extra de cauſa poſſeſ.& proprieta.Imol.in.c.auditis.
quaſi ad finem.de elect. Vnde aſſumptus in canonicũ per
viam prouiſionis Apoſtolicæ,nõ indiget confirmatione,
neque inſtallatione.ita præclarè Inno.in.c.conſtitutis.l.2.
in princ,extra de appellat.Imol.in.c.cùm M.Ferrarien. in
26.col.extra de conſtitu.

Tertiò facit,quia * in ſupremis magiſtratibus ex ſola e- 15
lectione acquiritur dignitas. ita eleganter Barthol. in.l.1.
§.diuinus.in.5.col.ff.de variis & extraordi.cognitionib⁹.
tex.in.l.fi.C.de decur.lib.10.

Quartò,idẽ videmus in Abbate,quia incontinenti ꝙ * 16
eſt electus,appellatur Abbas ante benedictionem.Oldra.
in conſil.14. allegat.c.1.extra de ſupplen.neglig. prælato.
latè canoniſtæ per illum textum in cap.meminimus. extra
de accuſatio.

Sed his nõ obſtantibus,hoc arreſtum non caret ſcrupu
lo.Et in contrarium reperio,ꝙ Bartholomęus Brixien.in
repertorio ſuo, in verb.epiſcopus.in.2.col.dicit,quòd Ba
ſileæ cùm quis fuiſſet pronunciatus cardinalis, nondum
tamen inſignia,aut quaſi poſſeſsionem cardinalatus ſuſce
perat, fuit interrogatus an poſſet ſe gerere pro cardinali,
& reſpondit quòd non.quod dictum Brixien.refert,& ſe-
quitur Fely.in.d.c.eam te.in.2.col.extra de reſcript.

Secundò videtur tex. optimus in.l.publius. in princ.ff.
de condit.& demonſtra.in verbo conſul eſt deſignatus, &
mun⁹ edidit.vbi Barthol. * qui dicit quòd nõ à die crea- 17
tionis, ſed à die ſuſcepti muneris dicitur acquiri dignitas,
idem Barthol.in.l.ex eo.ff.de teſta.mili.

Simile in papa, qui ante coronationem non appellat se seruum seruorũ Dei. glo. in proœ. clemẽtinarum, in verbo pontificatus. vbi nõ appellatur põtifex, nisi sit cõsecratus, benedictus, & coronatus. eadem glo. in data sexti libri. Idẽ in imperatore, qui non dicitur electus rex Romanorum, donec sit coronatus. glo. in cle. 1. in verbo futurus. de iureiur. l. bene à Zenone. C. de quadri. præscriptio.

18 Tertio loco, * non dicitur quis plenè trãslatus, nisi post possessionem adeptam. text. in. c. si quis translatus. 21. q. 2. glo. nota. in. c. si tibi concesso. de præben. in 6. Ludouicus Roma. in consil. 355. col. 6.

Quarto loco, quòd in terminis dicit eleganter Ioannes Mona. in. c. generali. versi. sed quæro si aliquis. de elect. in 6. vbi tenet quòd si quis habet Regaliam ĩ cathedrali ecclesia tempore vacationis, quòd si episcopus transfertur, ille non consequitur Regalia antequam translatus consentiat, quia nõ dicitur vacare ecclesia ante illius consensum.

Et dicit quòd vidit sic pluries declarari in curia, & placet hæc opinio Ioan. And. in regula quod ob gratiam. de reg. iur. in 6. in mercurial. Et subdit vbi suprà idem Ioan. Mona. nu. 12. quod * nemo inuitus crescere tenetur, & nemo inuitus contrahit, nec inuitus contractum iam factum dissoluit, quod ibi dilatat Probus in additionib⁹ ad eum. quibus adde Roma. in consi. 345.

20 Sciendum est, quòd * cardinales reperiuntur in triplici differentia, quidã sunt cardinales episcopi, vt Portuẽsis & sanctæ Sabinæ cardinales. Quidã cardinales presbyteri, & quidam cardinales diaconi, & horum omnium cardinales episcopi inducunt vacationem priorum beneficiorum. Ita quòd cadunt in Regalia, non ratione cardinalatus, sed ratione vinculi episcopalis, qui facit incompatibilitatem. de aliis verò presbyteris & diaconibus cardinalib⁹,

non

non poteſt fieri apertura Regaliæ per adeptionem ſolius cardinalatus, * quia non eſt dare titulum in cardinalatu, 21
ſed ſolum officium, pro conſilio totius eccleſiæ vniuerſalis. Ita magiſtraliter declarat Hoſtien.in.c.coram. de elec. ita refert Pet.de Ancha.& Io.And.in nouella.ī.c.cum aliquibus.de reſcrip.in 6.fuiſſe pronunciatum in curia Romana, hinc eſt quod eleganter decidit Bal.in.c.bonæ memoriæ.de poſtu.prælat.quòd cardinalatus de ſe nō eſt beneficium, ſed officium cuius exercitium conſiſtit in conſulendo Romano pontifice, & eccleſiæ vniuerſali, vt eſt tex.in.c.fundamenta.in.§.decet.de elect.lib.6.& tex.in.c. per venerabilem.in.§. rationibus. qui filii ſint legit. ibi ſi difficile quid vel ambiguum euenerit inter cauſam & cauſam, inter ſanguinem & ſanguinem, inter lepram & leprā, recurre ad ſacerdotes Leuitici generis, in quorum locum ſuffecti ſunt cardinales: vnde appellantur Senatores, quia eccleſia ſenatum habet.

Secunda ratio, quia * cardinales diaconi & presbyteri 22
etiam ſine diſpēſatione poſſunt deſeruire per ſubſtitutum beneficiis ſuis, vbi non eſt aliquod vinculum epiſcopatus, ita formaliter determinat Oldra.in conſi.48.ſub titulo de cler.nō reſid.& ſic ceſſat ratio incōpatibilitatis, quòd quis non poteſt reſidere in diuerſis locis, vt dicitur etiā per Panor.in.c.penul.& fina.de cleri.non reſiden.

Tertia ratio, quia * nunquam ī diſpoſitione odioſa cō- 23
prehenduntur cardinales, niſi de his fiat expreſſa mentio. Sunt enim pars & membra ſummi pōtificis, vt firmat Ioā. Mona.in.c.1.d ſchiſma.lib.6. Ludo.Roma. in cōſi.488. incipiente, in cauſa qua quæritur. iura enim quæ inducunt priuationem beneficiorum per aſſecutionem, ſcilicet tertii beneficii, vel pacificā pſſoeſsionē, nō faciunt mētionē expreſſam de cardinalibus: ergo non debent comprehēdi.

24 Quarta ratio,quia licet dicatur,quòd cardinales * diaconi & presbyteri in titulis eorum habeant iurisdictionē episcopalem,vt per glo.& doct.in clemen.ne Romani.de elect.& per domi.Nicol.de Milis,super verbo cardinales, allegat Petr.More.in cap.1.de maiorita.& obedien. lib.6. tamen nullum simile est idem. & præterea non datur va catio beneficii prioris, vt concludit idem dictus Nicolaus de Milis. Propter quòd Hostiensis scribit singula-
25 riter in cap. antiqua. de priuileg.quòd * presbyteri & diaconi cardinales non debent præstare obedientiam papæ, quia est corpus vnitum, ita quòd papa non exigit ab eis fidelitatem.quem sequitur Felynus in cap.ad audientiam.in vltimis verbis,in verbo nota tertio.de præscript. Secus verò est in cardinalibus episcopis,qui tenentur facere homagium papæ ratione episcopatus, vt cōcludit Panor.in dicto.c.antiqua.

26 Quinta ratio,quia ad aperiendam * Regaliam,requiritur de necessitate, quòd quis absoluatur à priori vinculo per decisionem textualem,in.c.inter corporalia.de transflat.episco.& in.d.c.bonæ memoriæ.ita in propriis terminis tradit Io.And.in regu.quod ob gratiam.de regul.iur.
27 in mercurial.vnde * cardinalatus simplex (nisi sequatur absolutio à priori vinculo,mutatio,vel alteratio)nō causat vacationem priorum beneficiorum, pro quo videatur Alber.in rub.de statu homi.ff.qui enumerat omnes casus & titulos cardinalium,presbyterorum,diaconorum,&episcoporum,quæ non sunt omnibus nota.

Hæc materia aliquando occurrit in personam reuerendissimi domini Erardi de Marcha,cardinalis tituli sancti Grisogoni,qui ī titulum prælaturam Leodiensen habeat, & nihilominus ecclesiæ Carnotensi præerat, postulatione antea longo tempore apud sedem Apostolicam admissa, demum

demum cardinalis effectus, archiepiſcopatum Valentiæ ſuſcepit, qui videtur incompatibilis cum aliis beneficiis. Propterea inſurrexit longua cõcertatio inter magiſtrum Martinum Dolet, prætendentem ius Regaliæ in artibus magiſtrum actorem ex vna parte, & magiſtrum Michaelem Chartier, & Ioannem Perreautz defenſores ex altera, ſi beneficia eccleſiæ Carnotenſis vacarent in Regalia tũc patrocinante domino de Montholon, ea tempeſtate aduocato inſigni & famoſiſsimo, nunc verò in ſupremo Gal liarum ſenatu præſide, ſub anno domini milleſimo quingenteſimo ducenteſimotrigeſimoquarto Februarii. Punctus difficultatis erat, & verſabatur, an per * aſſecutio- 28
nem Cardinalatus vacarent beneficia, & expiraret commenda Carnotenſis eccleſiæ, nullo facto regi ſacramento fidelitatis. præſertim per acceptationem archiepiſcopatus Valentiæ, actenta rebellione & felonnia commiſſa per dictum epiſcopum Carnotenſem contra regem & Rempublicam huius regni: vnde fixo pede, idem dominus de Montholon tenebat litigando, quòd non poteſt prætendi apertura Regaliæ, eo quòd ad * apertionem i- 29
pſius, de neceſsitate requiritur quòd ſit vacatio actualis, nec ſufficeret æſtimatio ad vacationem, vt decidit in propriis terminis Ioannis Andreæ, in nouuella, in regula, quod ob gratiam. de regulis iuris, in mercurial. & in cap. generali. de electio. libro 6. poſt Ioannem Mo nachi, ibi. Or certum quòd cardinales, qui promouentur ad titulum, ſi titulus eorum ſit presbyteralis, diaconalis, vel epiſcopalis, retinent priora beneficia, nec eſt inducere vacationem in præcedentibus. tex. in. c. eccleſia veſtra. de electio. vbi firmauit Hoſtienſis, prout & Io. And. idem. tex. in cap. cum aliquibus. de reſcript. in nouella, quia cardinalatus non eſt propriè beneficium, imò duntaxat

officium, cuius exercitiũ consistit (vt dictum est) in cõsu lendo Romano pontifice & vniuersali ecclesia. dicit text. in.c. fundamenta, in.§. decet. de elect. in 6. vnde dicit idẽ Hostien. in prædicto.c. ecclesia vestra. quòd cardinales ha bent alas ligatas, eo quòd nõ possunt abire inconsulto Ro mano pontifice, vt superius deduximus, ita & formaliter determinat Oldra. in consi. 48. super titu. de cler. non resi den. Propter quod dicitur, quòd dictum officium cardina latus non est incompatibile, nec facit vacare priora beneficia, sed bene inducit, vt prædicti cardinales residentiam faciant in curia Romana.

30 Secundò dic quòd * ad faciendam aperturam Regaliæ, debet episcopus absolui à priori vinculo episcopatus, antequam dicatur mutatio, vt est tex. in. d.c. bonę. de postu. præla. & in.c. inter corporalia. de translat. episcopi. Et sic per promotionem ad archiepiscopatum Valentiæ nulla facta est absolutio episcopatus Carnotensis, aut mutatio vel alteratio, quæ inducant vacationem priorum beneficiorum. Et sciendum est quòd longo tempore antea prædictus Erardus de Marcha fuit longis temporibus postulatus ad episcopatum Carnotensem, cùm iam teneret in titulum Leodensem ecclesiam, postulatione admissa ĩ curia Romana: habuit Carnotensem ecclesiam in commẽdam, vnà cum episcopatu Leodensi in titulum. in qua qualitate rex recepit eum ad sacramẽtum fidelitatis, si postmodum prouisus fuit de archiepiscopatu Valentiæ, potuit dispensari per summum pontificem in retinendis prioribus beneficiis, quia non est noua prouisio papæ, imò solum ius antiquum conseruatum. ita deciditur textualiter in.c. dudum. circa fin. de elec. glo. extraord. in.c. si gratiosè. de rescrip. in 6. & in propriis terminis decidit Pet. de Anch. in c. non potest. de præben. in 6. facit quod tradit Probus in

tracta.

tract.dispē.in.10.memb.& in tract.pēsio.parte.6.q.3.vnde potius videtur quædam prorogatio, seu conseruatio veteris iuris, quàm nouus titulus, siue nona prouisio. l.2. §. sed si iudex.ff.de iudic. glo.in cap.hi qui. de præbend. in 6. Et in iisdem terminis de promoto ad episcopatum quòd ex dispensatione Apostolica possit retinere priora beneficia, etiam in præiudicium patroni laici. est decisio formalis dominorum de Rota, decisio.331.in nouis. quam magnificat Fely. in suo tractatu, quando literę Apostolicæ patronis laicis noceant. colum.3. licet regulariter de beneficiis existentibus in patronatu laicorum Papa non se immisceat.vt in.c.cum dilectus.de iur.patro.tamen de de his potest prouidere, cùm nullum ius sit adhuc quæsitum.l.qui autem.ff. de his quæ in fraud. credito. & papa vtitur iure suo, præsertim quòd consistit in libero arbitrio episcopi Carnotensis acceptare archiepiscopatum Vallentiæ, vel dimittere. * vnde de iure spes quæ fundatur 31 super facto depēdente à voluntate alterius, non est considerabilis, vt dicit Bar.in.l.fina.in fine.C.de.pact.

Tertiò, allegabatur contra episcopum Carnoten. quòd erat in aperta rebellione, & felonia, aduersus Regem & Rempublicam, & dato quòd esset rebellis, non sequitur quod Rex possit conferre beneficia in Regalia, sed solū applicare fructus temporales dicti Episcopatus. pro quo adducitur Bart.in extrauaganti ad reprimendum.in verbo rebelles. vbi dicit, * quòd committens rebellionem 32 contra Principem, non perdit ea quæ sunt iuris canonici.vt est collatio beneficiorum, sed duntaxat ea quæ sunt iuris ciuilis, vnde dicit dominus Anth. de Butrio, in.c.2. de oper. noui nunciatio. quòd Prælati eiecti à ciuitate, siue propter metum, siue aliàs, non perdunt iura suorū beneficiorum. sequitur Philip.Franc.in cap.2.de supplend.

negligen.præla.in 6. & exercent iura episcopalia extra ciuitatem, vt traditur in clemen.1.de foro compe. vide quæ dixi in.34.priuilegio.

¶Summarium decimiquarti priuilegij.

1. *Promotio ad papatum Regaliæ operatur aperturam.*
2. *Pluralitas dignitatum incompatibilium, est iuris positiui.*
3. *In generali sermone nunquã cõprehenditur persona loquentis.*
4. *Post consecrationẽ papæ uel tempus de consecrandis, beneficia uacant.*
5. *Inter dantem & recipientem debet esse differentia.*
6. *Papa ante coronationem appellatur pontifex.*
7. *Romanus pontifex de beneficiis patronalibus regis non dispo-nit.*
8. *A die proclamationis cardinalatus uacant beneficia, & cadũt in Regalia.*

1 DEcimumquartum priuilegium notabile ĩ Regalia est, * quòd si papa in minoribus teneat dignitatem in ecclesia cathedrali, & postmodum efficiatur papa, post coronationem suam si contingat episcopum illius ecclesiæ in qua habet beneficium decedere vel trãsferri, tale beneficium vacat in Regalia, neque potest papa apud se retinere, vel alteri conferre.

Hæc.q. emanauit tẽporibus Clementis papæ sub anno 1342. & circa mensem Maii, pro archidiaconatu Gande. in ecclesia Tornacen. cùm sedes Tornacensis vacauit per promotionem magistri Andreæ de Florentia, ad cardinalatum assumpti.

Dubium faciebant tituli beneficiorum, * quia plurali-

tas dignitatum incompatibilium est iuris positiui. Abbas in.c.constitutus.de relig.domi.in.c.extirpādæ.§.quia vero.de præben.in sua repetitione.sed papa est supra ius positiuum.tex.in.c.proposuit.de conces.præbend.

Secundò,qui* in generali sermone nunquam compre 3
henditur persona loquentis.l.inquisitio.C. de solut.text. in.c.petitio.de iureiurand.

Tertiò,non reperitur in iure cautum,quòd * post con- 4
secrationem vel tempus de consecrandis, beneficia papæ vacent, sicut in aliis episcopis inferioribus, imò disponit de suis & quibuscunque beneficiis ad libitum suum immediatè, quod est electus à duabus partibus.iuxta.c.licet. de electio.etiam ante coronationem.& contrarium dicentes incidunt in pœnam excommunicationis,iuxta extrauagantem cle.5.quæ incipit quia nonnulli,sub titu.de sent. excommunica.Fely.latè in.c.eam te.in.1.col.de rescript. & in versi.restringuntur secundò.& refert Dominic.de sancto Gemi.in.c.fin.de conces.præben.in 6.quòd papa Innocen. in nocte suæ creationis, etiam ante coronationem signauit plures supplicationes,& contulit beneficia,quod tamen promiscuè facere non debet, quia præ nimio gaudio est(vt ita dixerim)extra se positus.vnde consultius facit si expectet quòd exeat conclaue, argu.c.vnusquisque. in verbo saltantium.22.q.3.

In contrarium facit, quòd Romanus pontifex appellat se episcopum seruū seruorum.si sit episcopus,ea quæ sunt ordinata pro episcopis,videlicet quòd post consecrationem,vel tempus de consecrandis vacant beneficia episcopi,ita post coronationem papæ debent vacare priora beneficia papæ.Scriptum est enim,Patere legē quam tu ipse tuleris.&licet princeps nō subiiciatur legibus,debet tamē viuere secundū leges,iuxta.l.digna vox.C.de legib.

Secundò certum eſt, quòd retinere ſummus Pontifex non poteſt,cùm habeat ipſe collationem beneficiorum:
5 &* inter dantem & recipientem debet eſſe differentia, ſicut inter baptizantem & baptizatum.tex.in.c.fi.extrà de inſtitutio.& ibi per Panor.tex.in cap.peruenit.de iure patro.quia patronus non poteſt ſeipſum inſtituere.

6 Tertiò non eſt omnino deciſum, quòd * Romanus Pontifex(licet electus à duabus partibus)ante coronationem appelletur Pontifex:quia dies coronationis eſt ortus imperii.arg.l.fi.C.de feriis.& glo.Ioan.Andr.ſuper.c.datam Romæ.ſub titu.de regulis iuris.in.6. Bal.in procem. decretal.in.7.col.latè Fely.in dicto.c.eam te.ſuper verbo reſtringuntur.& ibidem de cõſuetudine curiæ Romanæ.

Quartò,quia illud quod dicitur, quòd incompatibilitas beneficiorum eſt iuris poſitiui, iſtud intelligitur circa inferiores,ſed in ſupremis pontificibus,vt teneãt inferiora beneficia,videtur illud abſurdum. Scriptum eſt enim, Oportet epiſcopum vnius vxoris eſſe virum.& glo.prag. ſanct.quæ loquitur, quòd Romanus pontifex non debet ponere bigamiam in eccleſia Dei,& ibidem latè.

Quintò hanc.quæſt.format Specul.in titul.de lega.§. nũc tractemus.in verſiculo ſed nunquid.loquens de ſummo pontifice Nicolao, qui voluit præbendam quam antea habuerat in eccleſia Laudunẽ.ante coronationem,nepoti ſuo conferre,quod non potuit obtinere,præſertim in
7 præiudiciũ iuris regis & Regaliæ,quia* Romanus pontifex de beneficiis patronalibus regis nõ diſponit.latè Fely.in tracta.quomodo literæ Apoſtolicæ derogent patronis eccleſiarum,in principio.Ioan.And.& Panor.in.c.dilectus.extra.de iure patro.

Aliud priuilegium, quòd cardinalis pronunciatus cardinalis in curia Romana, licet nondum receperit inſignia cardi-

cardinalatus, nihilominus * à die proclamationis vacāt 8
priora beneficia,& cadunt in Regalia. Ita fuit pronunciatum in personam Aegidii Aselli, episcopi Morinen. qui, vt prædictum est, ad statū cardinalatus sanctæ Romanæ ecclesiæ creatus & pronunciatus fuit, & à die illa illico vacauit episcopatus Morinē. & beneficia fuerūt in Regalia. ita fuit iudicatum pro præbenda Morinen. tunc temporis vacante per obitū Cornaldi Molieris collato Petro de Ormonte, contra Ioannem de Morolio per arrestum latum die vicesima Nouēbris, anno 1341. alias. 1361. vt supra priuilegio proximo. nu. 12.

Ex quo resultat pulchra. q. vtrum à die creationis in cardinalem, an verò à die assumptionis, & præstiti consensus vacent beneficia, quæ latè examinantur per Fely. in. d. c. eā te. de rescrip. pro quo videatur dominus Andreas Barba. in tracta. de præstantia cardinalium. in 12. q. col. 4. &. 5. proximo priuilegio.

¶Summarium. 15. priuilegii.

1 *Regalia extenditur ad matricularias & ad inferiora beneficia.*

2 *Regalia debet intelligi quo ad dignitates & præbendas.*

3 *De minimis non curat prætor.*

4 *Appellatione beneficii comprehenduntur maiora & minora beneficia.*

5 *Appellatione beneficiorum includuntur cappellaniæ, & altaria quæ dantur in titulum.*

6 *Inæqualitas redditum nō facit uitiare collationem beneficiorū.*

7 *Collatio sumit robur à superiore, non à facto partium.*

8 *Titulus in beneficialibus semper inspicitur.*

9 *Vt beneficium dicatur, requiritur quòd sit perpetuum, & per episcopum conferri consuetum.*

10 *Vt rex iure Regaliæ conferat beneficia, requiritur quòd tẽpore uacationis collatio spectet ad episcopum.*

11 *Vltimus status beneficii est inspiciendus.*

1 DEcimumquintum priuilegiũ est, quòd * ius conferendi in Regalia nedum competit circa præbendas & dignitates, sed etiam circa matricularias, & inferiora beneficia. Dubium faciebat, quia non sunt de corpore ecceliæ, nec faciunt collegium, nec admittuntur an tractatus communes, vnde non debent cõprehendi sub nomine beneficiorum. tex. est no. & pulcher in. c. dilecta. de excessibus prælatorum. nota. in cap. 2. de institu,

2 Item quia * Regalia debet intelligi quo ad dignitates & præbendas, & canonici præbendati sunt primi gradus longè honorabiliores cæteris. Inno. in. c. sedes. de rescrip. nõ
3 autem quo ad minima & inferiora beneficia, * cùm de minimis non curet prætor,

Tamen quia in beneficiis est facienda plenissima interpretatio. tex. in. c. quanuis. 1. de præben. li. 6. in. c. cũ dilecti. de donat. in. c. olim, de verb. sig. vnde ait pulchra glo. in cle. 1. de causa posses. & proprieta. in verbo beneficiali.
4 quòd * appellatione beneficii comprehenduntur maiora & minora beneficia, videatur Ioan. de Selua in tract. de beneficio. in. 3. q. parte. 2. & de istis matriculariis qui dicuntur Assisii, id est assidui, loquitur pulcher tex. in. c. cùm ad hoc. de cler. non residen. & ibi Panor. & de hoc arrestum est latum inter Petrum de Salliaco, ex vna, & Ioannem de Louetz ex altera super matricularia Parisien. 7. die Septembris, anno. 1364.

Adde, quòd tale ius extenditur ad capellanias ad episcopum

pum spectantes, & ita fuit decisum per arrestum pro do-
mino Andrea dict. Pate, contra Adam Latomi. pro capel-
lania sita in cemiterio de Vydenaio Melden. diœcesis, die
24. Decemb. anno domini. 1361. Ratio, quia * appellatione 5
beneficiorum includuntur capellaniæ, & altaria quæ dan-
tur in titulum, vt dicit Domi. in ca. 1. col. fina. versic. istud
dubium semel habuit. de consuet. in 6. & ita tenet & se re-
soluit. glo. in cle. 2. de deci. dicens, quòd capellania est be-
neficium ecclesiasticum. quinimò dicit dominus Abbas
in cap. recollentes. de statu monacho. quòd capellania est
beneficium simplex.

Itē fortius addo, quòd etiā in capellania quāuis nulla sit
dos, vt in multis ecclesiis in quibus vacāt in fossatis, & ca-
rent dote, quanuis antea fuerint locupletissimè dotatæ, re-
putantur beneficia, dūmodo conferri possint, & permuta-
ri. ita pulchrè & doctè Ioan. de Ana. in consi. 24. incipiēte
primò videtur. idem tenuit Pet. de Ancha. col. 1. in. c. 1. de
regul. iur. in 6. dicētes ꝙ sufficit, ꝙ ecclesia principalis ha-
beat dotē, neque est necessaria dos in capellania. Itē quo-
modo ꝑmutari possint capellaniæ, etiā sine dote cū aliis be
neficiis dotatis. videatur dec. in cōsi. 210. dicēs non videri
dubitandū collationē vel permutationē fieri de capellania
ad beneficiū dotatū. vt dicit Card. in cle. vnica. de re. pmu
ta. in prin. ī. 2. q. Et ꝙ in istis beneficiis nō debet circūspi
ci lucrū, sed solū ꝓfectus animarū, vt dicit Rota ī deci. 29.
incipien. itē not. quod non vitiatur, in antiq. Alibi domi.
Abb. ī. c. fi. in fi. de censib. dicit, ꝙ si oratoriū vel capellania
sit cōstructa authoritate episcopi, & ibi publicè celebret,
& quòd sit solita dari ī titulum perpetuū, tunc cēsetur esse
verum beneficiū, & cùm sit in collatione episcopi, rex iu-
re Regaliæ poterit conferre, secus verò si esset simplex sa
cerdos deputatus qui non esset perpetuus.

Hanc eandem sententiam tenuit dominus Feder.de Senis,in tractatu permuta.in.q.40.& vltima. vbi conclu
6 dit quòd * inęqualitas redditüum non facit vitiare collationem beneficiorum.& ita semper tenui, licet resultet aliqualis præsumptio fraudis,quia nõ est verisimile quòd quis velit facere conditionem suam deteriorem,argu.cap. super hoc.de renuncia.Sed talis præsumptio non est.Rationem adducit Ioannes And. & Ioan.Monac. ante eum
7 in cap.vnico.in fine,de rerum permu.in 6.quia collatio * sumit robur à superiore,non à facto partium.c.quæsitum. de rerum permuta. & propter vtilitatem superioris purgatur omne vitium. allegant.l.furti.§. qui iussu.ff. de his qui notant. infam. & ita se resoluit communis sententia, prout declarat Petr.de Vbald.in tracta.permutat. in.11.q. colum.3.Sed omnia sunt intelligenda cum grano salis,vi-
8 delicet dummodo talia beneficia sint perpetua,quia * titulus in beneficialibus semper inspicitur,vt habetur in regula beneficium.de regulis iuris, in 6.Propterea meminit Ioan.Andr.in addit.ad Speculato. super rubr.de præben. in fine.de celleraria sancti Stephani Tholosæ,quæ mutatur de anno in annũ,quia non potest conferri per regem, sede vacante in Regalia,licet sit dignitas in ecclesia cathedrali,quia non est perpetua,sed mutatur de anno in annũ. Similiter loquitur de archipresbyteratibus Bituricensis dioecesis,qui ad nutum remouentur, non enim comprehenduntur sub Regalia, quia non dicuntur propriè vacare.

Hoc idem statuit Ioannes 22.in extrauagã. execrabilis. in fine.de vicariis temporali.quòd non sunt beneficia, neque comprehenduntur sub illa constitutione, & idem tenuit Guillel.de Mõte Lauduno.in cle.prima.de offi. vica. & glos.pragmatic. sanctio.in.§.voluit.in glos. super verbo

bo beneficiorum.in titulo de Annat.loquens de confra-
tria beatæ Mariæ, presbyterorum, & ciuium Pariſien-
ſium.quæ non ſunt beneficia, & permutari non poſſunt.
Ad hoc * enim vt beneficium reputetur, requiritur quòd 9
ſit perpetuum, & conſuetum conferri per epiſcopum: &
ibi ſit altare & campanille pro vocatione populi. ita ſin-
gulariter tenet Federicus de Senis.in conſilio.103. inci-
piente quidam dominus. idem Panor. in quæſtione, duo
clericali. vltima col. Fely.in.c.de quarta.in quinta col.de
præſcriptio.

Et ſciendum * eſt quòd antequam rex poſsit vti iure 10
Regaliæ in capellaniis,& aliis beneficiis ſimplicibus in col
latione epiſcopi exiſtẽtibus,requiritur quòd tempore va-
cationis collatio ſpectet ad epiſcopum, quia ſi non ſpecta
ret dato quòd ante pertinuerit collatio,non ſpectaret ad
regem vacante Regalia,quia * vltimus ſtatus beneficii eſt 11
inſpiciendus.tex.eſt in.l.ſi matre.C.ne de ſtat.defunct.vbi
Bal.dicit quòd ſi beneficium fuerit aliquando curatum,
nunc verò redditur vt ſimplex,attenditur præſens ſtatus.
idem tex.in.l.mella.§.ſed ſi alimenta.ff.de alimen. & ciba.
lega.& hanc opinionem tenuit Calder.in diſputatione,in-
cipiente impetrauit beneficium. Rota in deciſio. antiqui.
deciſione.19.ſub titulo de probatio.& latè per Fely.in.c.
cam te.ſuper verbo tempus.de reſcrip. pro corroboratio-
ne cuius dicti vide quæ latè tradit Probus in tract.penſio.
parte prima.q.31.

¶Summarium 16.priuilegij.

1 *Iura regaliorum non poſſunt tranſmitti tanquam coronæ incor porata & annexa.*

2 *Iura inſeparabilia à perſona non tranſeunt ad filium, etiam*

hæredem.

3 *Operæ officiales nunquam aliis poſſunt cedi.*

4 *Fideicommiſſarius quando iura aliis non cedat.*

5 *In his quæ competunt epiſcopo iure ſpeciali nunquam ſuccedit capitulum.*

6 *In priuilegiis & immunitatibus epiſcopali dignitati conceſſis, non ſuccedit capitulum.*

7 *In generali cuſtodia commiſſa, non ueniunt ea quæ ſunt principi commiſſa ex quodam priuilegio.*

8 *In his quæ propter magnitudinem rei & dignitatem perſonæ conceſſa ſunt, cenſetur electa perſonæ induſtria.*

9 *Rex transferens omne ſuũ territorium, nunquam uidetur conceſſiſſe ius regium.*

10 *Ius Regaliorum tranſmittitur in eum cui regni gubernamentum eſt creditum.*

11 *Omnia iura naturalia quæ pater habet, tranſeunt in filios.*

12 *Filius præſumitur eſſe eiuſdem uoluntatis & affectionis cum progenitore.*

13 *In habentibus ſimbolum facilis eſt tranſitus.*

14 *Si papa creat regem, uel uiceregem, cenſentur omnia Regalia commiſſa, & conceſſa.*

15 *Filius regis uiuente patre appellatur rex.*

16 *Regni adminiſtrationes ſunt indiuiſibiles.*

17 *Patre impedito, filius exercet ea quæ ſunt patris.*

18 *Quicquid eſt tranſibile in hæredes, eſt ceſſibile inter uiuos.*

19 *Delphinus utrum conferre poſsit.*

20 *Rex an beneficia in Regalia occurrentia, per uicarium poſsit conferre.*

21 *Theſaurarius ſacræ capellæ confert nomine regis.*

22 *Rex committit uicarium ſuum confeſſorem ad conferendum burſas collegii Nauarræ Pariſien.*

23 *Ius conferendi eſt coronæ annexum.*

24 *Vicarius non dat uicarium.*

25 *Ipiſcopus non confert per uicarium beneficia in curia uacantia.*

26 *Rex non committit uicarium ad conferendum beneficia in Regalia uacantia.*

27 *In conceſsione generali ducatus, nunquam ueniunt iura* Re-*galiæ.*

28 *In uniuerſali clauſula nunquam ueniunt maiora expreſsis.*

29 *Regalia quam rex percipit uacante eccleſia non uenit in conceſsione generali.*

30 *Iura regaliorum extenduntur ad regni augmenta.*

DEcimumſextum priuilegiũ, quòd * iura regaliorum non poſſunt tranſmitti, ex eo quòd ſunt annexa & incorporata coronæ. quæſtio verſatur, vtrum tale ius ſit adeo perſonale & radicatum in perſonam principis, quòd rege impedito adminiſtrare per captiuitatem, vt temporibus noſtris viſum eſt, vel alio caſu ſuperueniente transferri non poſsit in eum cui commiſſa eſt & credita omnis regni libera adminiſtratio, vel ſaltem in Delphinum filium, qui aliàs de iure ſucceſſurus eſt. Hæc quæſtio emanauit tẽporibus regis Ioannis in Anglia captiui, cùm regimen Franciæ in perſonam Caroli ducis Normanię, Delphini Viennenſis, tranſmiſſum eſt, anno domini 1322. quẽ idem Ioannes filiũ ſuum primogenitũ creauerat in ſua abſentia regni moderatorem. Dubium extitit, vtrum in generali conceſsione adminiſtrationis regni, comprehendantur iura regaliorũ, ita quòd vacãtibus eccleſiis cathedralibus prouidere poſſit, orta controuerſia in parlamẽto pro præbenda Remen. inter Stephanum Borneti ex vna, & Ioannem Superuarenna ex altera. 1

Vt hæc materia ampliſsimè diſcutiatur, præſupponẽdo

quòd istud ius regaliorum est adeo affixum, & cohærens coronæ, vt reputetur inseparabile. testantur Historiographi in vita Philippi pulchri. sequitur regula quam tradit
2 pulchrè & eleganter Bal.in.l.si patri.C.de vsufruct.quòd * iura inseparabilia à persona nõ trãseunt ad filiũ etiam hæredẽ, quia in iuribus inseparabilibus à persona vera transmissio fieri nõ potest.allegat.l.stipulatio ista.§.si quis ista stipulatus fuerit vti.ff.de verbo.obliga.text.in.l.si vsufructus.ff.de nouatio.

Secundò videtur tex. expressus in proposito.in.l.denique.§.si quid filio in ratione.ff.de minoribus.loquens de militia quæ concernit dignitatem patris & honorem, nunquam transit in filium etiam hæredem, nec econtrà.

3 Tertiò facit, quia * operæ officiales quæ debentur ob reuerẽtiam patroni, nunquam aliis possunt cedi, quia sunt inseparabiles à persona patroni.tex.no.in.l.operæ in rerũ.ff.de ope.liberto.Ita fin.decidit Bal.ĩ.l.liberti.in 3.col.C.de ope.liberto.Ias.May.in.l.si non sortem.§.libertus.in 6.col.in 13.notabili.ff.de condictio.indebiti.

4 Quartò facit, quia * quando quis habet aliquid commissum fidei suæ & sacramento, vt sunt iura coronæ quæ princeps habet ex iuramẽto pro administratione regni.c.intellecto.extrà de iureiur.nunquam potest sua iura aliis cedere.tex.est sing.in.l.mulier.§.ex affe.ff.de iure dotiũ.quẽ tex.reputauit ibi Bartho.sing.& eum multum commẽdat Iason May.in.l.1.§.vsufructuarius.ff.de noui operis nuntiatio. hinc videmus quòd actiones directæ quæ ossibus cohærent, nunquam possunt cedi.tex.in.l.quis ergo casus.ff.de pecul.l.4.ff.pro socio.

Quintò facit, quia licet capitulum propter communionem quæ inter eos & episcopum est, succedat ipsi episcopo mortuo, vel aliàs impedito.iuxta.c.fi.de supplenda negligen.

gligen.prælato.in 6.tamen * in his quæ competunt epiſco 5
po iure ſpeciali,nunquam ſuccedit capitulum,& in eis nulla eſt communio.Iſta eſt deciſio Ioan.Andreæ & Henrici Bohic.in.c.ad abolendam.de hæreticis. idem tenet Panor.in.c.cùm olim.extra de maio. & obedi. idem Panor. in.c.ſcriptum eſt.de electio.

Propterea dicunt canoniſtæ quòd quando epiſcopus cognoſcit non in qualitate ordinaria, ſed in authoritate apoſtolica,nunquam talia transferũtur in capitulum,licet ſint membra,& epiſcopus caput eccleſiæ.tex.eſt formalis in.c. paſtoralis.§.præterea.extrà de offic.ordinarii. latè moderni in cap.1.de maior.& obedientia.in 6. præſertim Ioan. Andr. qui dicit, quòd * in priuilegiis & immunitatibus 6
epiſcopali dignitati conceſsis non ſuccedit capitulum, quia priuilegium non excedit perſonam priuilegiatam.c. ſane.de priuilegiis.

Alibi habetur quòd capitulũ non confert beneficia quæ cõfert epiſcopus non ſua, ſed authoritate apoſtolica.vt in exẽptis,iuxta cle.quia regulares.de ſupplenda neglig.prælа.ita concludit gl.in.§. item circa clauſulam.in verbo legatorum.in prag.ſanctio.tit.de col.

Sextò procedant regulæ communes, quòd * in gene- 7
rali cuſtodia commiſſa non veniunt ea quæ ſunt commiſſa percipi ex quodam priuilegio. text.in.l. ſolent.ibi,hoc genus mandati extraordinarium eſt.ff.de officio procon. & legati.text. in.l.2.C.de peda.iudicibus. Hanc regulam tradunt legiſtæ in.l.1.in fine.ff.de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio.

Et rationem aſsignant doctores,quia * in his quæ pro- 8
pter magnitudinem rei, & dignitatem perſonæ conceſſa ſunt, cenſetur electa induſtria, vt non poſsit actus per alium explicari.hanc rationem poſuit Cy. in.l.vnica.in 4.

q.C.qui pro sua iurisdictio.arg.l.vnicæ.§.ne auté.C.de caducis tollendis. ita pulchrè Ioannes Andreæ in additio. ad Speculatorem,in titulo de officio deleg.§.fi.versiculo item quòd est delegatus.

Accedat quod eleganter dicit Albericus de Rosate in
9 l.fi.ff.de iurisdictio.omni.iud.quòd * rex trásferens omne suum territorium, nunquam videtur concessisse ius regium,prout illud allegat & sequitur dominus Iacobinus de sancto Georgio in solenni tractatu feudorum. super verbo,de castro rubei montis.

10 Sed in contrarium multa adducuntur, quòd * ius Regaliorum transmittitur in eum cui regni gubernaculum creditum est, præsertim ad Delphinum, id est filium primogenitũ regis,in primis iure diuino. scriptum est 4.Regum capite decimoquinto de Azaria rege per lepram impedito regere,translatum est omne regnum in Ioatham eius filium.& Genesis.25. Abraham dedit cuncta quæ possidebat filio suo Isaac. Idem in nouo testamento, Ioannis 16.c.Omnia mea,tua sunt:& tua,mea sunt.idem Lucæ.4. Nescitis quòd in his quæ patris mei sunt,oportet me esse? Vnde cum omnia transferuntur,qui omne dicit,nihil excludit.l.Iulianus.ff.de lega.3.

11 Secundò probatur lege ciuili,quia * omnia iura naturalia quæ pater habet, & omnes prærogatiuæ (etiam si personales sunt) transeunt in filios. text.in.l. adoptiuum. §.fi.ff.de in ius vo.tex.in.l.si operarum.ff. de operis liberto.idem text.in.l.vel quæ.§.liberis.ff.de religiosis & sumptibus funerum. Ita dicit eleganter Bal.in dicta.l.liberti liberteque,in 2.col.C.de operis libert.subiiciens quòd lex dispensat cum filiis in quibuscunque iuribus ad patrem
12 spectantibus,vt in filios transferantur, quia * præsumitur esse filius eiusdem voluntatis & affectionis cum progenitore,

nitore, & hoc propter identitatem paternæ naturæ, quæ conſeruatur per filios.tex.not.in.l.liberorum.ff. de verbo. ſignifica.

Vnde licet ius Regaliorum ſit annexum coronæ,tamen propter vnionem patris,cùm pater & filius ſint vna & eadem perſona.l.fin.C.de impubert.& vox patris eſt vox filii.§.ei qui.inſtit.de inutilibus ſtipula.de facili tranſmittitur,quia * in habẽtibus ſymbolum facilis eſt tranſitus.tex. 13
in.l.in rem.§.item quæcunque.ff.de rei vendicatio.

Tertiò eſt tex.de iure canonico in cap.grandi.de ſupplenda negligen.prælato.in 6. loquens expreſſè de fratre regis Portugalliæ commiſſo & deputato ad regimen regni in locum fratris negligentis, quòd habet liberam & generalem regni curam & adminiſtrationem,& ſic Regalia in eum tranſmittuntur.cui concordat.c. is cui. de elect.in 6. hoc idem ſingulariter tenet dominus Corſetus,in tractatu de poteſtate regia,i.q.69.vbi pulchrè dicit,quòd * ſi pa 14
pa creat regem, vel viceregem, cenſentur omnia Regalia commiſſa & cõceſſa.allegat Bal.qui ita tenet in titulo,quæ ſunt Regalia,in vltimo notabili.

Simile videmus in vſufructuario cui committitur cuſtodia rei,quia is dicitur ſuſcepiſſe omnem curam,adeo quòd dicitur habere mãdatum generale ad omnia, etiam ſi perſonalia ſunt.tex.eſt in.l.1.§.fi.iuncta.l.ſequenti.ff. vſufructua.quemadmodum caueat. quem tex.dicit Bal. non eſſe alibi, in rubr.de procura.in penultima col. Et idem tenet Bal.in.l.cum quem.C.de vſufructua. & legiſtæ in.l.1.§.fi. ff.de operis noui nunciatio.

Quartò, quia hic filius Delphinus, non accepit hanc adminiſtrationem regni rege impedito, ex perſona patris, ſed iure proprio, & legis & conſuetudinis prouidentia,tanquam conregnans cum patre, vt habetur in cap.li-

cet.de Voto.& glo.in.c.Moyses.8.q.1.glo.in ca.cepit. 24.
15 q.1.vbi * appellatur viuente rege filius regis,rex.

Tale igitur regimen debet esse liberum & solidum,vt nihil excipiatur de iure regaliorum,quia non debet onerari in sua prærogatiua administrandi in regno, vt aliquid sibi reseruetur,sicuti nec in legitima.tex.est in.l.si arrogator.ff.de adoptio.text. in.l.quoniam in prioribus. C. de inofficio.testamento.ad idem.l. qui fundum. §. qui filios. ff.ad leg.falcidiam.

Accedat tex.in.l.vnica.C.si imperialis liber. vbi dicitur quòd ius alicuius deficiēs applicatur illi qui in illa re habet iam ius formatum,vt primogenitus regis in regno. Et hoc
16 conuenit rationi, * vt regni administrationes sint indiuisibiles,veluti regna & ducatus sunt.iuxta tex.in ca. vnico.§.præterea ducatus.de prohibita feudi alienatione per Federicum.

Item vna & eadem res non debet diuerso iure censeri. tex.in.l.cum qui ædes.ff.de vsucapio.

Propterea dominus Corsetus Siculus in dicto suo solēni tractatu,de potestate regia,ī.25.q.dicit quòd filius adeò efficitur dominus viuente patre,quòd eo mortuo, vel impedito,non dicitur nouum dominium in eum trāsferri,sed vetus continuari,respondēs ad.l.in suis.ibi, quodammodo.ff.de liberis & posthu.quod loquitur in patrimonialibus & succesſionibus hæreditariis, in quibus pater potest præiudicare filio, videlicet per testamē tum,per alienationes, contrahendo debita, vel per crimina, secus tamen in domino regni,& administratione illius,quia istud adeo est firmum & stabilitum in personam filii,quod non posset per patrem auelli,quia illud ius habet filius deferente cōsuetudine,non beneficio patris.

17 Quintò fortificantur prædicta,quia * si filius viuente patre

patre eſt dominus in regno,& cõregnans,& coadminiſtrator cum patre rege,vt ſuperius deduximus:ſicut in actione de dote, quæ eſt communis inter patrem & filiam, patre impedito,exercitium actionis ſpectat ad filiam.text.eſt in l.ſi cùm dotem.§.ſoluto.ff.ſoluto matr.tex.in.l.ſi filius.ff. de ritu nuptia.

Ita dicendũ eſt quòd ſuperueniente impedimento patri regi,ius Regaliorum ſpectabit ad Delphinum filium, cui tradita & commiſſa eſt regni adminiſtratio.

Simile videmus, quòd poſsibilitas futuræ ſucceſsionis trãsfert agnato regendi poteſtatem in bonis agnati, regere impediti.inſti.de curato furio.§.1.ff.de legitimis tutor. multò magis filio competit regimen in regno patris, eo legitimè impedito,cùm habeat dominium actu.

Sextò quia videmus, quòd * quicquid eſt tranſibile in hæredes eſt ceſsibile inter viuos.tex.eſt in.l.ex pluribus.ff. de adminiſtratio.tuto.Hanc regulam magiſtralem tradit Barto.in.l.ſi minoris.eodem titulo.tex.in.l.1.§.iuris.ff.de operis noui nuntia. 18

Sed regnum tranſmittitur in filium. ſic etiam ceditur ius Regaliorum conceſſa generali adminiſtratione regni. licet dubitent nonnulli circa hoc fundamentum,dicentes quòd eſt validum argumentum negatiuè, quòd quicquid non eſt tranſmiſsibile ad hæredes, non eſt ceſsibile inter viuos,non autem affirmatiuè,vt vult Iaſon Modernus in dicto.§.iuris.in penul.col.

Propter quæ omnia ſupradicta reſultat communis reſolutio, quòd ius Regaliorum, licet ſit annexum coronæ, transfertur tamen in filium primogenitum, regentem & gubernatorem regni abſente & captiuo patre primo rege, non autem extraneos etiam deputatos ad regimen regni,vt voluit in ſimili text. in dicta.l.ſi operarum.& Bald.

in dicta.l.libertæque.in.1.col.C.de operis libertorum, per rationes ſuperius adductas.

Et ita fuit deciſum per arreſtum,& pronunciatum pro præbenda Remen.ad vtilitatem Ioannis de Superuarenna,contra magiſtrum Stephanum Borneti,anno 1363. 15. Nouembris,quia dictus Ioannes à dicto domino Delphino tunc in regno regente collationem prædictæ præbendæ obtinuerat, propter quod inſurrexit in curia dubium,
19 vtrum * Delphinus filius conferre potuerit,& tandem ita deciſum eſt,vide in.12.priuilegio.

Ex quo ſuboritur noua quæſtio: Quid ſi concurrerunt rex & regni adminiſtrator in data, & in iure conferendi. quis præferatur,non fuit cautum per arreſtum,ſed deciditur in ſimili per Dominicum de ſancto Gemi.in ca.ſi a ſede.in fine. de præbend.in 6.quando vicarius & epiſcopus concurrunt eodem tempore,quòd tunc præfertur epiſcopus.& latius ibi per eundem & alios,quos videto breuitatis cauſa.prout & Probum latè in tract.penſio.in.18. q.primæ partis.

In præmiſſorum propoſito ſuboritur alia elegans &pulchra
20 quæſtio,videlicet nunquid rex * beneficia in Regalia occurentia per vicarium poſsit conferre,& dubium facit.Primò,quia rex ſubrogatur loco prælati mortui,vnde ſicut epiſcopus deffunctus poteſt cõferre beneficia per vicarios,ad hoc ſpecialem poteſtatẽ hebentes.c.ſi.de officio vicar.in.6.ſic & rex vacãte ſede, Regalia aperta,cum ſubrogatum debeat ſapere naturam ſubrogati.l.ſi enim.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio.

Secundò de hoc videtur formalis eſſe tex.in.c. cum dilecta.de conceſsio.præbendæ.vbi fit mentio de comitiſſa Flandriæ,quæ dedit vicariũ ad conferendum præbendas.

Tertiò, quia bonum eſt argumentum de matrimonio.

ſpirituali

ſpirituali ad matrimonium carnale, vt eſt text. in cap. inter corporalia de tranſlatiõe epiſco. & videmus quòd rex poteſt conſtituere vicarium ad cõtrahendum matrimonium nomine ſuo. tex. in. c. procurator. de procuratorib. libro. 6. prout de facto temporibus noſtris actum eſt per ducem de Longauilla cum ſorore regis Angliæ pro & nomine regis Ludóuici. 12. anno domini milleſimo quingenteſimo decimotertio.

Quartò, quia in aliis etiam ſpiritualibus rex poteſt exequi per alium etiam vbi requiritur induſtria maior. vt in voto. ca. licet de voto, & voti redemptio. & in iuramento, quod præſtat per vicarios ſuos, & ambaſſiatores. prout habetur in cle. Romani. de iureiurando: quia hoc ius conferendi (quòd dicitur annexum coronæ & eius oſsibus adhærere) ab eo non ſeparabitur, cum vnum & conſiſtorium ac tribunal vicarius & rex dicantur habere. c. nõ putamus. de conſtit. lib. 6.

Quintò, videmus quòd rex * habet theſaurarium ſacroſanctæ capellæ Pariſienſis, qui nomine regis confert beneficia exiſtentia in villa & diœceſi Pariſienſi. refert Ioã. Galli in arreſtis parlamenti per eum collectis, in quæſtio. 74. qui ſubdit ibi elegantem quæſtionem, quam inferius declarabimus. præſertim cùm conferre beneficia ſit iuriſdictionis, ſicut in ſimili videmus, quòd rex * committit vicarium ſuum confeſſorem, ad conferendas burſas collegiorum Nauarræ, & aliorum quæ dependent à iure coronæ. & alibi habetur quòd epiſcopi debent viſitare in propria, & tamen ſi impediantur, poſſunt per vicarium viſitare. cap. inter cætera. de officio ordina. idem de pallio quod archiepiſcopi recipiunt de manibus papæ, tamen per vicarium mittitur. vt eſt tex. in cap. ac ſi quæſtiones. de Symo. & per multa arreſta apparere poteſt, quòd rege 21 22

absente à regno, filius eius Delphinus tanquam regens, contulit beneficia vacantia in Regalia, & collationes inde secutæ fuerunt declaratæ validæ, vt in.d.12.priuilegio,& 21.

In contrarium tamen multa adduci possunt, quia istud
23 ius * cōferendi est adeo annexum coronæ, & ossibus regis adhæret, quòd non potest ab eo auelli, nec per alium exerceri. Pro qua parte facit pulchra ratio, quia cùm rex non sit nisi suffectus & substitutus prælati mortui, donec fuerit regi factum fidelitatis sacramentum, & certum est
24 in iure quòd * vicarius non dat vicarium. text. est in cap. clericus. de officio vicar. Istud confirmat & sequitur dominus And. Barbat. in cap. nouit. de officio legat. in 2. colum. vbi dicit, quòd quanuis legatus sit ordinarius in prouincia sibi decreta, tamen non potest dare vicarium ad conferendum. tex. est in. c. deliberatione. §. prohibemus. de officio legati, in 6. ideo idem Barba. ibi refert, quòd suo tempore reuerendissimus dominus Cardinalis legatus Bononiensis constituerat sibi locumtenentem, & vicarium famosissimum iurisconsultum, & venerabilem patrem dominum Ioan. de Mesla compatrem suum charissimum, sed non potuit vti facultate conferendi, sibi per dictum legatum Bononiensem attributa. Subdens quòd ad istud officium legatus est electus personaliter, ita quòd per alium non potest explicari. Pro hoc reperitur textus in. c. statutum. de præbend. in 6. vbi in simili cauetur, quòd collatio beneficiorum vacantium in curia Romana, si de eis non fuerit prouisum, post mensem per papam, collatio reuertitur ad episcopum ordinarium, dummodo per seipsum & non per vicarium conferat, vt patet ibi per seipsum si sit in diœcesi. & sic est dabilis casus,
25 in quo episcopus * non confert per vicarium in beneficiis

ficiis vacantibus in curia Romana. Subditur tamen quòd ſi legitimo impedimento ſunt impediti epiſcopi, tunc poſſunt conferre per vicarios etiam illis in eorum diœceſibus exiſtentibus. & licet pro reſolutione huius materiæ plura poſsint adduci, eſt tamen dicendum, quòd in * be- 26
neficiis vacantibus iure Regaliæ, videlicet mortuis epiſcopis quorum locum ſubintrat rex, donec iuramentum præſtiterint, non poteſt committi vicarius, quia hoc priuilegium datum eſt regis perſonæ. ideo perſonam non tranſgreditur. l. quia tale. ff. ſolut. matrimo. quod latiſsimè firmat Probus in tracta. penſio. parte 2. quæſt. 4. in aliis autem actibus ſpiritualibus & beneficiis quæ non confert loco epiſcopi deffuncti, poteſt vicarium conſtituere, vtpote confeſſorem, vel theſaurarium prædictum, aut quemuis alium, qui non conferunt iure Regaliæ, ſed iure ordinario, quando autem collationes factæ eſſent per filios regis, poſſent per regem poſt eius aduentum, ratificari. Ita reperi in antiquis regiſtris librorum exiſtentium in camera ratiocinorum Pariſius. multa enim quis poteſt per ſeipſum, quod non poteſt per alium, vt notat glo. in. c. ſciant cuncti. de elect. libro 6. & ita ab antiquo obſeruatum eſt, ideo non immutandum.

Inſuper adde, quòd * in generali conceſsione duca- 27
tus, nunquam veniunt iura Regaliæ, quæ non poſſunt euelli ab oſsibus coronæ. ita quòd ſi rex filio daret ducatum Aurelianen. vel Bituricenſem, aut alium comitatum in appanagio, nunquam tranſit ius Regaliæ, id eſt ius conferendi beneficia, ſede vacante, Regalia aperta, licet aliàs ius patronatus veniat cum vniuerſitate, vulgato. c. ex literis. de iure patrona.

Iſtam deciſionem poſuit primo Ludouicus Romanus, conſilio. 271. incipiente vis tota præſentis. vbi fortius cō-

cludit, quòd si fuerit aliqua expressio facta de regaliis, tamen illud ius conferendi nunquam intelligitur concessum, quia * in vniuersali clausula nõ veniunt maiora expressis. cle. non potest. de procura. istud idem tenuit Fely. in. c. sedes. de rescript. idem etiam tenent Albericus & Bal. in. l. finali. ff. de constitutio. princip. & Iacob. de sancto Georgio in sua feudali inuesti. super verbo, de Castro Rubeo montis. hic nolo amplius immorari, quia superius tractatum est. Sed addo vltra superius deducta, quòd dominus Stephanus Bertrandi Carpen. cõsilio. 276. numero. 17. incipiente, visa concessione. dicit quòd * Regalia, quam rex percipit vacante ecclesia, ex priuilegio summorum pontificum, non venit in concessione generali facta per regem vel principẽ, licet dicat ibidem, quòd alia Regalia veniant, vt sunt collectæ, portus, aut vectigalia regis, vel imperatoris, vel tributũ, quæ declarat latè Io. Monachi, & post eum Ioan. Andr. & alii in. c. generali. in verbo Regalia. de elect. lib. 6. hoc idem tenet Bal. in. c. vnico. ad finem principii, in titulo, Episcopum vel Abbatem. in vsibus feudor.

28

29

30 Addo etiam quòd * hæc iura Regaliorum procederẽt, etiam si augmentetur regnum, vel prouincia aliqua adiiciatur regno, quia debet regni constitutionibus regi, & regulari, secundum regulas regni cui accedit. In qua Regalia sortietur effectum suum.

Hanc quæstionem non ineleganter formauit Guillermus de Cu. & post eum Barthol. in. l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pigno. actio. loquens de comitatu Tholosano. Eandem quæstionem format Bald. in cap. vnico. §. præterea ducatus. de prohibend. feudi alienatio. Idem Bald. in. l. etiam. C. de iur. dot. Innocent. in cap. cùm iniuncto. de noui. oper. nunciatione. Idem Barthol. in tractatu

ctatu alluuionis: & dicũt præfati doct. quòd regnum de ſe, eſt quid vniuerſale. arg. l. peculium. de lega. 2.

¶Summarium 17. priuilegij.

1 *Collationes iure Regaliæ, debent fieri ſub uera data, non ſub retroactiua uel antidata.*
2 *Clauſula anteferri cõmuniter ſolet poni in reſcriptis apoſtolicis.*
3 *Non dicitur ius quæſitum in beneficio, citra collationem.*
4 *Falſum committit is qui literis regis addit uel detrahit.*
5 *Lex loquens de literis uel inſtrumentis falſificatis, debet intelligi de efficacibus.*
6 *Ex actu nullo colligitur uoluntas & propoſitum alicuius.*
7 *Falſum non eſt punibile quando nulli nocet.*
8 *Qui in parte malitioſe peccat, omnium reus iudicatur.*
9 *Falſum ignoranter committens regulariter non punitur.*

DEcimumſeptimum priuilegium eſt, & notã
dum etiã, quòd * collationes Regaliæ de- 1
bent fieri ſub vera data, non ſub data retro
actiua, vel antidata: quemadmodum in mandatis Apoſtolicis cauetur per concilium Baſilien. vt hodie eſt tex. in. §. item voluit. in titulo de collatio. in pragm. ſanctio. ita quòd clauſula anteferri, non habet locum.

Vnde temporibus Ioannis Francorum regis orta eſt quæſtio inter magiſtrum Aegidium Fouace actorem ex vna, & magiſtrum Ioannẽ Hoquyn defenſorem ex altera, pro collatione canonicatus & præbendæ eccleſiæ Laudunen. facta iure Regaliæ, per dictum regem, quia dictus Hoquyn veram datã ſuppreſſerat, quia loco de duodecima Maii abraſerat, & ſcribi fecerat decimamnonam Aprilis, vt illa data præcederet datam dicti magiſtri Aegidii. propter quod dictus Hoquyn tãquam falſarius pri-

uatus fuit iure, si quod habebat in dicta præbenda Laudunensi. Et ulterius pro delicto priuilegiato fuit condemnatus erga regem, in summa duarum mille librarum, & erga cancellarium, in simili summa. Ad quem cancellarium spectat cognitio & punitio, & ratione dignitatis cancellariatus, præsertim quando literæ sunt sigillatæ sigillo magno. Nec non priuatus perpetuo ab officio notariatus, & omni alio officio regio, & publico qualicunque, & ad tenendum carcerem vsque ad plenam satisfactionem. Et pro delicto communi, quia presbyter erat, remissus fuit prædictus Hoquyn coram episcopo Parisiensi, seu eius officiali.

Arestũ. Istud fuit decisum per arrestum latum decimaoctaua Iunii, anno trecentesimo sexagesimosecundo.

2 Circa tamen clausulam, anteferri, quæ * communiter in rescriptis gratiosis in curia Romana ponitur, perinde est, ac si eadem clausula non esset apposita, quia nunquam præiudicat illis quibus ius est quæsitum. Ita eleganter declarat Compostel. in ca. causam quæ. de rescript. in antiq. dicens de mandato papæ se ita pronuntiasse. quòd tamen intelligunt canonistæ, quòd illa clausula nihil operatur, quantum ad eos qui habent iam ius in re quæsitum, secus si habeant duntaxat ius ad rem. Ita limitant & sequuntur Ioannes Andreæ, Domi. & Anto. de Butrio in. c. postulasti. eodem titulo, de rescrip. Idem Cal. in consi. 8. in fine. titulo de rescript. & Ludouicus Romanus cõsi. 256. incipiente approbo sententias. fortius Ioã. Andreæ in. c. fi. de

3 concessio. præb. in 6. vbi dicit quòd * non dicitur ius quæsitum in beneficio citra collationem, etiam si petitum sit ab executore vt conferat, quam petitionem dicatur acceptare. inducit ad hoc tex. in. c. fi. de cõcess. præb. in 6. & notat Imol. post Car. in. c. inter cætera, in 4. col. de præbend.

latè

latè Fely.in dicto cap.cauſam quę.in verbo anteferri.eodem titu.de reſcrip.

Circa tamen literas regias quæ falſificatæ fuerunt per dictũ Hoquyn,non eſt mirum ſi punitus fuerit erga principem & cãcellarium in ſumma duarum mille librarum, prout cauetur in dicto arreſto,quia quemadmodum committitur falſum ĩ literis domini noſtri papæ,& punitur cõmittens.ſicut habetur in.c.ad falſariorum.de crimi.fal.ſic etiam committitur falſum, quando * aliquis detrahit vel 4
addit literis regis Franciæ.vt habetur expreſſè in.c.ad audientiam.eod.titu.de cri.falſ. ſimiliter in literis prælatorũ & vicariorũ ſuorũ,vt habetur latiùs in.c.olim. de reſcrip. Sicut enim corrumpens album prætoris,punitur pœna legis.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.om.iud. & hoc ratione cõtemptus maieſtatis principis. ita ſi qui corrumperent,vel falſificarent literas,vel inſignia alicuius domini,ſi ſubditi ſunt,puniuntur vt rebelles. vt eleganter decidit Domi.in c.quæcunque.30.diſt.

Et quantum ad falſificantem literas regis Franciæ, determinat ſingulariter Guido papæ in.q.455. in ſuis deciſ. deci.incipien.cõmittitur falſum.quod extẽdit ad eos, qui literas patẽtes à domino gubernatore Delphinatus emanatas,ſigillo regiminis ſigillatas corrumpũt, & dicit quòd debent puniri pœna quinquaginta aureorum. iuxta dicta l.ſi quis.ff.de iuriſdict. om.iud. Et quòd ita fuit deciſum de priore ſancti Donati, qui certas literas à dicto domino gubernatore veniẽtes,fregit in ſcãno magni conſilii Grationopol.ſub anno.1441.die.22.menſis Martii.& repetit in deci.233.incipiente aliquis fregit. Quod tamen intelligũt doctores in falſificante literas principis efficaces, ſecus ſi eſſent nullæ, vel leuis momẽti:quia crimẽ non eſt adeo punibile,ſicut ſi eſſent literę collationis,quę de ſe habẽt ma-

ximam importantiam.ita decidit Bal. in.l.ea quidem.C. si mancipi.ita fuerit alie.per tex.pulchrum.in.l.2.§.testamē-
5 tum.ff.quemadmodum testa.aperian.quia * lex loquēs de literis vel instrumentis falsificatis, debet intelligi de efficacibus.tex.in.l.si quis legatum.ff. de fal.& in.l.damus. vbi Bal.C.eo.& ista est communis conclusio, quam tenet Iason in.l.admonendi.in.51.col. in repeti.ff.de iureiuran.

Facit quod decidit idem Guido papæ in.d.decisi. 445. loquens de falsificante literas regis Franciæ: & intelligitur quando tales literæ essent de pura iustitia, importantes ordinationem vel decretum. Vbi verò tales literæ essent de simplici iustitia, vt sunt literæ citatoriæ vel inhibitoriæ, quæ possunt iterato obtineri, non debet falsificans ita grauiter puniri, ita ibi decidit ipse Gui-
6 do. Ratio est, quia * ex actu nullo colligitur voluntas & propositum alicuius.l.fina.& ibi Bart.ff.de reb.eo. sed voluntas mala punienda est.l. prima. ff. de variis & extraordi.cri.

7 Neque obstat si dicatur, quòd * falsum non est punibile, quando nulli nocet.d.l. damus.C.de fal. quia illud est verum, pœna falsi: sed pœna extraordinaria punitur.ita se resoluit Cy.in.l.prima.C.de sepulch.viola.Bald.& Ange. in.d.l.damus.

Et ita consuluit Soci.consi.62.in prima & secunda col. incipiente, consiliis nostris.in primo volu.& plura congerit, & cumulat Fely.Sandeus in.c.ex tenore.colū.6.de rescrip.& hoc maximè propter maiestatem principis, quę in hoc læsa & contempta videtur.

Secundò, potest addi noua limitatio, quòd falsificans literas regis in minima parte, non debeat puniri pœna iuris. ita concludit Ludoui.Gome.Hispanus in sua lectura.§.pœnales. institut. de actio. dicens quòd princeps

non

non debet curare pro minimo damno,argu.l.ſcio.ff. de in inte.reſti.& multa accumulat,pluráque tradit Hippol. de Marſillis in.l.furẽ.col.2.ff.ad leg.Cor.de Sicar. domi. Anto.Corſetus in tract.de minimis. Sed iſta opinio quanuis noua mihi nõ ſatisfacit,quia * qui in parte malitioſe pec- 8
cat,omnium reus iudicatur.ca.defleat.de regu.iur.tex.in.l. prima.§.item notandum.ff.de aleato.Nam vbi agitur de maieſtate principis conſeruanda,minimum à magno non differt,l.ſi quis non dicam.C.de epiſ.& cler. Nam in tali caſu ſola mala volũtas punitur,vt tradidit Bar.in.l.vtrum. ff.de parrici. facit optimè text.in.c.inter dilectos.extra de fide inſtr.vbi paria ſunt quod inſtrumentum appareat in totũ falſum,vel particula eius, vt totũ inſtrumentũ falſum dicatur.accedat.l.vulgaris.ff.de fur.vbi qui tangit auriculam hominis,tangit totum.alibi Fely.in.c.2. ſuper verbo ſtilus. de reſcrip.dicit quòd qui apponit manus literis papę in magno vel modico,etiam vt addat punctum,eſt excommunicatus excõmunicatione papali. ita dicit Hoſtiẽ. præceptum fuiſſe hodie in ſumma,de cri. fal.in.§. qualiter.4.col.in ver.ſed hodie præceptum.

Neque obſtat quòd de minimis non ſit curandum,quia illud procedit de iure ſpeciali, ſecus de iure communi, quia tali caſu bene de minimo curatur,ita declarat Bar.ĩ.l. ſi proprietarius.ff.de damno infect.quem ſequitur Iaſon in.l.ſtipulatio hoc modo concepta.in prima col.ff.de verborum oblig.vbi dicit idem eſſe in omni caſu, vbi aliquid fit contra bonos mores, vel quando de delicto agitur. dicit Bal.egregiè in.l.minorib⁹.C.de his quib. vt indig.arg. glo.§.gallinarum.inſti.de rerum diuiſio.

Tertiò,intelligitur quòd falſificans literas principis punitur pœna de qua cauetur ĩ arreſto, quãdo facit illas exequi,vel vtitur illis tanquam ſi eſſent veræ literæ principis,

ſecus ſi non fuerit vſus, vel non fecerit exequi. iſte eſt caſus notabilis in.c.accedẽs.de cri.fal.& dicit Guido ĩ præalleg.deci.445.quòd ita vidit obſeruari in eo qui non fuit vſus talibus literis.allegat.l.qui falſam.ff.de fal.

Quartò,iſtud non procedit in falſificante literas delegatorum vel officiariorum principis,quia dicit puniri.in.c.olim.de reſcrip.in.1.col.quòd vitians vel falſificans literas delegatorum vel officiariorũ principis, non debet ita acriter puniri,ſicut falſificãs literas regis.Idẽ de literis cancellarii & pœnitentiarii papæ. ita Ioan.And. in.c.ex literis.de fide inſtru.

Quintò,hoc non habere locum dicas,quando effectus literarum iam expiraſſet,vel quãdo quid eſſet falſificatum de literis principis, per quod nihil ſubſtantiale alteratur, quia tunc non eſt locutus pœnæ falſi. ita eleganter decidit Fely.in.d.c.2.in verbo Stilus.de reſcrip.

Quintò,intelligitur hæc pœna falſificantis literas prin-
9 cipis,quando * doloſè & malitioſè fecit in præiudicium partis,ſicut hic:ſecus ſi ignoranter hoc feciſſet,quia nullũ delictum puniri debet quando dolus abeſt.l.cùm autem.§.excipitur.ff.de ædili.edict.tex. in.l.1.§.qui ignorans.ff. ad legem Cornel. de fal.latè Hippoly. de Marſil. in.l.1.in in verbo dolo malo.ff.ad legem Corne.de fal.

¶Summarium.18.priuilegij.

1 *Diſpenſatio facta electo confirmato,ut priora retinere poſsit beneficia, non impedit quo minus illa non uacent & cadant ſub Regalia, eſto quòd ante tempus de conſecrandis ſe conſecrare fecerit.*

2 *Si ſtatim electus ſe faciat conſecrari nõ debet expectari tempus trium menſium,ut uacent priora beneficia.*

ſufficit

3 *Sufficit quòd quis sit maiorem partem bonorum consecutus, ut priora beneficia uacent.*
4 *Papa non dispensat in praeiudicium Regaliae.*
5 *Damnum uel praeiudisium sit praesens.*
6 *Res prorogata non censetur innouata per prorogationem.*
7 *Multa fieri possunt per prorogationem, quae non per innouationem.*
8 *Priuandus potest cedere.*
9 *Praeiudicium etiam fit quando tollitur spes futura propinqua.*
10 *Licitum est arguere ex rationis identitate.*
11 *Cui praeiudicatur in tempore, saepe praeiudicatur in iure.*
12 *Res subiectae restitutioni, non possunt alienari.*

DEcimumoctauum priuilegiũ est, quòd * electus confirmatus, licet intra tempora de consecrandis obtinuerit dispensationẽ à sede Apostolica, de retinẽdis prioribus beneficiis, nihilominus si se consecrare fecerit ante tempus de cõsecrandis effluxũ, vacant illa priora beneficia, & cadunt sub Regalia. Ita fuit pronũciatum de archidiaconatu Dunen. & praebẽda Carnoten. in personam magistri Guillelmi de Forgiis, & magistrum Michaelem de Brochia, tunc regis eleemosynarium 20. Februarii, anno. 145. 1

Arrestũ.

Hanc quaestionem format Panor. in. c. cùm in cunctis. §. cùm verò. col. 2. de elect. vbi dicit quòd * si electus se faciat statim consecrare, non debet expectari tempus trium mensium, vt vacent priora beneficia. quam opinionẽ sunt secuti Inno. & Comp. in. d. §. cùm verò. quod tamen limitat Hostien. esse verum, quãdo talis consecratus habet plenissimam administrationem & exercitium episcopatus, tunc vacant priora beneficia, aliàs autem non vacarent, vt 2

puta si dominus temporalis non vult pati istum nancisci possessionem episcopatus, tunc quantumcunque prouisus & consecratus esset, non vacarent. allegat tex. in. c. si quis iam translatus. 21. q. 2. & in. c. si quis episcopi. 92. distinct. & pro hoc facit. c. transmissam. de elect. in antiq.

3 Et est notandum, quòd * sufficit quòd sit consecutus maiorem partem bonorum ecclesiæ, vt priora beneficia vacent. arg. c. si tibi concesso. de præb. in 6. & in. c. commissa. de elect. eod. lib.

Et vtrum beneficia illa promoti in curia, vacent ĩ curia vel extra curiam. de hoc est glos. nota. & singul. in clemẽ. 1. vt lite penden.

4 Secundò loco resultat dubium, nunquid * valeat Romanus pontifex cum aliquo dispensare, vt possit se facere cõsecrare retentis prioribus beneficiis, quæ spectant ad donationem, & collationem laicorum, & in præiudicium eorum dispensatio aliquid operetur, præsertim in præiudicium Regaliæ, quæ est acquisita regi, vt superius dictum est.

Hanc quæstionem tetigerunt domini de Rota in nouis deci. in deci. 331. incipiente supposito facto, in qua. q. prædicti domini fuerunt varii, quidam enim dixerũt quòd iura quæ loquuntur de beneficiis in patronatu laicorum existentibus, non possunt conferri per summum pontificem, aut alios inferiores prælatos. loquuntur de beneficiis laici patroni iam vacantibus, in quibus iam ius quæsitũ est patrono laico; & illo casu sibi auferri non potest. arg. c. quanuis. de rescript. in 6. & in cap. ab eo. de elect. eo. lib. sed hic nulla fit iniuria laico vel regi, cùm nondum vacabant, sed habebat episcopus tres menses ad petendum consecrationem. si ergo summus pontifex dispensauerit, non di-

5 citur facere iniuriam laico, quia oportet quòd * damnum

vel

vel præiudicium sit præsens, eo quòd lex vel priuilegium debet intelligi de præsenti.argu.l.ex facto.ff. de hæredib. instituen.

Secundò, dicebant aliqui ex dominis de Rota, quòd * res prorogata nõ censetur innouata per prorogationem, sed potius eadẽ reputatur, sicut ante.l. sed si manente.ff.de precario.l.2.§.sed si iudex.ff.de iudi. per Ioan.Monac.in cap.si gratiosè.nume.4.de rescr.in 6. vnde papa facit solùm quandam tituli prorogationem.nam ante finem temporis, tempus tituli vltra extenditur, nõ autem in tempus nouum dat titulum.Ned mirum, quia * multa possunt fieri per prorogationem, quæ non possunt fieri per innouationem, vt patet de iurisdictione delegata ad tempus, quæ ante finem tẽporis de consensu partium prorogatur.d.§. si iudex.l.2.de iudi.ff.in.c.de causis.de offi.delega. Et post tempus nõ innouatur.arg.l.priuatorum.C.de iurisd. om. iud.in.c.P.& G.de offi.delega. 6 7

Tertiò, adducunt simile in rectore parochiali, qui tenetur promoueri intra annum.d.c.commissa.si sit adeo in fine anni, vt non posſit promoueri, propterea ecclesia non dicitur vacare, licet sit indubitáter vacatura, & poterit episcopus per suam dispensationem impedire vacationem huiusmodi, non vocato patrono, puta ratione studii, quia nullum est adhuc ius acquisitum patrono laico, nisi toto anno lapso, argu.c.cùm ex eo. de elect.lib.6.Oldra.consilio.202.Simile videmus in illo quem constat per sententiã hominis priuandum,* qui potest cedere, & per cessionẽ vacabit, donec fuerit in totũ priuatus.c.per tuas. extra de simo.in.c.dudum.le.2.ĩ fi.de elec.Et hæc opinio adeo firmata est, ꝙ fortius aliqui voluerũt dicere, ꝙ dispensatus de nõ cõsecrãdo, videtur dispẽsatus de retinẽdo sua priora beneficia, quia dispensatio semper extẽditur ad con- 8

ſecutiua.glo.in.c.ſi quis in clero.7.q.1. ita quòd Panor. in c.quia in tantum.de præbē.dicit quòd ſi diſpenſatur cum minore,vt poſsit habere eccleſiam curatã, videtur diſpenſatus,vt non teneatur promoueri ad ſacerdotium.idē Panor.ĩ.c.at ſi clerici.in.§.de adulteriis.extra de iudi.& hoc tenet glo.pragma.ſanct.in.§.item inſuper. in verbo cõſecrati.de collatio.

Contrariam tamen partem tenuit poſt Ioan. Mo.in.d.c.ſi gratioſè.num.4. maior pars dictorum dominorum de Rota, vt habetur in deci.331. in no. quæ hodie per prædictum arreſtum deciſa eſt,pro qua parte ſtringit multa.

9 Primum,quòd * nedum infertur alicui graue præiudiciũ,cùm tollitur ſibi ius quod habet in præſenti, imò etiã cùm tollitur ſibi ſpes futura & propinqua habēdi tale ius. arg.l.inde Neratius.ff.ad leg.Aquil.text. in.l.ſtatius florus.§.Cornelio.in fi.ff.de iure fiſci.Ea enim paria ſunt,ꝙ aliquid ſit factum,vel quòd incontinenti fiat, quia ea quæ incontinenti fiunt,videntur ineſſe.l.lecta.ff.ſi cert.peta.

Secundò,viderentur hic concurrere duo ſpecialia, videlicet quòd quis non conſecretur intra tres menſes,& ꝙ retineat priora beneficia in præiudiciũ laici,quæ nõ concurrunt in vnam & eandem perſonam.l.Mæuius.§.duobus.ff.de leg.2.Præſertim ĩ iſtis diſpēſationibus quæ ſunt odioſæ.c.1.&.2.de filiis presbyt.in 6.

10 Tertiò,ex identitate rationis,ex qua * licitũ eſt arguere,vt in.c.trãſlatio.de cõſtit.in.c.inter corporalia.de trãſla.epiſco.modo ratio propter quam inductum eſt, quòd beneficia laicorum ad eorum præſentationem pertinentia eis ſpretis non conferentur,& ne turbati à fundationibus retrahantur,vt latè in.c.cum dilectus.de iure patro.Si ſunt igitur vocandi laici in beneficio vacante,idem in tali

11 vacatura conferenda. * Cui enim præiudicatur in tempore

pore præiudicatur sæpe in iure.c.cùm in veteri. de elect. & in.c.præterea.de appel.

Quartò idem videmus, quòd * res quæ sunt subiectæ 12
restitutioni, non possunt medio tempore alienari, licet non sint restitutæ. argu. authenti. res quæ.C.communia. de lega. Ioan. Andr. in cap.si tibi concesso. de præben. in 6. & Federi.de Senis,consilio 256. ad finem. Sufficit enim quòd sit firma spes de certo effectu fiendo, quia spes illa potest donari. argu.l.spem.C.de donatio. Bar. in.l.id quod apud hostes. de leg. primo. & reputatur istud beneficium regi iure Regaliæ affectum: ita quòd nec ante tempus de consecrandis, neque post, papa aliqualiter se immiscere potest, sicuti solet dici de beneficio, cùm pro certa persona in euentum certæ vacationis per papam reseruato mandatur: quia licet nondum vacauerit, tamen est in spe vacandi, ita quòd non potest illud ius tolli.cap. tibi qui. de rescript. in cap.si postquam. de conceß. præbend.in c.si capitulum.& in cap.si soli.& in cap.executor. de conceß.præbend. & ita fuit iudicatum per supremam curiam, vt dictum est.

¶Summarium.19.priuilegij.

1 *Regalista duplicato potest uti titulo ad ius suum confirmandum.*

2 *Quando dubitatur de prima collatione, secunda potest impetrari.*

3 *Quod meum est ex una causa, non potest effici meum ex alia.*

4 *Quis non potest uti duplicato titulo.*

5 *Post collationem superioris, alia non est obtinenda ab inferiore.*

1 DEcimumnonum priuilegium eſt, quòd * in materia Regaliæ ſi quis obtineat collationem à ſummo pontifice, vel diſpenſationem, & ſimiliter à rege, poteſt regaliſta duplicato vti titulo ad conſeruandum ius ſuũ. Iſtud fuit deciſum pro theſauraria Rothomagen. inter Aegidium de Malo & Bertrandum de Mota per arreſtũ pronunciatum. 12. Februarii, anno 1367. in quo receptus fuit dictus de Mota ad ſe iuuandum de prouiſione ſummi pontificis, & eius diſpenſatione, ſimiliter de collatione regis, quod videtur contra c. vt quis duas. de elect. in 6. ſed dominus Abbas in c. poſt electionem. de conceſ. præb. dicit quòd titulus poteſt multiplicari, non vt conſequatur ius in beneficio ex vtroque titu. ſed vt poſsit ſe defendere ex vtraq; prouiſione, quod dicit eſſe notabile. Areſtũ.

Et quòd regula. d. c. vt quis duas. loquitur in agẽdo, ſed nõ in defendendo, & dicit ſe neſcire alibi. Ex quo elici-
2 tur cautela, quòd * ſi dubitatur de prima collatione, poteſt impetrari ſecunda, & per hoc non inducitur renũciatio primæ, imò poteſt vti vtraque ad defenſionem ſuã. ita notat ipſe do. Abbas in c. cùm olim. le. 2. ad fin. de priuile. & Lappus in allega. vlti. prope finẽ. ex quo datur intelligi
3 regula dicens, quòd * meum ex vna cauſa, non poteſt effici meum ex alia cauſa, fallit quãdo dubium eſt de prima cauſa, quia tunc ad cautelam poteſt fieri meũ ex alia cauſa, ita egregiè declarat Io. And. in c. cum perſona. ad fi. de priuileg. in 6. poſt Ioã. Mo. ibi, nu. 10. & ita interpretatur decretalis inter dilectos. de fide inſtru. Idem concludunt do. de Rota in. 1. de reſcrip. 43. deci. in antiq. incipien. Nota ꝙ vbi quis. ꝙ habens duas gratias ꝓ beneficio habẽdo, ſi vtẽdo ſecunda ſuccũbat, poterit vti prima: quia iſtæ gratiæ

tiæ nõ sunt contrariæ, sed diuersæ, tẽdentes ad eundẽ finẽ.

Tertiò intelligitur, quòd * quis non potest vti duplica 4
to titulo esse verum, quo ad hoc vt agere possit duplici ti tulo, sed tamen poterit sibi possessio ex duplicato titulo iu uari, vt not. Roma. in cõsi. 433. quo ad primũ, ad finem declarans, quòd quis potest petere beneficij possessionem ex duplici titulo. ita cõcludit Fely. in. c. nostra. in. 3. col. de rescrip. & in. d. c. inter dilectos. de fide instru.

Quartò intelligitur, * nisi habens collationem à supe- 5
riore, impetret postea ipsũm ab illo inferiore. potest enim tunc superior priuare eũ beneficio, quia est quædam ingratitudo & delusio erga superiorem, propter quod inducitur legitima causa priuandi eum. ita singulariter not. do. Abbas in. c. cùm olim. in. 9. col. in vers. & nota istã glo. de re iudic. quod semper limita, nisi hoc faciat ad cautelam, vt quia dubitat probabiliter de validitate primæ collationis. per. d. c. post electionem. de concess. præben.

Quinta limitatio, nisi quis ante secundũ titulum haberet ius in re quæsitum, quia tunc non potest se iuuare duplici titulo in præiudicium iuris iam quæsiti. ita concludit do. Car. in consi. 33. in fi. arg. c. quanuis. de rescrip. in 6. latè concludit in. c. inter quatuor. de maior. & obedien.

¶Summarium vicesimi priuilegij.

1 *Collatio iure Regaliæ excommunicato denunciato facta tenet.*
2 *Collatio facta excommunicato, est ipso iure nulla.*
3 *Patronus excommunicatus non potest præsentare.*
4 *Excommunicatus perseuerans, est beneficio priuandus.*
5 *Contumacia non sufficit ad priuandum, lite non contestata.*
6 *Quis non debet duplici pœna affligi.*
7 *Absolutio posita in bullis apostolicis in multis casibus non prodest.*

1 Vicesimum priuilegium est, quòd * si excõmunicatus sit denunciatus palam & publicè ab officiali pro debito ciuili, & ad eius notitiam deuenerit, si collatio præbendæ, aut dignitatis, tali excõmunicato sit facta, & interim vacet episcopatus in Regalia, rex poterit iure Regaliæ præbendam aut dignitatem de facto vacantem conferre.

Hæc quæstio contigit in personam magistri Petri de Pormeuille, subeleemosyarii regis ex vna, & magistrum Ioannem Salientis ex altera, pro præbenda Carnoten. eo quòd magister Crispinus de Bosco Chebaudi pro summa 60. florenorum, de qua non satisfecerat intra tempus præfixum, fuit ab officiali Carnoten. monitus, & demum in scriptis palam & publicè denũciatus exommunicatus, qui sic excommunicatus præbendam Carnoten. occupauerat. vnde episcopatu vacãte per translationem magistri Ioannis Enguerrant de episcopatu Carnoten. ad episcopatum Beluacen. præbendam prædictam Carnoten. rex contulit præfato magistro Petro subeleemosynario iure Regaliæ, propter quod orta est quæstio inter dictum subeleemosynarium habentẽ collationem à rege, & prædictũ magistrũ Ioannem Salientis, prætendẽtem se ius habere per obitũ dicti Crispini, & esse prouisum authoritate Apostolica.

Arrestũ. Tandem per arrestum curiæ pronũciatum est pro prædicto subeleemosynario iure Regaliæ, latũ 16. Iunii, anno domini 1359.

2 Et ratio illius arresti potuit esse, quia * collatio facta excommunicato, est ipso iure nulla. tex. est ĩ. c. postulasti. de cler. excommu. ministran. Ita tenet domi. Abbas in ca. veritatis. col. 12. ver. nunc venio. de dolo & contu. Fely. in c. si verè. extra de senten. excõmu. Abbas in. c. ad probandum.

dum.per illum tex.de re iud.Sicut electio facta de excom municato non valet.c.cum inter.R.de elec. in.c.cùm dilectus.circa finem.de consuetud.in.c.1.de postula.prala.vbi violans interdictum ecclesiæ,non potest postulari: à fortiori excommunicatus non potest eligi.vnde Rochus de Curte,in tractatu de iure patrona.super verbo competens alicui.in.8.q.dicit quòd * patronus excommunicatus nõ 3
potest præsentare, quia præsentatio dicitur electio.c.2.de iure patro.c.querelam.de elect.quod tamẽ est verum quo ad collationem beneficiorum, secus quo ad cõtrahendum matrimonium.

Istud ampliatur in excommunicato qui stetit in excom municatione vltra annum,quia * sic perseuerans in excõ 4
municatione,nedum illi beneficia conferri possunt,sed priuandus est beneficio suo, vt latè dicit Abbas,Panorm. & & alii in.c.primo de iudic.per tex.in.c.rursus.& in.c.quicunque.11.q.3.Et ideo Specula.in titu. de accus.§. sequitur.ver.porro.in princ.tenet quòd excõmunicatus nõ auditur amplius super illo crimine post lapsum anni, quia tunc ex illa contumacia habetur pro confesso. Mouentur omnes ratione, quia talis qui sustinet excommunicationem indurato corde, non caret scrupulo hæreticæ prauitatis, vt est glos.no.in.c.contumacia.de hæreti.in 6.Sed in isto articulo propter diuersitatem iuris dati sunt per docto.diuersi intellectus,quia volunt omnes qꝫ nõ potest fieri collatio noua excõmunicato, sed dubitant de beneficiis quæ prius habebat,si sustinuerit excõmunicationem indurato animo, nunquid post lapsum anni ipso iure priuatur ipsis beneficiis,an verò requiratur sentẽtia priuationis, quia si bene videantur tex.in.d.c.rursus. &.d.c.quicũque.11.q.3.illa duo iura nullam faciunt mẽtionem de beneficiis, sed tantùm dicunt quòd nulla vox eius penitus audiatur.

Et ſic apertè innuit quòd ſuper crimine non eſt audiendus,quaſi ius interpretatione habeatur pro confeſſo, non quòd priuatus ſit beneficiis ſuis,propterea do. Abbas in.d. c.1.diſtinguit,quòd aut cauſa pro qua excommunicatur, eſt digna priuatione beneficii ipſo iure,& tunc data perſeuerantia in excommunicatione per annum,erit priuatus ipſo iure ſuo beneficio.ſi autem eſt cauſa digna priuatione per ſententiam,tunc per lapſum anni non erit priuatus ipſo facto, ſed opus eſt ſententia,& ſic reducit iura ad concordiam.

Verùm do.Philippus Decius in.d.c.1.de iudic.conatus eſt reprehendere Panor.dicens quòd ſua opinio non po-
5 teſt in iure ſuſtineri.mouetur,quia * contumacia nõ ſufficit ad priuandum hominem lite non conteſtata,non audito delinquente,vt eſt caſus in.c.pe.de purga. cano. vbi reuocatur ſententia priuationis beneficiorum,quia lata erat propter contumaciam lite non conteſtata.not. in.c.veritatis.de dolo & contu.

Secundò videmus quòd in crimine graui,vt in crimine hæreſis,nunquã priuatur ipſo iure beneficiis ſuis, ſed debet per ſententiam declaratoriam priuari.c.cùm ſecundũ. de hæret. in 6.Bar.in.l.eius qui delatorem.ff.de iure fiſci. quia non inſpicitur hic an pro graui vel leui crimine ſit excommunicatus,quia tota vis eſt ĩ excommunicatione in qua perſeuerat,

Tertiò,quia nõ reperitur in iure cautum,quòd ſtans in excommunicatione per annum, debeat priuari beneficio ſuo,& ideo non poteſt induci priuatio beneficii iuxta glo. in.c.ſi.de iure patro.nec obſtat tex.in.c.cum bonę.de ætate & qualita.quia tria ibi concurrebant.

Primò,quia durauit cõtumacia per triẽniũ,& ſi patet ꝙ nõ ſufficit quòd pmãſerit per annũ in excõmunicatione.

Secundò,

Secundò, interuenerat contemptus Apostolicæ sedis. Et tertiò, visum fuit summo pontifici priuare illum beneficiis qui habet plenitudinem potestatis in spiritualibus, propter quod non potest argui illo text. ad istum casum, quia longè est dissimilis ab illo qui steterat in excommunicatione per annum. & ita aliàs dum legerem Aureliæ illam decretalem primam de iudi.me resoluebam, motus & alia ratione, quia * quis non debet duplici pœna affligi.c.at si clerici.de iudic. Sufficit quod propter lapsum 6
anni habeatur pro confesso pro delicto, pro quo est excōmunicatus, non quòd debeat priuari beneficiis suis, vt suprà, & ita tenuit Card. de Zabar. in.c.perpendimus.in.q.23.de senten.excommunica.

Limitabam tamen prædictam conclusionem, quòd excommunicato non potest fieri collatio, nisi absolueretur à summo pontifice, vel eius legato in impetrationibus beneficiorum, quo ad validitatem duntaxat, quia tunc collatio facta valeret, ex quo rehabilitatur impetrans per suam impetrationem. ita tenuit eleganter Hostien. in.c.veniēs.2.de testibus.

Sed hodie prouisum est per Innocen.8.quòd * illa absō 7
lutio non prodest in certis casibus, puta in excommunicatis propter hæresim, aut propter nō petitionem literarum executorialium, aut quia per annum insorduerint in excōmunicatione. ita singulariter prosequitur Philippus Probus, in additio. ad Ioan. Monac.in.c.fi.de sent. excommunica.in 6. quem videto, prout & in scala beneficiali, parte.2.articulo qui maioris excommunicationis sententiā.

¶Summarium vicesimiprimi priuilegij.

1 *Per acceptionem secūndæ præbēdæ uacat prima præbenda, durante Regalia, & ad regem reuertitur.*

2 *Consecutus primam præbendam in Regalia, an possit uariare, & aliam acceptare.*
3 *Eligens unum quando uariet.*
4 *Protestetur acceptans.*

1 VIcesimumprimum priuilegium est, quòd * per acceptationem secundæ præbendæ, vacat prima collata durante Regalia, & ad Regem reuertitur. accidit istud in personam magistri Roberti Corbulle, in sacra pagina professoris, actoris ex vna parte, contra magistrum Martinum de Fraxinis doctorem, defensorem ex altera, super eo quòd anno millesimo trecẽtesimo vicesimoprimo, sexta Septembris, tunc Delphinus Viẽnensis regnum Franciæ gubernans & regens, præbendam quam olim obtinebat magister Thomas de sancto Petro, per obitum domini de Monte Acuto, Parisien. episcopi, aperta Regalia, magistro Alano Chartier iure Regaliæ contulerat; quiquidam magister Alanus Chartier volens ad partes Scotiæ proficisci, dictos canonicatum & præbendam in manibus regis, seu Delphini, purè, liberè, & simpliciter resignauerat, dictámque resignationem ipse Delphinus admiserat, & magistro Guillelmo consiliario fratri dicti Alani contulerat.

Verum quia magister Guillelmus Chartier possessionẽ adipisci non poterat obstantibus diuisionibus in regno vigentibus, idem Guillelmus Chartier aliam præbendam quam Ioannes Viuien, Niuernen. episcopus per ipsius Viuien promotionem à summo pontifice collationem acceperat, possessione pacificè subsecuta, ꝑpter quod prędictus Robertus Corbulle prædictam præbendam quam rex, seu Delphinus filius eius prædicto Alano Chartier, & deinde Guillelmo Chartier contulerat, dicta Regalia adhuc durãte, siue ob defectum possessionis habitæ, siue per obitum

obitum dicti de sancto Petro, vel assecutionem aliorum canonicatus & præbendæ, aut aliàs quouis modo vacarent impetrauit. quam idem rex vel Delphinus eius filius contulit eidem Roberto Corbulle, qui virtute collationis regiæ fuit installatus per decanum & capitulum prædictæ ecclesiæ Parisiensis.

In contrarium dicebat dictus Martinus de Fraxinis, quòd ante obitum præfati de sancto Petro, ac dictorum canonicatus & præbendæ vacationem fuerat per papam Martinum canonicus creatus Parisiensis ad effectum inibi præbendam obtinendi, ac gratiam expectatiuam cum interpositione decreti irritãtis obtinuerat, super quo bullis leuatis, processu fulminato, præbendam per obitum præfati de sancto Petro vacantem acceptauerat, & prouisus fuerat, anno 328. quo anno Ioannes Pichon obierat in mense Iunio, & per illius mortem per Iacobum de Chastella tunc episcopum Parisiensem eidem defensori collatio facta est, ac eorum præbendæ & canonicatus possessionem virtute dictæ collationis idem defensor adeptus fuerat, de qua pacificè & quietè gauisus fuerat. dicebàtque quòd cum prædicto Martino de Fraxinis per summum pontificem Martinum gratia commissa fuerat canonicatus sub expectatione præbendæ, vnde ligatæ erant manus episcopi ad conferendum alteri.

Dicebat insuper, quòd collatio per regem seu Delphinum eius filium facta, nulla erat, & quòd tempore obitus dicti de monte Acuto, tunc episcopi Parisiensis, ipse Ioan. Pichon dictos canonicatum & prębendam pacificè possederat, nec vacare in Regalia vllo modo dici poterat, propter quod collatio facta prædicto Alano Chartier, & per ipsius resignationem magistro Guillelmo Chartier, multipliciter non valebat, eo etiam quòd ipse Pichon iam ius

antea in prædicta præbenda habebat.

Tandem lite mota in suprema parlamēti curia inter dictum Robertum de Corbulle, & dictum Martinū de Fraxinis, dictū fuit per arrestum, donum, siue collationem dictorum canonicatus & præbendæ, quos prædictus de sancto Petro dum viuebat obtinere solebat, dicto actori per Regem, aut Delphinum, in Regalia factam, bonam & validam esse, prædictúmque defensorem ad ipsum actorem pacificè vti & gaudere sinendum condemnauit, vnà cum expensis, prout cōstat ex registris, die 7. Martii, anno 1328. Ex quo arresto eliciuntur tria priuilegia. Primum, quod

Arrestū.

2 est 21. in ordine, resultat pulchra & sequens quæstio. * Si quis fuerit consecutus primam præbendam in Regalia, an possit variare, & acceptare aliam.

Hanc quæstionem mouet Archid. in ca. cum multis. de rescr. in 6. idem Ioan. Mo. in expectante, in. c. ne captādæ. de conceff. præb. eo. lib. Et resoluitur cōmuniter, quòd licet quis eligens vnum, non possit variare, & aliud acceptare. prout est tex. in. l. apud Aufidium. ff. de optio. leg. in c. vt qui duas. de elect. in 6. in cle. cū illusio. de renuntia. Tamen in tribus casibus potest quis variare.

3 Primò, quando * fuit deceptus probabili errore, vt quia debebatur antiquiori, nec erat in turno suo. ita eleganter Archidia. in. c. gratia. de rescri. in 6.

Secundus, quando acceptans non potuit consequi quod acceptauit, vt in casu nostro propter diuisiones in regno vigentes, propter quas acceptare non potuit, nec possessionē accipere. ita singulariter declarat Hosti. in. c. quia in cunctis. §. penult. per illum tex. de conceff. præb. in 6. arg. l. 2. de optio. lega. ff. &. l. si maritus. §. fi. ff. de adulter. Cauēdum tamen est ne colludat vel compromittat, quia imputaretur sibi. argu. c. audiuimus, de. collu. detegē. l. sic dictū.

§. si

§.si compromisero.ff.de euictio.

Tertius,quòd acceptans * protestetur in sua acceptatio- 4
ne,quòd non intendit acceptare,nisi quatenus de iure sibi
debeatur,& inquãtum poterit pacificè gaudere beneficio.
Ista fuit cautela inuenta per glo.prag.sanct.in.§.ita tamẽ
quòd ecclesiasticus collator.super verbo,nominatorũ eius
dem anni.in titulo de colla.argu.l.si debitor.ff. quib.mo.
pig.vel hypothe,tacitè contraha,

¶Summarium.22.priuilegij.

1 *Si ante aperturam Regaliæ beneficium uacat, & tempore apertura ipsius adhuc uacãs reperitur,rex iure Regaliæ confert.*

2 *Præbenda uacans dicitur uacatura quousque conferatur.*

SEcundum resultat & aliud priuilegium,
quòd est.22.in ordine.* Si ante aperturã 1
Regaliæ erat beneficiũ vacans, quod repe
ritur nunc vacare post Regaliam apertam,
an rex iure Regaliæ possit conferre.domi
nus Car.Floren.in.c.constitutus.de rescr.dicit quòd sic,
quia * præbenda vacans dicitur vacatura quousque confe 2
ratur.ita notat Inno.in.c.proposuit.de concess.præbend.
Hanc sententiam tenet glo.in cle.prima.§.secus.in verbo
notitia.eo.titu.de concess.præben. quos omnes sequitur.
d.glo.pragma.sanctio.in.§.si autem illi.in glo.super ver-
bo,in titulo.de collatio.

¶Summarium.23.priuilegij.

1 *Decretum de triennali possessore,in possessorio, nec in petitorio de non molestando,locum non habet in Regalia.*

2 *Non præscribitur contra iura quæ in signum superioritatis principi reseruata sunt.*

3 *Regalia durat temporibus quibus rex administrat.*
4 *An in beneficialibus possessio prædecessoris continuetur in successorem in beneficio.*
5 *Possessio in beneficialibus in successorem non continuatur.*

Ertium priuilegium,& in ordine.23. elicitur ex prędicto arresto,quòd * licet de iure
1 communi si quis colorato titulo possessionẽ habuerit per trienniũ,non debeat molestari neque in possessorio, neque in petitorio,per decretum sacri cõcilii Basil.in tit.de paci.pos.etiá habetur in cle.1.de sequest.pos.& fructuum.tamen hodie in Regalia etiam siquis possederit beneficium 10.vel viginti annis pacificè,si aperiatur Regalia,& vacet beneficium, vel de iure,vel de facto,semper rex illud iure Regaliæ con
2 ferre poterit:& ratio est,quia * contra iura quæ sunt reseruata principi in signum superioritatis, non præscribitur. tex.in.l.cõperit.C.de præscri.30.vel 40.an.gl.in.c.1.de cle. ægro.in 6.latè legistæ in.l.imperiũ.ff.de iurisd.om.iud.de quo iure Regaliæ meminit gl.in d.tit.de paci.poss.in verbo,non violentus.in fi.addens quòd si superueniat titulus coloratus, debet accipere nouam possessionem, vt ferunt regalistæ.Hodie autem facta est constitutio noua quæ est
3 Ludo.12.in primis ordi.ar.11.quòd * durat Regalia duntaxat temporibus quibus rex administrauit & administrat regnum,velut vsque ad.30.annos.vt beneficia non turbentur occasione Regaliæ.

Et dubium facit in isto arresto,quia Thomas de sancto Petro,& Martinus de Fraxinis eius successor, possederant præbendam Parisiensem cum diuturna possessione, & tamen rex vel Delphinus Viennen. regnum gubernans & regens,per obitum defuncti de MõteAcuto episcopi Parisiensis

risiensis contulit magistro Alano Chartier,& demum magistro Roberto Corbulle,cui fuit adiudicata, non habita consideratione diuturnitatis temporis.

Per quæ omnia dubium posset oriri,vtrum * in beneficialibus possessio prædecessoris continuetur in successorẽ in beneficio,sicut in prophanis successor vniuersalis vtitur accessione prædecessoris.tex.ī.l.Pomponius.§. cùm quis. ff.de acquir. poss. in.l.dolia.ff. de contrahend.emptione. Barth.in.l.si socer.ff.solu.matrimo.Cy. & alii in.l.emptori.C. de euictio.& quasi successor representat personam prædecessoris. 4

Tamen est decisum quòd * possessio in beneficialibus nõ continuatur in successorẽ, quia non datur successio in ipsis beneficialibus.tex.in.c.Moyses.8.q.1.in.c.1.de præb. Nam titulus prædecessoris extinguitur totaliter per eius mortem vel renuntiationem,& nihil causat ex iure defuncti.habet enim ius ex noua collatione, & noua possessione.ita Ioan.Mo.notat in.c.2.vt lite pend.in 6.& in ca. indemnitatibus.& vbique Probus in additio.ad eum,de electio.eodem libro.Ioan.Andreæ in.c.ex parte.de arbi. sentit glo.in.c.de quarta.de præscriptio. Panormitanus in.c. cura.de iure patronatus.latè Barto.in.l.si constante.§.fin. ff.de solu.matrimo. 5

Et glosa pragmati.sanctio.tetigit illud dubium in.d.titulo,de paci. poss. super verbo possedit. Non immeritò hic rex contulit præbendam Parisiensem prædicto Corbulle,non habendo rationem ad possessionẽ Martini de Fraxinis,qui continuauerat possessionem Thomæ de sancto Petro prædecessoris sui.& præualuit collatio facta dicto Corbulle,quia ius est adeo personale, quòd cum persona extinguitur.vt in iuribus supra allegatis, & aliis supra in 5.priuilegio,nu.3.traditis.

¶Summarium 24. priuilegij.

1 *Præbenda ecclesiæ cathedralis iure Regaliæ confertur minori 14. annis.*

1 Vicesimumquartum priuilegium est, quòd * licet in cathedralibus & Metropolitanis ecclesiis nõ conferatur prębenda ecclesiæ cathedralis, nisi quis sit in ætate. 14. annorum, quia in talib⁹ ecclesiis requiritur maturitas consilii, vt decidunt Hosti. & Archid. in. c. si eo tẽpore. de rescr. in 6. quia ante illam ætatem non potest sapienter iura tractare. vt dicimus in milite volente testari ante illam ætatem. l. licet. ff. de testa. mil. ita videtur tenere Panor. in c. super inordinata. in fine. de præb. Tamen si præbenda ecclesiæ cathedralis conferatur per regem puero habenti 7. annos, valet collatio regis.

Arestũ. Et ita fuit decisum per arrestũ in personã magistri Ioãnis de Crossiaco, cõtra magistrũ Ioannem Croquelin. 18. Aprilis, anno 388. incipiens, cum altercantibus.

Nec est mirum, quia sunt opiniones variæ, vtrum requiratur in simplicibus beneficiis ætas. 14. annorum, vel sufficiat ætas. 7. annorum. Et reperitur tex. in. c. ex eo. de electio. in 6. vbi habetur quòd minor. 14. annis habuit canonicatum in ecclesia cathedrali, licet ibi Archidia. respondeat quòd illud continet dispensationem, tamen Panor. dicit quòd curia seruat opinionem Archidia. & Hostiẽ. in dicto. c. super inordinatã. de præben. latiùs Lappus in alleg. 36. hoc tracta. ideo ratem sisto.

¶Summarium 25. priuilegij.

1 *Dispensatio papæ super incompatibilibus obtinendis, in præiudicium iuris Regaliæ nihil facit.*

papa

2 *Papa in beneficialibus habet plenissimam potestatem.*

3 *Ius patronatus laicorum est de iure positiuo inuentum, & eis de gratia concessum.*

4 *Inferiores à papa non possunt conferre beneficia ad dispositionem laicorum pertinentia.*

5 *Dispensatio non impedit uacationem primi incompatibilis.*

6 *Papa non impedit libertatem regis.*

7 *Inhabilis quo ad beneficia obtinenda non potest disponere de obtentis coram summo pontifice, ubi est aperta Regalia.*

Vicesimumquintum priuilegiũ est, quòd * 1
si occurrerente apertura Regaliæ, benefi
ciũ, per incõpatibilitatem vacet, non po
test Romanus pontifex per dispensatio-
nem suam rehabilitare personã in præiu
dicium Regaliæ.

Ista quæstio mota est pro præbẽda Beluacẽ. inter magistrũ Simonẽ de Barry secretariũ & procuratorẽ regis ĩ curia Romana, & Ioannẽ Colardi, eo ꝙ dicebatur ꝙ canonicatus & prębẽda Beluacẽ. vacabat per incõpatibilitatẽ Ioãnis Verderii, & quòd idẽ Ioannes Verderii tenebat canonicatũ & præbendã sancti Nicolai Beluacẽ. quæ cũ omni alio beneficio de statuto & fundatiõe ecclesiæ erat omnino incompatibilis, & propterea dispensationem à summo pontifice Clemente obtinuerat, per quam dispensationem idẽ summus põtifex, non obstante quocunque statuto, priuilegio, etiam confirmatione Apostolica, aut alia quacunque causa roboratis, etiam si in fundatione ecclesiæ fuisset ordinatum, quòd retinere dictũ canonicatũ posset & valeret, cuius dispẽsationis authoritate eandẽ præbendam sancti Nicolai sic incõpatibilẽ tenuerat & possederat, qua dispensatione nonobstãte rex eandẽ præbendã Beluacẽ. aperta Regalia per obitum Ludouici episcopi Beluacen. eidẽ

Simoni de Barry contulit, qui postea per arrestum curiæ
Arestū. obtinuit iure Regaliæ contra ipsum Ioannem Colardi.
pronuntiatum.20.Iulii, anno.398.incipiens, cùm lis in curia nostra.

2 Dubiū faciebat, quia * papa in beneficialibus habet amplissimam potestatem, etiam circa patronos laicos, prout latè accumulat Fely.in tracta.suo, quando literæ Apostolicæ no.pa.laicis.in prin.

3 Præterea dicit Fely.quòd * ius pa.laicorum est inuentū à iure positiuo, & concessum eis de gratia, & illi iuri non subiacet papa. vt in.c. proposuit. de concessio. præbend. Facit quod tenet Archid.in.c.piæ mentis.in fine.16.q.7.& in.c.hortamur.81.distinct.vbi dicit quòd ad solum papam spectat potestas dispensandi circa beneficia patronalia patronis inuitis.hoc tamen intelligit Fely. de potentia absoluta, non autem de voluntate, quia nunquam intentionis est summi Pontificis per dispensationes, aut aliàs reseruationes iuri acquisito regibus, aut aliis patronis laicis velle derogare. Ista sunt verba elegantia Hostien.& Ioan.And. in.c.dilectus.de officio delega.dicentes vidisse bullam papalem directam prælatis Angliæ, & quòd Gregorius.11. seruauit in ecclesia sancti Romuli Florentiæ, quæ erat de patronatu parochianorum.

Et pro ornamento istius materiæ multa declarat Fely. in.c.cùm accessissent.de consti.in 7.& 8.col. Et dominus
4 Rochus de Curte, super verbo ius honorificum, dicēs ꝙ * inferiores à summo pontifice, non possunt conferre beneficia quæ spectāt regibus, neque instituere clericum in ecclesia aliter quàm habeat se institutio & natura beneficii. idem do.Fely.in.c.cùm Barthol.in versi.limita quinto.de re iudica.

Arestū. Prædictis addatur simile arrestum pro præbenda Aurelianen.

liánen.pronunciatum anno domi.1350. volens * quòd si papa dispensat cum aliquo, de retentione primorum beneficiorum, si eo tempore erat Regalia aperta, non potest hoc facere in præiudicium regis. Et ideo infertur, quòd habens dignitatem in ecclesia cathedrali, si durante Regalia in vim dispensationis assequatur aliud incompatibile, non potest dispensatio impedire vacationem primæ dignitatis, & rex conferret illam tánquam vacantem in Regalia: quia * papa non potest impedire libertatem regis, quod faceret si dispensatio esset tantæ virtutis quod impediret vacationem primæ dignitatis durante Regalia. Ex quo mirabili dicto multæ vacabunt dignitates in Regalia. Pro cuius dicti corroboratione adducuntur multa. imprimis, quia per indirectum eneruaretur totũ ius Regaliæ, quod non posset prpa per prouisionem vel præuentionem facere, concederet enim per viam dispensationis, vt priora beneficia quis retinere posit. Et sic fieret fraus de nomine ad nomen. contra tex in authent. vt nulli iudic. colla. 9. & text. in cap. auaritiæ. de electio. lib. 6. & sub vmbra & colore talium dispensationum, quod non posset conferre per papam posset dispensari. cõtra regulam, cum quid vna via. de reg. iur. in. 6. l. fi. C. si mãcipi. ita fuer. aliena. in. c. tuæ. de procurator. ꝙ enĩ vna via ꝓhibetur, alia nõ debet admitti.

5
6

Secundò, quia si hoc permitteretur, posset scandalũ oriri in ecclesia, & reges retraherentur à fundatione ecclesiarum cathedralium, vt nota. in. c. cum dilectus. de iure patrona. vbi dicitur, quòd in beneficiis spectantibus ad laicos nunquam includitur gratia, quouis quæsito nomine dispensationis, vel prouisionis. hanc sententiam tenent do. de Rota, loquentes de dispensatione expressa, in decisio. 331. quæ incipit, supposito facto. sub titu. de rescrip. & de præb. in nouis. ita fuit declaratũ per Ioannem vicesimũsecũdũ

regi Portugaliæ ĩ extrauag. quæ incipit, venerabili. quibus cõcordat regula Cãcellariæ. qua cauetur, quòd super quouis beneficio ecclesiastico spectante ad laicum, aut cuius est spes quod pertinebit, non expediuntur literæ in cãcellaria Apostolica. latè glo. prag. sanctio. in proœmio. super verbo eneruantur. quæ addit, quòd etiã si dispensatio esset concessa motu proprio, quòd non tollit neque derogat iuri laicorum. allegat docto. in cle. si Romanus. de præb. & quòd notat Specula. in tit. de legato. in. §. vidẽdum. in versicu. sed quid si papa, idem tenet Lappus in. c. 2. de præben. in sexto.

7 Tertiò, quia * inhabilis quo ad beneficia obtinenda, nõ potest disponere de obtentis coram summo pontifice, vbi est aperta Regalia, & spectat prouisio ad regem, neque suffragabitur illi dispensatio papalis, quin per adeptionem secundæ dignitatis incompatibilis vacet prima, & possit conferri per Regem iure Regaliæ. glo. est nota. in cle. 1. in verbo obtinenda. de pœnis. sicut electus in episcopum est capax aliorum beneficiorum obtinendorum, non poterit de suis beneficiis obtentis prouidere, aut permutare cum aliis. & ita tenet gl. prag. sanctio. in. §. item insuper. in ver. disponere. in ti. de collatio. & dicit, quòd pro hac parte interuenit arrestum in parlamento.

¶Summarium. 26. priuilegii.

1 *Cognitio & determinatio collationum iure Regaliæ factarum priuatiuè ad curiam parlamenti spectat.*

2 *Ad solum regem pertinet de possessionibus beneficiorum iudicare.*

3 *In his quæ sunt de patrimonio Cæsaris, uel iuribus coronæ, cognitio spectat ad principem.*

4 *Vbi princeps apponit manum, nullus inferior se potest intromittere*

tromittere.

5 *Potestas interpretandi non transit in aliam personam quàm in principem.*

6 *Curia suprema est mixta.*

7 *Tollerentia multum operatur, & papæ scientia in materia priuilegio quæsibili.*

8 *Prosequens in curia Romana beneficium cadens sub Regalia, cogitur afferre processum.*

9 *Quando clerici uolunt usurpare iurisdictionem regiam possunt mulctari per iudices regis.*

10 *Pro conseruanda iurisdictione regis possunt clerici in emendam condemnari.*

11 *Rex nec eius officiarii pro iurisdictione sua defendenda ex priuilegio papæ possunt excommunicari.*

12 *Natura attemptatorum, est ut omnia reponantur, prout antea erant.*

VIcesimumsextum priuilegium est * cognitio, & determinatio collationum beneficiorum vacaturorũ in Regalia, quæ ad solam parlamenti curiam spectat & pertinet priuatiuè, non ad alios iudices, siue ecclesiasticos, siue seculares: quia illi se de ea intromittere nõ possunt, neque in possessorio, neque in petitorio. ista est ordinatio Ludouici regis. 11. declarato anno domini. 1480. de qua meminit Stephan⁹ Auffrerii in tract. de potestate secula. super ecclesiast. perso. in 2. regul. & in 25. fallen. & eandem ordinationem reassumit Guillel. Benedicti in rep. c. Raynutius, super verbo & vxorem, nomine Adelasiam. in 2. decisio. nu. 366. eandẽ. q. tetigit Henr. Bohic. in. c. nobis. de iure patro. 1

Ratio potest adduci, cùm enim ad * solum regem spectet & pertineat de possessionibus beneficiorum iudica- 2

re.vt pulchrè fatetur papa in.c. causam quæ.cle.2. qui fil. sint legiti. glo.in.c. cum dilectus.in verbo iuramento.de electio.Innoc.in.c.cum dilectus.de ordine cognitio.Guido papæ latè.q.1.&.q.85.&.q.107. vbi recitat, quòd papa Martinus quintus concessit regi Franciæ cognoscere de possessoriis beneficiorum:& hoc ad petitionem bonæ memoriæ Caroli regis septimi,quòd latè nouissimè prosecutus est Probus in tract.pensio.parte.3.q.3.si ergo ad regem spectat discussio & cognitio causarum possessorii beneficiorum:nimirum igitur si statuerit & ordinauerit,quòd ad solam suam supremam parlamenti curiam spectet decisio Regaliorum, causæque iuris illius terminẽtur, cùm prædictæ causæ cõnumerentur inter grauiores,& arduas causas sui regni.arg.c.maiores.de Baptismo.vbi maiores causæ ad sedem Apostolicam referuntur. idem tex.in.c. huic sedi.17.distinct.tractat Panor.in.c.cum venissent.de iudi. facit ead.glo.in.c.quod translationem.de offi.lega.volens quòd ad solam sedem Apostolicam spectat deffinitio maiorum causarum,& non ad inferiores. Pro quibus omnib⁹ accedat quod scribitur in Deuteronomio,quòd si quid difficile vel ambiguum esset, summus sacerdos nihil explicabat sine sacerdotibus Leuitici generis.vt habetur trãssumptiuè in.c.venerabilem.§.rationibus.qui fil.sint legit. no.do. Abb.in.c.ex gestis.de cler.non residen.idem tex. in l.humanum.C. de legi.ibi,per senatores & proceres sacri palatii.latè do. Andreas Sicul.in suo solenni trac.de præstant.Cardina.in 2.q.Basilica.& Probus in.d.tract.pensio. q.4.partis secundæ.

3 Secũdò facit,quia * in his quæ sunt de patrimonio Cæsaris,vel iuribus coronæ,cognitio spectat ad ipsum principem,& sic ad suum supremum senatũ,cum sit pars corporis eius.ar.l.quisquis.C.ad legem Iul.maiesta.ita tenet gl. in.d.c.

in.d.c.cū venissent. & potest rex esse iudex hoc in casu in causa propria,iuxta.l.& hoc liberins.ff.de hære.insti.quia ad ipsum solū spectat declaratio,& interpretatio iuriū suorū.tex.in.l.ex facta.ff.de vulg.& pupil.idē tex.in.c.ordina. §.si verò.de offi.ordi.in 6.quia * vbi prīceps apponit ma num nullus inferior se intromittere potest.tex. in.c.vt nostrum,vt ecclesia benefi.sine diui.confer. 4

Ego addo aliud pulchrum simile, * quòd potestas illa iudicandi, diffiniendi,& interpretandi,adeo cohæret personæ,quòd non transit in alium.istud fuit singulare dictū Inno.in.c.si.de succesٍsio.ab intest.per glo.ordinariam in l.item Pomponius scribit si frumētum. in verbo appareat. ff.de rei ven.in.l.inter stipulantem.§.1. in verbo actori.ff. de verb.oblig. 5

Tertia ratio,quia * curia supremi palatii,est mixta,quia participat tam de viris ecclesiasticis,quàm secularib9. vnde ratione mixturæ facilius cognitio Regaliorum concessa est senatui supremo, quàm aliis inferioribus, cùm in habentibus symbolum facilior sit transitus.nam vbi pluralitas personarum consistit,tam ex ecclesiasticis quàm secularibus,iudicatur talis qualitas ecclesiastica non secularis. Ista est doctrina Bar.in.l.fi.ff.de colleg.illic.Eandem opinionem tenet do.Abbas in.c.ex literis.& ibi Fely.in prima col.de constitu.subiiciens,quòd tunc maius dignum attrahit ad se minus dignum. Eandem doctrinam sequitur Bal. in authen.habita.in penul.col.ibi,Episcoporum procerū, & Abbatum.C.ne fil.pro pat.istud idem sequitur Panor. in.c.literas.de iuramento calum. 6

Quartò facit * tollerantia & scientia pontificū in materia quæsibili priuilegio,quæ faciunt validam consuetudinē huius præsentis regni.ita eleganter domi.Abbas in.c.1. de consanguin.& affi.Idem Abbas in.c.1. de treuga & pace. 7

glo.penul.in.c.penul.de filiis presbyterorũ.Oldra.in cõſi. 254.vbi dat regulã generalẽ,quòd conſuetudo(nota ei qui priuilegiare poteſt)æquipollet priuilegio.Innoc.in.c.cum contingat.de foro cõpetenti.Arch.in.c.obeuntibus.63.diſtin.Io.And.in addi.ad Specu.in tit.de præb.§.reſtat.quẽ vſum,conſuetudinẽ,& ordinationẽ Regaliorũ quo ad ſolã ſupremã parlamenti curiã priuatiuẽ, quo ad inferiores cognitio ſpectat & pertinet,tollerauerunt,ſciuerunt, & approbauerũt Benedictus duodecimus,ciuitatis Tholoſanæ oriundus,Clemens quintus Vaſco.per antea Burdegalen. archiepiſcopus,Clemens ſextus,Innocẽtius ſextus,Gregorius vndecimus,Lemouicẽſis oriundus,Vrbanus quintus, & Io.viceſimusſecundus,ex vrbe Caturien.natus.qui omnes hunc cognitionis vſum ſcientes in regno Franciæ laudarunt,approbarunt,& ratificauerunt.

8 Ex quibus reſtat & ſuboritur nouũ correllariũ,quòd * ſi proceſſus beneficii cadentis in Regalia fuerit in curia Romana factus,& fulminationes, vel cenſuræ inde ſecutæ, poteſt compelli per iudices ſeculares,prouiſus à ſede Apoſtolica facilè afferre prædictum proceſſum,& caſſare omnia tanquam attentata, in præiudicium Regaliæ: necnon ſententias,fulminationes, & cenſuras reuocare infra certum tempus, aliàs priuetur iure ſi quod habet cum aliis pœnis arbitrariis,ſecundum exigentiam & contumaciam infligendis.ita fuit iudicatum pro archidiaconatu Drocen.in eccleſia Carnoten.vacante Regalia per promotionem Emerici quondam epiſcopi Carnotenſis ad Cardinalatum eccleſiæ Romanæ collato Ioan.Eſgeret lato 22.Aprilis.1344.Simile arreſtum pronuntiatum ſexta Auguſti,eodem anno.1344. inter magiſtrum Stephanum Rogerii,& procuratorẽ regiũ cum eo iunctum actorem ex vna,& magiſtrum Petrum de ſancto Germano priorẽ de Gournay

Areſta.

Gournay executorem certæ bullæ ratione canonicatus & præben.ecclesiæ Carnoten. vbi ordinatũ est per arrestum, quòd prædictus Petr⁹ de S.Germano,similiter & prior de Gournay executores bullarũ cõpellantur reuocare senten tias,fulminationes & processus contra dictũ magistrũ Ste phanũ,& capitulũ Carnoten.in præiudiciũ iuris Regaliæ, & eos facere absoluere suis sumptibus expensis infra men sem, sub pœna carceris, & aliis quæ procurator regius in diebus Carnotensis acquirere poterit.

Horum arresto.ratio est,quia vbi * clerici volunt vsurpare iurisdictionem regiam,possunt mulctari per iudices regios seculares.quibus supra dictis addunt eleganter Stepha.Auffrerii in suo tract.de potest secula. super ecclesiasticas personas in prima regula,& 15.fallentia.qui dicit ita fuisse cautum in cõcordatis factis inter officiarios spirituales & temporales ciuitatis Tholosæ, anno domini millesimo.386. & idem anno millesimo 399.die prima Martii. Aliàs iurisdictio temporalis haberetur ludibrio, & esset elusoria.tex.in.c.primo.de offi.dele.facit.c.Romana. de pœnis,in 6.Specula.in tit.de iurisdic.om.iudic.versus finem. & ibi.Ioan.And. 9

Pro his accedat tex.in.c.ex parte.de verborũ signifi.loquẽs de comitissa Blesen.quæ defendit iurisdictionem suã contra capitulum Carnoten.tex.in.l.vnica.ff.si quis ius di cen.non obtempera.Inno.in.c.dilectus.de pœnis.Vltra supra allegata vrget fortissimus tex. in.l.consulta diualia.C. de testa.vbi imperator prohibet personis ecclesiasticis talibus se intromittere.& hanc opinionem tenuit Bal. in.l.si testamentum.C.eodem tit. Quam sententiam secutus est do.Guillel.Benedict.in repetitio.c.Raynutius.super ver. si absque liberis moreretur, subiiciẽs ita fuisse pronuntiatum Tholosæ. & quòd pro * conseruanda iurisdictione 10

¶Summarium 24.priuilegij.

1 *Præbenda ecclesiæ cathedralis iure Regaliæ confertur minori 14. annis.*

1 Vicesimumquartum priuilegium est, quòd * licet in cathedralibus & Metropolitanis ecclesiis nõ conferatur pręebenda ecclesiæ cathedralis, nisi quis sit in ætate. 14. annorum, quia in talib⁹ ecclesiis requiritur maturitas consilii, vt decidunt Hosti. & Archid. in c. si eo tẽpore. de rescr. in 6. quia ante illam ætatem non potest sapienter iura tractare. vt dicimus in milite volente testari ante illam ætatem. l. licet. ff. de testa. mil. ita videtur tenere Panor. in c. super inordinata. in fine. de præb. Tamen si præbenda ecclesiæ cathedralis conferatur per regem puero habenti 7. annos, valet collatio regis.

Arestũ. Et ita fuit decisum per arrestũ in personã magistri Ioãnis de Crossiaco, cõtra magistrũ Ioannem Croquelin. 18. Aprilis, anno 388. incipiens, cum altercantibus.

Nec est mirum, quia sunt opiniones variæ, vtrum requiratur in simplicibus beneficiis ætas. 14. annorum, vel sufficiat ætas. 7. annorum. Et reperitur tex. in. c. ex eo. de electio. in 6. vbi habetur quòd minor. 14. annis habuit canonicatum in ecclesia cathedrali, licet ibi Archidia. respondeat quòd illud continet dispensationem, tamen Panor. dicit quòd curia seruat opinionem Archidia. & Hostiẽ. in dicto. c. super inordinatã. de præben. latiùs Lappus in allega. 36. hoc tracta. ideo ratem sisto.

¶Summarium 25.priuilegij.

1 *Dispensatio papæ super incompatibilibus obtinendis, in præiudicium iuris Regaliæ nihil facit.*

Papa

2 *Papa in beneficialibus habet plenissimam potestatem.*
3 *Ius patronatus laicorum est de iure positiuo inuentum, & eis de gratia concessum.*
4 *Inferiores à papa non possunt conferre beneficia ad dispositionem laicorum pertinentia.*
5 *Dispensatio non impedit uacationem primi incompatibilis.*
6 *Papa non impedit libertatem regis.*
7 *Inhabilis quo ad beneficia obtinenda non potest disponere de obtentis coram summo pontifice, ubi est aperta Regalia.*

Vicesimumquintum priuilegiũ est, quòd * si occurrerente apertura Regaliæ, beneficiũ, per incõpatibilitatem vacet, non potest Romanus pontifex per dispensationem suam rehabilitare personã in præiudicium Regaliæ. 1

Ista quæstio mota est pro præbẽda Beluacẽ. inter magistrũ Simonẽ de Barry secretariũ & procuratorẽ regis ĩ curia Romana, & Ioannẽ Colardi, eo ꝙ dicebatur ꝙ canonicatus & prębẽda Beluacẽ. vacabat per incõpatibilitatẽ Ioãnis Verderii, & quòd idẽ Ioannes Verderii tenebat canonicatũ & præbendã sancti Nicolai Beluacẽ. quæ cũ omni alio beneficio de statuto & fundatiõe ecclesiæ erat omnino incompatibilis, & propterea dispensationem à summo pontifice Clemente obtinuerat, per quam dispensationem idẽ summus põtifex, non obstante quocunque statuto, priuilegio, etiam confirmatione Apostolica, aut alia quacunque causa roboratis, etiam si in fundatione ecclesiæ fuisset ordinatum, quòd retinere dictũ canonicatũ posset & valeret, cuius dispẽsationis authoritate eandẽ præbendam sancti Nicolai sic incõpatibilẽ tenuerat & possederat, qua dispensatione nonobstãte rex eandẽ præbendã Beluacẽ. aperta Regalia per obitum Ludouici episcopi Beluacen. eidẽ

liánen.pronunciatum anno domi.1350. volens * quòd si 5
papa dispensat cum aliquo, de retentione primorum beneficiorum,si eo tempore erat Regalia aperta, non potest hoc facere in præiudicium regis. Et ideo infertur, quòd habens dignitatem in ecclesia cathedrali,si durante Regalía in vim dispensationis assequatur aliud incompatibile, non potest dispensatio impedire vacationem primæ dignitatis,& rex conferret illam tánquam vacantem in Regalia:quia * papa non potest impedire libertatem regis, 6
quod faceret si dispensatio esset tantæ virtutis quod impediret vacationem primæ dignitatis durante Regalia. Ex quo mirabili dicto multæ vacabunt dignitates in Regalia. Pro cuius dicti corroboratione adducuntur multa.imprimis,quia per indirectum eneruaretur totũ ius Regaliæ, quod non posset prpa per prouisionem vel præuentionem facere,concederet enim per viam dispensationis,vt priora beneficia quis retinere posit. Et sic fieret fraus de nomine ad nomen.contra tex in authent. vt nulli iudic.colla.9. & text.in cap.auaritiæ.de electio.lib.6.& sub vmbra & colore talium dispensationum,quod non posset conferre per papam posset dispensari.cõtra regulam, cum quid vna via. de reg.iur.in.6.l.fi.C.si mãcipi.ita fuer.aliena.in c.tuæ.de procurator.ꝙ enĩ vna via ꝓhibetur,alia nõ debet admitti.

Secundò, quia si hoc permitteretur,posset scandalũ oriri in ecclesia,& reges retraherentur à fundatione ecclesiarum cathedralium,vt nota. in.c.cum dilectus. de iure patrona.vbi dicitur,quòd in beneficiis spectantibus ad laicos nunquam includitur gratia, quouis quæsito nomine dispensationis,vel prouisionis.hanc sententiam tenent do.de Rota,loquentes de dispensatione expressa,in decisio. 331. quæ incipit,supposito facto.sub titu.de rescrip.& de præb. in nouis.ita fuit declaratũ per Ioannem vicesimũsecundũ

tromittere.

5 *Potestas interpretandi non transit in aliam personam quàm in principem.*

6 *Curia suprema est mixta.*

7 *Tollerentia multum operatur, & papæ scientia in materia priuilegio quæsibili.*

8 *Prosequens in curia Romana beneficium cadens sub Regalia, cogitur afferre processum.*

9 *Quando clerici uolunt usurpare iurisdictionem regiam possunt mulctari per iudices regis.*

10 *Pro conseruanda iurisdictione regis possunt clerici in emendam condemnari.*

11 *Rex nec eius officiarii pro iurisdictione sua defendenda ex priuilegio papæ possunt excommunicari.*

12 *Natura attemptatorum, est ut omnia reponantur, prout antea erant.*

Vicesimumsextum priuilegium est * cognitio, & determinatio collationum beneficiorum vacaturorũ in Regalia, quæ ad solam parlamenti curiam spectat & pertinet priuatiuè, non ad alios iudices, siue ecclesiasticos, siue seculares: quia illi se de ea intromittere nõ possunt, neque in possessorio, neque in petitorio: ista est ordinatio Ludouici regis. 11. declarato anno domini. 1480. de qua meminit Stephan⁹ Auffrerii in tract. de potestate secula. super ecclesiast. perso. in 2. regul. & in 25. fallen. & eandem ordinationem reassumit Guillel. Benedicti in rep. c. Raynutius, super verbo & vxorem, nomine Adelasiam. in 2. decisio. nu. 366. eandẽ. q. tetigit Henr. Bohic. in. c. nobis. de iure patro. 1

Ratio potest adduci, cùm enim ad * solum regem spectet & pertineat de possessionibus beneficiorum iudica- 2

re.vt pulchrè fatetur papa in.c. causam quæ.cle.2. qui fil. sint legiti. glo.in.c. cum dilectus.in verbo iuramento.de electio.Innoc.in.c.cum dilectus.de ordine cognitio.Guido papæ latè.q.1.&.q.85.&.q.107. vbi recitat, quòd papa Martinus quintus concessit regi Franciæ cognoscere de possessorijs beneficiorum:& hoc ad petitionem bonæ memoriæ Caroli regis septimi,quòd latè nouissimè prosecutus est Probus in tract.pensio.parte.3.q.3.si ergo ad regem spectat discussio & cognitio causarum possessorii beneficiorum:nimirum igitur si statuerit & ordinauerit,quòd ad solam suam supremam parlamenti curiam spectet decisio Regaliorum, causæque iuris illius terminetur, cùm prædictæ causæ cõnumerentur inter grauiores,& arduas causas sui regni.arg.c.maiores.de Baptismo.vbi maiores causæ ad sedem Apostolicam referuntur. idem tex.in.c. huic sedi.17.distinct.tractat Panor.in.c.cum venissent.de iudi. facit ead.glo.in.c.quod translationem.de offi.lega.volens quòd ad solam sedem Apostolicam spectat deffinitio maiorum causarum,& non ad inferiores. Pro quibus omnib⁹ accedat quod scribitur in Deuteronomio,quòd si quid difficile vel ambiguum esset, summus sacerdos nihil explicabat sine sacerdotibus Leuitici generis.vt habetur trãssumptiuè in.c.venerabilem.§.rationibus.qui fil.sint legit. no.do. Abb.in.c.ex gestis.de cler.non residen.idem tex. in l.humanum.C. de legi.ibi,per senatores & proceres sacri palatii.latè do. Andreas Sicul.in suo solenni trac.de præstant.Cardina.in 2.q.Basilica.& Probus in.d.tract.pensio. q.4.partis secundæ.

3 Secũdò facit,quia * in his quæ sunt de patrimonio Cæsaris,vel iuribus coronæ,cognitio spectat ad ipsum principem,& sic ad suum supremum senatũ,cum sit pars corporis eius.ar.l.quisquis.C.ad legem Iul.maiesta.ita tenet gl. in.d.c.

in.d.c.cũ venissent.& potest rex esse iudex hoc in casu in causa propria,iuxta.l.& hoc liberius.ff.de hære.insti.quia ad ipsum solũ spectat declaratio,& interpretatio iuriũ suorũ.tex.in.l.ex facta.ff.de vulg.& pupil.idẽ tex.in.c.ordina. §.si verò.de offi.ordi.in 6.quia * vbi prĩceps apponit ma 4 num nullus inferior se intromittere potest.tex. in.c.vt nostrum,vt ecclesia benefi.sine diui.confer.

Ego addo aliud pulchrum simile,* quòd potestas illa 5 iudicandi,diffiniendi,& interpretandi,adeo cohæret personæ,quòd non transit in alium.istud fuit singulare dictũ Inno.in.c.fi.de successio.ab intest.per glo.ordinariam in l.item Pomponius scribit si frumẽtum. in verbo appareat. ff.de rei ven.in.l.inter stipulantem.§.1. in verbo actori.ff. de verb.oblig.

Tertia ratio,quia * curia supremi palatii,est mixta,quia 6 participat tam de viris ecclesiasticis,quàm secularib⁹. vnde ratione mixturæ facilius cognitio Regaliorum concessa est senatui supremo, quàm aliis inferioribus, cùm in habentibus symbolum facilior sit transitus.nam vbi pluralitas personarum consistit,tam ex ecclesiasticis quàm secularibus,iudicatur talis qualitas ecclesiastica non secularis. Ista est doctrina Bar.in.l.fi.ff.de colleg.illic.Eandem opinionem tenet do.Abbas in.c.ex literis.& ibi Fely.in prima col.de constitu.subiiciens,quòd tunc maius dignum attrahit ad se minus dignum.Eandem doctrinam sequitur Bal. in authen.habita.in penul.col.ibi,Episcoporum procerũ, & Abbatum.C.ne fil.pro pat.istud idem sequitur Panor. in.c.literas.de iuramento calum.

Quartò facit * tollerantia & scientia pontificũ in mate 7 ria quæsibili priuilegio,quæ faciunt validam consuetudinẽ huius præsentis regni.ita eleganter domi.Abbas in.c.1. de consanguin.& affi.Idem Abbas in.c.1. de treuga & pace.

glo.penul.in.c.penul.de filiis presbyterorũ. Oldra.in cõsi. 254. vbi dat regulã generalẽ, quòd consuetudo (nota ei qui priuilegiare potest) æquipollet priuilegio. Innoc.in.c.cum contingat.de foro cõpetenti. Arch.in.c.obeuntibus.63.di stin. Io. And.in addi.ad Specu.in tit.de præb.§.restat.quẽ vsum, consuetudinẽ, & ordinationẽ Regaliorũ quo ad solã supremã parlamenti curiã priuatiuè, quo ad inferiores cognitio spectat & pertinet, tollerauerunt, sciuerunt, & approbauerũt Benedictus duodecimus, ciuitatis Tholosanæ oriundus, Clemens quintus Vasco. per antea Burdegalen. archiepiscopus, Clemens sextus, Innocẽtius sextus, Gregorius vndecimus, Lemouicẽsis oriundus, Vrbanus quintus, & Io. vicesimussecundus, ex vrbe Caturien.natus. qui omnes hunc cognitionis vsum scientes in regno Franciæ laudarunt, approbarunt, & ratificauerunt.

8 Ex quibus restat & suboritur nouũ correllariũ, quòd * si processus beneficii cadentis in Regalia fuerit in curia Romana factus, & fulminationes, vel censuræ inde secutæ, potest compelli per iudices seculares, prouisus à sede Apostolica facilè afferre prædictum processum, & cassare omnia tanquam attentata, in præiudicium Regaliæ: necnon sententias, fulminationes, & censuras reuocare infra certum tempus, aliàs priuetur iure si quod habet cum aliis pœnis arbitrariis, secundum exigentiam & contumaciam infligendis. ita fuit iudicatum pro archidiaconatu Drocen. in ecclesia Carnoten. vacante Regalia per promotionem Emerici quondam episcopi Carnotensis ad Cardinalatum ecclesiæ Romanæ collato Ioan. Esgeret lato 22. Aprilis. 1344. Simile arrestum pronuntiatum sexta Augusti, eodem anno. 1344. inter magistrum Stephanum Rogerii, & procuratorẽ regiũ cum eo iunctum actorem ex vna, & magistrum Petrum de sancto Germano priorẽ de Gournay

Aresta.

Gournay executorem certæ bullæ ratione canonicatus & præben.ecclesiæ Carnoten. vbi ordinatū est per arrestum, quòd prædictus Petr⁹ de S.Germano,similiter & prior de Gournay executores bullarū cōpellantur reuocare sententias,fulminationes & processus contra dictū magistrū Stephanū,& capitulū Carnoten.in præiudiciū iuris Regaliæ, & eos facere absoluere suis sumptibus expensis infra mensem, sub pœna carceris, & aliis quæ procurator regius in diebus Carnotensis acquirere poterit.

Horum arresto.ratio est,quia vbi * clerici volunt vsurpare iurisdictionem regiam,possunt mulctari per iudices regios seculares.quibus supra dictis addunt eleganter Stepha.Auffrerii in suo tract.de potest secula. super ecclesiasticas personas in prima regula,& 15.fallentia.qui dicit ita fuisse cautum in cōcordatis factis inter officiarios spirituales & temporales ciuitatis Tholosæ, anno domini millesimo.386. & idem anno millesimo 399.die prima Martii. Aliàs iurisdictio temporalis haberetur ludibrio, & esset elusoria.tex.in.c.primo.de offi.dele.facit.c.Romana. de pœnis.in 6.Specula.in tit.de iurisdic.om.iudic.versus finem. & ibi.Ioan.And. 9

Pro his accedat tex.in.c.ex parte.de verborū signifi.loquēs de comitissa Blesen.quæ defendit iurisdictionem suā contra capitulum Carnoten.tex.in.l.vnica.ff.si quis ius dicen.non obtempera.Inno.in.c.dilectus.de pœnis.Vltra supra allegata vrget fortissimus tex. in.l.consulta diualia.C. de testa.vbi imperator prohibet personis ecclesiasticis talibus se intromittere,& hanc opinionem tenuit Bal. in.l.si testamentum.C.eodem tit. Quam sententiam secutus est do.Guillel.Benedict.in repetitio.c.Raynutius.super ver. si absque liberis moreretur, subiiciēs ita fuisse pronuntiatum Tholosæ. & quòd pro * conseruanda iurisdictione 10

regis possunt clerici in emẽdam condemnari, vel aliàs mulctari, facit arrestum latum prima Februarii, anno millesi, 399. vbi dictum fuit, quòd clericus condemnatus in emendam (quia non habebat temporale) teneret prisionem in curia episcopi, vsque ad satisfactionem, ne arrestum remaneret illusorium.

Ego præmissis addo, quòd Stephanus secundus papa
11 cõcessit Pipino regi, quòd * pro defendenda iurisdictione sua non possit rex, nec eiusdem regis officiarii possint excommunicari à sede Apostolica, vel ab ipsis episcopis, & ordinariis locorum: & hoc in fauorem rerum præclarè gestarum in personam Astimphi tyranni, qui Romanam sedem à faucibus eius liberauerat. & hoc declarauerunt do. Clemens quintus, & Martinus papa. vt testatur idem Bened. vbi suprà, super verb. si absq; liberis moreretur, & quo
Arrest. ad episcopos & alios inferiores latum est arrestũ, anno millesimo. 399. contra archiepiscopum Rothomagen. & eodẽ anno contra Turonen. archiepiscopum, qui baillinos & seruientes regios excommunicauerat. & vlterius die lune 17. Aprilis, anno millesi. 507. dictum fuit, quòd in monitione generali non comprehenderentur officiales regni, neque graffarii, aut commentarienses de his quæ sciunt tanquam officiales regii.

Propterea si processus beneficii vacantis in Regalia sit agitatus in curia Romana, & inde censuræ & fulminationes secutæ, vel sententia inde lata fuerit, omnia destruuntur, & in pristinum statum reuocantur, quia derogatur iurisdictioni & maiestati regiæ cùm ad eũ solum spectat cognitio beneficiorum Regaliæ, & aliorum etiam inter clericos ad senatum, & eius officiarios per supradicta.

12 Quia natura * attentatorum est, vt omnia reponantur, prout antea erant, propter spretam & contemptam iurisdictionem

ctionem regis.tex.in.l.prætor.§.primo.& i.l.1.ff.de oper. no.nuncia.& in.c.non solùm.de appel.in 6.

Ampliatur quòd in odium litis, quando causa seculari iudici spectat & pertinet, sicut in casu nostro attentata, nonobstante declinatoria iudicis ecclesiastici veniũt imprimis reparãda.ista fuit ordinatio Caroli 7.ordina.7.incipien.item voulons.idem refert & sequitur Benedict.vbi sup.vers.& sicut de causa principali cognoscit iudex secularis, idem & de incidenti reparationis attentatorũ. arg. l.quotiens.C.de iudiciis, Bar.in.l.omni nouatione.C.de sacrosanct.eccles.

Non omitto quòd in registris curiæ parlamenti reperitur quendam nomine de Perieriis,auditorẽ Rotæ,qui citauerat prouisum in Regalia in curia Romana fuisse condemnatum in tribus,videlicet ad reuocandum censuras,& fulminationes authoritate Apostolica, tanquã contra legem sacram totius regni factas,

Secundò, ad delegationem impetrandam certis iudicibus in partibus regni, pro absolutione eorum qui sententia excommunicationis innodati erant.

Tertiò,ad restituẽdum integrè beneficiorum fructus, & interesse,quibus erant priuati, propterea quia iuri,Regaliæ,& non prouisioni Apostolicę adhæserant,& donec omnia complerentur carceri,mancipatus est volens senatusconsultum Parisien.quòd adsit clausula,& papa vtatur hoc verbo, reuocamus,& cætera indesecuta pro infectis, habentes quod arrestum pronũciatum est anno 1494. pro præbenda Tornacen. *Arestũ.*

Istud enim est conforme iuri per tex.pulchrum, & nota. in ca.nos si incompetenter.2.q.7.vbi Leo papa.4. Ludouico Pio,regi Franciæ scribẽs pro tuenda,eius iurisdictione,declarat quòd si incompetẽter aliquid egerit,vult

ante omnia emẽdare iudicio regis,& se ipsius iurisdictioni submittere. Quæ sunt verba quibus vtitur curia parlamenti, quando in curia Romana aliquid geritur contra leges regni, vt papa teneatur reuocare proprio ore, & habetur per docto.in.l.est receptum.ff.de iurisd.om. iudi.& est similis casus.in.c. graue.de offic.ordina.super ver.parte ipsum relaps.

¶Summarium.27.priuilegij.

1 *Rex etiam per concessionem, clausulam decreti irritantis continentem, non concedit Delphino beneficia conferendi potestatem quo minus eius prouisio sit ualida.*

2 *Nemo imponit sibi legem à qua ei non liceat discedere.*

3 *Collatio facta à maiori cæteris paribus præualet,*

4 *Si dominus per se facit exercitiũ actus, reuocatur potestas procuratoris quantum ad illum actum.*

5 *Delegans cognoscendo de causa delegata, uidetur reuocare delegationem.*

6 *Ratificatio regis, an operetur ualiditatẽ collationis sui uicarii.*

VIcesimumseptimum priuilegium præclarum est, quòd si * rex concesserit Delphi-
1 no.1.filio suo primogenito potestatẽ conferendi quæcunque beneficia cum decreto irritanti, quòd si secus actum sit per ipsum, nullius sit roboris vel effectus: & clausula directa cancellario, ne sigillet literas aliter factas, & si per importunitatem, vel inaduertẽtiã, rex aliter egerit, nullus obedire teneatur. Si tamen acciderit, quòd Delphinus virtute illius gratiæ & concessionis vsus fuerit.1.collationem fecerit, postea subsequatur collatio per regẽ facta, talis collatio regis præualet, & debet recipi, nonobstante prædicta concessione

concessone actus annullatiua per regem ordinata. ita decisum est per arrestum prolatum die.13.Decemb.anno domini 1410.inter magistrũ Robertum Clerici presbyterum habentem ius à rege, & magistrum Guillelmũ Leuesque subeleemosinariũ domini Delphini, ducis Aquitaniæ, qui habebat collationem à domino Delphino, & hoc ratione canonicatus & præbendæ de S. Vlphando de Albeuilla, Ambianen.diœces.& per arrestũ inter Petrũ Borin actorem ex vna, & Ioannem Cardonem phisicũ defensorem ex altera, ratione prębẽdę Rothomag. vacantis in Regalia per promotionẽ Guilliel.Paillard in episcopum Lucionẽ, latum die.2.Martii, anno do.1408.horum arrestorũ multiplices rationes dãtur. Prima, quia nemo * potest sibi impo 2 nere legem à qua non liceat ei discedere.tex.in.l.si quis.in princ.testamenti. de lega.2.etiã si adesset iuramentum rei confirmatiuum.glo.in.c.fi.de procura. lib.6.in ver. reuocatus.& pro his omnibus tex. est formalis in.c.dudum. de præb.in 6.vbi papa licet cõcesserit legato ĩ partibus, tamẽ non tantam dat potestatem quin sibi retineat maiorem.

Arestũ.

Secundò accedat regula, quia ex dispositione iuris com munis collatione * facta à maiori, cæteris paribus præua 3 let.tex.est nota.in.c.si à sede.de præbend.lib.6.not. Ioan. Mona.in.c.duobus.de præbend.eod.lib.& de hoc est pulcher tex.in.c.per tuas.de maiori.& obed.

Tertia, quia si rex potest conferre potestatem filio primogenito vicario suo, in parte, vel in totum conferendo, illud beneficium videtur adimere ius conferendi dicto suo primogenito, sicut in procuratore, quia * si dominus 4 per se facit exercitiũ actus, reuocatur potestas procuratoris, quantũ ad illum actum.tex.pulcher est in.c.si quẽ.de procur.lib.6.& arguendo à fortioribus certũ est quòd ꝓcurator inuitus non potest reuocari post litem cõtestatam,

ſed vicarius ſic,vt not.Ioan.And.in cap.fina.de offi. vica. ſic ergo facilius reuocatur poteſtas vicarii quàm procuratoris, qui per exercitium actus quem facit dominus reuocatur.

5 Quartò,quia videmus ſimile,quòd ille * qui delegauit cauſam,cognoſcendo de illa, videtur reuocare delegationem.ita no.Ioan.And.in.c.intimaſti.de appel. & Archid. in.c.quanuis.de offic.deleg.lib.6.Sic ergo rex conferendo videtur reuocaſſe dictam poteſtatem,ſicut diximus in papa,qui cognoſcendo,vel beneficium conferendo,videtur quo ad hoc aliis poteſtatem ademiſſe. tex.in.c. vt noſtrũ. vt eccleſ.bene.ſine diminutio.idem in.c.vt noſtrũ.de appel.& idem in ca.eccleſia.l.2.vt lite penden.nihil innoue. & hanc concluſionem tenuit Io.Calder.in conſil.7.in tit. de præben.& conceſ.præben.ſuper ver.epiſcopus.

Hoc tamen verum eſt,niſi rex factam collationem Delphini ratam habuiſſet, & literas executoriales ad illum finem conceſsiſſet,vt maneret eius valida collatio,antequã per ipſum regẽ prouiſum fuiſſet alicui,quo caſu talis collatio,Delphini nõ eſſet nulla ꝓpter authoriſationẽ regis, & eius confirmationem, quæ æquipollet collationi per ipſum factæ. ita determinatum eſt per arreſtum latum.25. Nouembris 1363. ratione præbendæ Remen. vacantis in Regalia,quàm ſolebat tenere Emericus de Barro,quę collata eſt per dominum Carolum Delphinum,ducem Normaniæ,& Io.de Superuarenna, contra Ioannem de Bornelli actorem. Cui adiudicata eſt dicta præbenda, & ſublatum omne impedimentum poſitum per dictum Bornelli.

Areſtũ.

6 In quo arreſto verſatur dubium,vtrum * ratificatio regis facta de collatione ſui vicarii filii primogeniti,poſsit actum validar. quibuſdam, dicentibus quòd ille actus non

poteſt

poteſt validare nec confirmare collationem præcedentẽ, quia deficit extremorum vnũ, videlicet poteſtas, quæ non poteſt dari per regem. Ex quo illud ius Regaliæ eſt inſeparabile à corona regia, vt latiùs ſuperius dictum eſt priuilegio 16. & hoc arg. l. bono. ff. rem ratam haberi. & quod not. Bal. in. l. fina. C. ad Macedonia. idem tex. & canoniſtę in. c. cùm quis. de ſent. excom. lib. 6. tamen Domi. de San. Geminiano in. c. licet. ff. de offi. vica. l. 6. volens cõcordare iura dicit, quòd ratificatio collationis per vicarium factæ, licet non valeat ex tunc defectu poteſtatis interueniente, valet tamen vt ex nunc, prouiſo quòd rex inter moras collationem alteri non fecerit, eandem opinio. ſequitur gloſ. prag. ſanct. in. §. ad tollendam omnem. ſuper ver. procedatur. in titu. de elect. & pro hoc eſt tex. in. d. c. cùm quis. in 2. reſpon. de ſenten. excommu. li. 6.

¶Summarium. 28. priuilegij.

1 *Aperta Regalia rex confert præbẽdam unitam, uel ſupreſſam.*
2 *Sine cauſa, præbendarum numerus, nec dignitatum poteſt ſupprimi uel diminui.*
3 *Non poteſt uniri uel ſupprimi beneficium, niſi his quorum intereſt uocatis.*
4 *Auctis & excreſſantibus eccleſiæ facultatibus poſſunt præbendæ augeri.*
5 *Omnis ſolennitas præſumitur in unione facta, de cuius initio non extat in contrarium memoria.*

VIceſimumoctauum priuilegium eſt, quòd ſi * reperiatur præbenda, vel dignitas, quæ 1
fuerit aliquando intitulata, ſed poſtea ſuppreſſa, vel vnita corpori eccleſię, poteſt rex
eam aperta Regalia conferre, quia ſine * 2

causa non potest numerus præbendarum vel dignitatum supprimi vel diminui. vt est tex. in. c. ex parte. de constitu. Præsertim sine licētia patro. laici: quia esset immutare institutionem beneficii. Ita eleganter Calde. in. c. cum accessissent. & ibi Fely. in 6. col. de constitu. propter dictum egregium Bald. in. l. si quis presby. in. 3. no. C. de episco. & cleri. latius dixi infra in. 49. priuilegio. quo quæritur, an teneatur rex sequi qualitates beneficiorum. & hodie factum est decretum Martini quinti, in Constan. consi. incipiens
3 attendentes. sub titu. de vnionib. volens quòd * non potest vniri vel supprimi beneficium, nisi vocatis his quorũ interest, & quòd non possit episcopus cum capitulo vnire. tenet Paulus de Leaza. in cle. ne ĩ agro. §. ad hoc. de statu monac. domi. Abbas in. d. c. cum accessissent. & Card. in consil. 96. incipiente, papa vniuit. ad finem, allegando Innocen. in. c. suggestum. de iure patro.

Istud tamen non procedit, quando episcopus cum capitulo supprimeret dignitatem, vel præbendam, ex causa te-
4 nuitatis redditum. sicut * enim auctis & excrescētibus facultatibus possunt augeri præbendæ in. c. cum M. Ferrarien. eo. tit. de constit. ita diminutis facultatibus debet supprimi vel vniri ex causa illa præbenda vel dignitas. & ita concludunt doct. quotquot sunt in. d. c. cùm accessissent.

Secundò intelligitur, quãdo prædicta vnio vel suppres-
5 sio * facta esset à tanto tempore, de cuius initio non extat memoria in contrarium, quia tunc præsumitur omnis solennitas, etiam consensus fundatoris, vel hæredum interuenisse, & quòd ex causa hoc factum fuerit. ita eleganter concludit Ioan. And. in reg. qui contra iura. in mercuria. ad finem. & Hostien. in summa, de supplen. neglig. præla. §. quot modis. Quia sufficit, quòd beneficia fuerint tanquam vnita, vel suppressa possessa per tantum tempus, de cuius

cuius initio non extet memoria in contrarium.not. Guillel.de Monte Laudu.in extrauag.execrabilis.in.8.colũ.in versi.sed nunquid deponentes.& Nicol.de Milis ĩ repertorio suo.super ver. vnio vltimo.& limitatur.c.cum de beneficio.de præb.in 6.vbi alteratur status ecclesiæ post 40. annos,quod non habet locum in suppresione, vel vnione.vt suprà.

Tertiò, intelligitur quando vnio vel suppresio fuisset facta,& applicata mense capituli,vel episcopi,quia nõ potest:esset enim præbere authoritatem in facto proprio contra.l.pupillus.de autho.tutor.contra cle.si vna.de reb.eccle.non alienan.secus si præbẽda,vel dignitas fuisset vnita,vel suppressa in vsu fabricæ,vel ad augmentum capellaniarum:quia tunc fieri potest, nec reuertitur ad regem collatio.ita pulchrè tenet Io.And.in additio.ad Specu.in titu.de his quæ fiunt à præla.in fi.in versi.& vt patet.

¶Summarium vicesiminoni priuilegij.

1 *Regalista an teneatur facere mẽtionem de beneficiis,aliàs per eum iure Regaliæ obtentis.*

2 *In odiosis & quæ extraordinariè sunt indicta debet fieri mentio specialis.*

3 *Regalia uidetur odiosa,tãquam exorbitans à iure communi.*

4 *Ordinarii sunt magis certi de beneficiis suis, etiam modicis, quàm papa totius orbis.*

5 *Ordinarii intelliguntur prouidere ecclesiis motu proprio,papa autem & legatus personis.*

6 *Ordinarii astringuntur cognoscere personas ex debito officii.*

7 *Rex Franciæ habet priuilegium quòd exterus non potest beneficiari in suo regno.*

8 *In prohibitis impetrari,quod concessum est nullum est.*

1 VIcesimumnonum priuilegiũ est,quòd * vacante beneficio in Regalia non teneatur impetrans facere mentionẽ de prioribus beneficiis sibi ab eodem principe iure Regaliæ in diuersis ecclesiis cathedralibus concessis. ita videtur decisum fuisse per arrestũ inter Matthæum Guichery ex vna,iuncto procuratore generali regis,& Ioan.de Foresio ex altera,latum die.11. Februarii,anno.351.

2 Dubium faciebat,quia * in odiosis & quæ extraordinariè inducta sunt debet fieri mentio specialis,puta in collatione legati,qui non habet nisi iurisdictionem super inductam,& quæ præiudicat ordinariis locorũ ex dispositione iuris communis:impetrans debet facere mentionẽ de beneficiis,aliàs collatio est ipso iure nulla, tanquam odiosa, & restringenda.vt est tex.pulcher.in.c.fi.de offic.lega.li.6 & hanc rationem allegat.glo.Ioan.And.in cle. & si Apostolicæ.in glo.fin.de offic.ordi.in cle.quæ ratio militat in
3 rege pro Regalia,quæ * videtur odiosa tanquam exorbitans à iure communi,quòd faciat fructus suos qui debent reseruari futuro successori, & habeat collationes beneficiorum, donec futuri episcopi sint sacrament ofidelitatis additi.vnde videretur dicendum, quòd debeat fieri mentio specifica de benefi. quæ obtinet impetrãs medio collationum iure Regaliæ eidem factarum.

Secunda ratio est,quia militat importunitas impetrantium à rege, propter quam concedit ille quandoque non concedenda,vnde sicut in Romano pontifice tenetur impetrans facere mentionem de beneficio quantumcunque modico,aliàs impetratio est nulla.c.non potest. de præb. in 6.cap.in nostra.cap.postulasti.ca.ad aures.extra de rescript.vbi latè Fely.& alii. Sic idem dicẽdum est in principe

cipe propter importunitatem petentium, quòd debeat il le qui vult vti collatione regis iure Regaliæ, facere mentionem de beneficiis per ipſum regem ſibi dicto iure con ceſsis. Quia veriſsimile eſt, quòd ſi ſciret aliàs illi conceſſiſſe, de facili non contuliſſet beneficium impetratum. argu. l. patriæ. C. de petitis bono. ſubla. lib. 10.

Tertia ratio, quia videtur cautũ per ordinationem regiam, quòd de omnibus donationibus, & conceſsionibus regis factis perſonæ vni debet fieri expreſſa mentio, vt intelligat rex, quid donet, vt habetur in ordinatione. 333.

In contrarium tamen quòd valet collatio regis non facta mentione priorum beneficiorum, ſtringit pulchrum fundamentum, quia ſubrogatum debet ſapere naturam eius in cuius locum ſubrogatur, hæc eſt trita regula poſita in. l. ſi eum. § qui iniuriarum. ff. ſi quis cautionibus. cum aliis vulga.

Propterea ſicut coram epiſcopo ordinario, non fit expreſsio aliorum beneficiorum. tex in. d. cle. 2. de offi. ordi. in. d. c. fina. de offic. lega. in 6. ita nec coram rege in collatione ad ipſum ſpectante.

Secunda eſt ratio, quam aſsignat Guillelmus de Monte Lauduno, quia * ordinarii ſunt magis certi de beneficiis 4 ſuis, etiam modicis, q̃ papa totius orbis, vel legatus totius prouinciæ. Propterea ad mouendum ordinarium, non opus eſt alia expreſsione. idem in principe de beneficiis occurrentibus in vna diœceſi duntaxat, quæ ad eum ſpectant occaſione Regaliæ, quia veriſsimiliter poteſt ſcire conditionem illius cui confert. argu. cap. quod dicitis. 16. diſtinct. & in cap. quoſdam. de præſumptio. quam relationem dicit dicit eſſe bonam & notab. domi. Card. de Zabarel. in. d. clemen. 2. in. 3. colum. & quòd ſecutus eſt eum Paul. de Leazaris in loco præallegato, ſubiiciens non ſic

præsumi subreptionem in ordinario, sicut in papa & legato, qui sunt maioribus negotiis occupati.

Aliam rationem ponit Ioannes Calderini, in repetit. c.
5 cum nostris. de concess. præben. quòd * ordinarii intelliguntur prouidere ecclesiis motu proprio, cùm ad hoc teneantur, nec debent beneficium conferre, nisi persona sit eis nota: sed papa & legatus prouidēt p̄sonis, nō ecclesiis. hinc est quòd in bullis Apostolicis adest clausu. volentes tibi gratiam facere specialem, & propterea non tenent literæ, si quid tacetur quod fuit exprimēdum. in ordinariis autem collatoribus ad ecclesias vacantes, personę idoneæ præficiuntur motu proprio ordinarii, & sic prouidet ordinarius ecclesiis, papa verò vel legatus personis. Propterea non est necesse facere talem expresſionem in collationi-
6 bus eorum. Astringuntur * enim ordinarii ex debito officii cognoscere personas, & gregem sibi commissum, antequam præponant regimini vel beneficio simplici. argu. c. bonæ. de postula. prælat. ibi, nec volumus, nec debemus præficere alienum. & in. c. fina. de æta. & qualita. de quo latè per Probum, in tracta. pensio. parte. 2. q. 4.

7 Vnde rex * Franciæ habet hoc priuilegium, quod exterus & alienigena non potest beneficiari in suo regno, sine eius permissione, vt facilè cognoscantur illi quibus conferuntur beneficia, & sibi non sint suspecti. & est text. in. l. in ecclesiis. C. de episcopis & cleric. de quo priuilegio meminit glosator pragmaticæ sanctionis, in proœmio, super ver. exterorum. in vltimis verbis. & latius Probus in. d. tract. pensio. in. d. q. 4. partis. 2.

Neque obstat quòd collatio regis facta virtute Regaliæ sit superaccidentalis & odiosa, imò est naturalis & fauorabilis facta: vt Reges qui sunt protectores Ecclesiarum cathedralium, moueantur animosius ad dotationem

tionem ipsarum. vt dicit eleganter Baldus in cap. quanto. de iud. & Præposit. Mediolanen. in cap. hortamur. 71.distinctione.& Archidiaco.in cap.lectis. 63.distinctio. & latè superius dixi propter quod resoluitur, quòd quemadmodum coram ordinario non fit expresio, ita nec coram principe, vacatione occurrente iure Regaliæ, vel aliter dicamus quòd istud ius non est gratuito concessum regibus Francorum, sed in remunerationem & recognitionem benefactorum, quæ impenderunt Christianisimi Francorum reges ad sanctam Apostolicam sedem. vt habetur in cap. Adrianus 63.distinctione. & latius superius declaraui. vnde negari non potest, quin sit collatio potius amplianda, quàm restringenda, & quòd taciturnitas beneficii non expresi non debet vitiare collationem regis.

Nec aliquid facit importunitas petentium, propter quam princeps interdum ad concedenda ea quæ de facili non deberent concedi inuitatur. Quia istud intelligi debet in rescript. prohibitis impetrari. tunc enim importunitas multum officit & nocet. vt dicit textus in cap. fina.de rescript.in 6.ita declarat Bald.in.l.prima.C.si nuptiæ.ex rescrip.princi.petan. & do.Ioan.de Platea, in.l.si quis.C.de aquæductu, in verbo illicitum. & in.l.1.de peti. bono. sublat. libro. 10.C. secus esset, quando impetratio non esset prohibita, quia importunitas non noceret. & ratio, quia in primo casu * in prohibitis impetrari quod 8
concessum est nullum est, nõ ex defectu potestatis principis, sed ex defectu voluntatis, quæ abesse præsumitur propter clausulam derogatoriam. in aliis autem non prohibitis cõcesio facta est valida, quæ dependet à mera gratia præsumitur fieri ob benemeritum, quia in illo casu non receditur à iure communi, vt habetur in.l.nec damnosa.

C.de precib.impera.offeren.

Tertiò, non militat ordinatio regis superius allegata, quòd debet fieri expressè mentio de donis vni personæ concessis per ipsum regem, quia talis ordinatio interpretatur de donis factis per principem in auro, argēto, vel hæreditagiis, non autem in beneficiis ecclesiasticis.

Consultius tamen agetur, quòd rex conferendo apponat clausulam, motu proprio. qui motus tollit omnē subreptionem, licet non inducat dispensationem. cap. si motu proprio. de præbend. in 6. quia vt supra dictum est, reges & ordinarii locorum ex præsumpta voluntate videntur concedere ex certa scientia, & notitia idoneitatis personæ, & tantum debet operari quātum si clausula motus ꝓprii adesset, tamen expresio ipsius motus proprii multum operabitur, vt concludit latè Fely. in. d. c. in nostra. de rescript. in corelaris suis. & domini de sanct. Geminia. & alii in. d. c. fina. de offic. lega. in 6. & Franc. de Zabarela in. d. cle. 2. in. 4. q. de offic. ordina. & nouissimè per Probum, in tracta. dispen. parte. 1. memb. 6.

¶Summarium tricesimi priuilegij.

1 Rex *aperta Regalia facit fructus suos à radice pendentes.*
2 *Fructus mortuo prælato debent reseruari futuro successori.*
3 *Beneficiato mortuo, ad quam spectant fructus.*
4 *Fructus ecclesiastici acquisiti, transmittuntur ad hæredes.*
5 Rex *recipit fructus prælaturæ, nisi sint iam collecti & leuati, & in horreum recollecti.*
6 *Quod rex recipiat fructus non habet locum in multis casibus.*
7 *Fructus est utilitas ex re, uel propter rem quamcunque prouenieus.*

Lucrum

8 *Lucrum quod non uenit appellatione fructuum, uenit appellatione obuentionum.*

9 *Successor in prælatura, an teneatur stare colono, & locationi factæ per prædecessore.*

10 *Rex durante Regalia non causat ius suum à prædecessore episcopo mortuo.*

11 *Rex non est necessarius successor episcopi.*

12 *Fiscus non tenetur stare contractui locationis illius cuius erat res confiscata.*

TRicesimum & notabile priuilegium est, quòd * rex aperta Regalia, facit fructus suos 1 à radice pendentes, siue vina, siue grane, aut redditus annui sint, quocũque nomina censeantur. & est in optione regis tenere ea quę data sunt ad firmam per episcopum mortuum, & stare colonis, & percipere fructus temporalitatis. sicut facit dominus feudi respectu sui vassali per defectum hominis.

Istud videtur contra dispositionem iuris, quia * fructus 2 mortuo prælato debent reseruari futuro successori. vt est textus in cano. non licet. & in canone illud. 12. quæst. 2. tex. in cap. quia sæpe. de elect. lib. 6. & datur visitator, vel administrator ecclesiæ vacanti, qui restituet fructus successori electo. vt est tex. in cap. ecclesiæ. de supplen. negligen. prælato. & in cap. is cui. eodem lib. de elect. idem tex. in cap. præsenti. de offi. ordina. lib. 6. tamen est priuilegiũ in Regalia, quòd non reseruantur fructus, sed spectant ad ipsum regem.

Ista quæstio orta est vacante episcopatu Morinensi, per translationem magistri Guillelmi Douille ad episcopatũ Cameracen. qui defunctus est ante festum sancti Ioannis Baptistæ, tempore quo fructus non sunt recollecti. & de-

cisum fuit, quòd rex haberet fructus temporalitatis, à tempore quo Regalia incepit, & durauit. in qua quæ-
3 stione varii fuerunt doctores, dum quærunt * de beneficiato mortuo, ad quem spectant fructus.

Prima fuit opinio, quorundam dicentium, quòd si beneficiatus decedat post augustum ante Calend. Martii, fructus percipiendi ad ecclesiam pertinent, si verò post Calend. Martii, ad clericum instar vassali, in ca. vnico. in. §. his consequenter. in titu. hic finit lex Corra. collatione. 10.

Secunda opinio, quòd debet fieri diuisio inter eum & ecclesiam, vt percipiat fructus pro rata, & pro parte anni, pro qua subiit onus quod habuit in ecclesia, sicut fit diuisio fructuum dotis inter virum & hærdes vxoris. tex. in. l. diuortio. ff. soluto matrimo.

Tertia est opinio, quòd episcopus vel alius beneficiatus percipit fructus, statim ex quo sunt à solo separati, a quocunque, & cuiuscunque nomine instar bonæ fidei possessoris. tex. est. in. l. qui scit 1. §. in alieno. ff. de vsu. l. si vsufructuarius. ff. quibus mod. vsufruct. amitta. idem tex. in. l. si apes. in. §. fina. ff. de fruct.

Quarta est opinio aliorum, qui dicunt quòd beneficiatus mortuus non percipit fructus, nisi sint omnino recollecti, & in horreo reconditi, instar vsufructuarii. argu. dicta. l. ff. si vsufructuarius. & in. l. defuncta vsufructuaria. ff. de vsufruct. docto. in cap. præsenti. de offic. ordina. lib. 6. & in cap. si propter tua. de rescript. eodem lib. & dicit eleganter Ioannes Fab. in. §. his verò. instit. de rerum diuisio. quòd attenta generali consuetudine regni Fran-
4 ciæ, in qua datur quòd vt fructus * ecclesiastici acquisiti transmittuntur ad hæredes, opus est vt post collectionem fructuum decedat clericus. Istud idem tenet glos. & Barthol.

thol.in.l.1.C.de annot.ciuili.lib.11.Ioan.And.in.d.c.pręsenti.de offi.ordi.in 6. Archid.in.c.statutum.in.§.assessorem.de rescrip.in 6.& glo.ordi.prag.sanct.in.§.item ꝙ si ecclesia.super verbo acquisitos.in titu.de annat.&hæc est communis resolutio,vt testatur Hostien.& alii doct.in.c. fina.de pecul.clerico.

Regula erit igitur talis,quòd rex * percipit fruct⁹ prælaturæ,nisi sint iam recollecti,leuati,& in horreo reconditi,quia tunc spectarent prælati hæredibus, ex consuetudine generali regni Franciæ per supradicta. 5

Secũdò intelligitur,dũmodo sint fructus qui renascantur,quia si non renascerentur non spectarent ad commissarios regis,vt in marmoribus & sylua,quæ non est cedua. tex.est in.l.diuortio.§.si vir.in fundo mulieris.ff.solu.matrimo.dixi superius.

Tertiò, etiam non habet locum in donis & fructibus, qui dantur episcopis ratione personæ & episcopalis dignitatis in iucundo aduentu, quia non reputatur de fructibus prælaturæ. Ita concludit Oldradus consilio.129. incipiente in quæstione qua quæritur.& pro hoc dicit esse textus in.l.Seio.§.medico.vbi docto.ff.de annis lega. & in.l.his verbis.§.alumno.de lega.3.idem tenent moder. in.d.l.diuortio.§.quod in anno,loquentes de Archidiacono,cui propter iucundum aduentum fiunt certa donaria à populo,quòd illa non cõnumerentur inter fructus. licet ibi contrariam opinionem tenuerint Baldus & Paulus de Castr.sed do.Alex.in dicto.§.quod in anno. resoluit hãc materiam dicẽs,quòd si præstatio illa esset vniformis,quæ non minus vel plus vno anno ꝙ̃ alio præstabatur,tũc spectarent ad regem,sed quando præstatio nõ est aliquo modo limitata, se penitus difformis, non reputatur sub numero fructuum, quia magis personæ & dignitati dantur

quàm respiciant fructus beneficii. Et cum illa decisione transeunt omnes in dicto. §. quòd in anno. argu. l. 1. §. penul. ff. si quid in fraud. patro.

6 Quartò, * non procedit in bonis mobilibus vel immobilibus publicatis ratione delictorum in iurisdictione episcopi existentium, quia confiscationes non comprehenduntur, quam quæstionem format Barthol. in. l. final. ff. soluto matrimo. & ibidem Alexand. de Imol. eandem, q. tractauit Iacobus de sancto Georgio in tractatu feud. in ver. de castro rubei montis. in secunda colum. & idem Baldus in. l. prima. C. de fructi. & liti. expē. & reassumpsit idē Baldus in. l. filio. in. §. si vir. ff. soluto matrimo. Angel. in l. si constante. in. §. quotiens. eodem titulo. idem nonnulli voluerunt dicere, quòd quia fructus confiscationis non renascitur, non spectat ad regem sicut nec ad vsufructuarium. arg. d. l. diuortio. §. si vir. suprà allegato.

Secunda fuit opinio aliorum dicentium, quòd quo ad bona mobilia, rex percipiet confiscationem mulctarum, & emendarum iurisdictionis episcopi: non autem immobilia, si tendant ad confiscationem, quia debent reseruari futuro successori: nihilominus communis schola doctorum in præallegatis locis est, quòd rex vt vsufructuarius debet percipere confiscationes, mulctas, & emendas, si quæ à tempore aperturæ Regaliæ acciderunt. Ratio est, quia vsufructuarius omnia emolumenta, & obuentiones quascunque percipit sine distinctione mobilium vel immobilium. textus est in. l. in vsufructu. ff. de vsufruct. titulo generali, præsertim quòd tales emendæ, confiscationes, & mulctæ, sunt iurisdictionis episcopalis, quæ mortuo episcopo sunt ipsius regis, donec homagium fecerit: quia comprehenduntur sub obuentionibus. quam etiam conclusionem tenuit

Chassa.

Chassa. in consilio. 61. incipiente, super facto mihi proposito oriuntur dubia. qui confirmat opinionem Barth. quòd ad regem, seu vsufructuarium, spectant confiscationes ex iurisdictione episcopi existentes. quia ex quo debentur propter rem, sunt in fructu. Et dicuntur fructus in quibus succedit rex.argu.l.Iulianus.§.si fructibus.ff.de actio.empti.& in dicta.l.diuortio.§.nõ solùm.ff.solu. matrimo.ita etiam concludit Franciscus de Aretio in consilio suo.161.quod incipit,longa est disputatio.col.1.facit in argumentum.l. fructus. de regul.iuris. dicens, quòd * 7
fructus est vtilitas ex re,vel propter rem quãcunque prouentens.quem ad hoc allegat Alberi.in rubric.C.de vsufructu.dicens, quòd in hoc comprehendit immobilia. idem tenet Specula.in titu.de locato.§.1.in fine.gl.not.in.c. generali.in verb.redditus.de electio.in 6.eadem glo.in cle.1. in glo.super verbo fructuum.de re.ecclesi.non alien.Propterea dicit glo.in.l.si vrbana.in glo. penultim. circa medium.ff. de conditio. indeb. quòd * omne lucrum, quod 8
non venit appellatione fructuum, venit appellatione obuentionum.

Neque obstat illud quod dicitur, quòd ea quæ non renascuntur,non sunt in fructu, per dictam.l. diuortio.in.§. si vir.ff.solu.matrimo. quia Barthol.in dicta.l.finali, eod. titulo.ff. eleganter respondet, quod licet fructus iurisdictionis non renascatur numero, scilicet ille qui semel est non iterum renascitur, sed alius eiusdem generis. ita & in confiscationibus contingere potest,quia plures possunt accidere confiscationes, licet non sint eædem in numero, tamen sunt eiusdem generis. ita etiam resoluit Roch. de curte in tracta.de iure patronatus. in glo.ipse vel is à quo causam habet.

Istud etiam non procedit in ventis,& laudemiis, quia si

iam contractus est perfectus ante mortem episcopi,debētur laudimia heredibus mortui episcopi, non autem regi: secus si sit adhuc in potentia contractus, & non deductus ad actum.ita pulchrè Guido papæ in.q.477. super verbo, vtrum proprietarius.& hoc tenet do.Chassa.in præallegato consilio.61.in 2.columna.hanc quæstionem format Ioan.Fab.in rubr.de empt.& vendi.vbi quærit si res censualis,vel feudalis sit vendita,nunquid eo ipso domino possit ventas,seu laudimia petere, quasi completa sit vēditio: & dicit quòd in hoc sunt attendenda verba cōsuetudinis regni. nam si domino debeātur laudimia, seu ventæ propter nouam inuestituram, certum est quòd non deberentur episcopo ex sola venditione verbali, quia non dicitur propriè alienatum,quod in dominio remansit.l.alienatū.ff.de verbo.signi. secus si deberentur ventæ, seu laudimia ex sola celebratione cōtractus,nec requireretur perfectio seu consummatio actus: quia tunc deberentur eo ipso, ipsi episcopo defuncto, non autem regi. ita concludit Ioan. Fab. in loco præallegato. argu.l. quidem.ff.de fideicommiss.liberta.

Vltimò non habet locum in emolumento sigilli episcopi, vel cameræ, vel curiæ: quia debet reseruari futuro successori. Et accipit capitulum sede vacante expensas moderatas,quas facit in edictis citatoris,& aliis necessariis pro electione facienda.text. est hodie pulcher in clemen.statutum.de electio.& latius habetur in.c. quia sæpe. de elect.libro 6.

Ratio dubitandi erat,quia cum vacante sede iurisdictio deuoluatur ad capitulum,vt in.c.vnico.de maiori.& obe. lib.6. & sic capitulum iure suo exercet iurisdictionem. æquum erat quòd ad capitulum pertineat emolumentum prouenięns ex illa iurisdictione,quia cùm sic accessorium

debet

debet sequi naturam sui principalis. vt in reg. accersoriũ. de reg.iur.in 6.

Ratio tamen decidendi fuit, quia capitulum habet custodire, & conseruare fideliter omnia bona quæcunque obuenientia tempore vacationis, futuro prælato, & sic administrat, non nomine suo, sed alieno, scilicet sedis vacantis, vnde sibi appropriando, dicitur malefidei possessor, & vsurpator. Ita dicit Archid.in.d.c. quia sæpe. facit in argumentum.l.interdum.§. qui tutelam.ff. de furtis.& l. qui fundum.§. si tutor. ff. de emptio. & venditio. sicut tutor habet exercitium tutellæ, & bonorum pupilli,& tamen reddit rationem finita tutella. Aliam rationem assignat glo. in.d.cle.statutum, videlicet vt eo citius canonici sint intenti circa electionem celerem,& cognoscant iurisdictionis emolumento se carituros. pro quo facit.c. vbi periculum.§.prouisionis.de elect.in 6. Nec est verum dicere, quòd capitulum exerceat iurisdictionem nomine alieno, imò proprio, scilicet ecclesiæ & capituli.vt patet in clemen.multorum.de hæretic. in dicto.c.vnico.de maior. & obed.lib.6.

Sed maius dubium incideret de bonis communibus inter episcopum & capitulum. nunquid illa bona quæ non sunt discreta teneatur capitulum seruare successori,an verò mortuo prælato, totum ius resideat penes capitulum. Archid.in dicto.c. quia sæpe. tenet quòd totum illud remanet in dispositione capituli. allegat.l. sicut.§. final. ff. quòd cuiusque vniuersita. nomine. & quòd idem no. Innocen.in.c.1. ne sede vacante. Tamen communis resolutio est in oppositum, & dicunt docto. quòd sicut bona erant communia tempore quo cepit vacare sedes, sic adueniente successore erunt cõmunia.arg.l.verum.§.in hæredem.ff.pro socio. pro quo adducitur textus in dict.c. quia

sæpe. vbi veniunt bona vndecunque obueniẽtia. Est enim capitulum instar tutoris, vel procuratoris, qui habent liberam administrationem: tamen non faciunt fructus suos, l. à tutoribus. § .fi. ff. de administra. tutor. Vnde pars prælati debet dimitti donec aduenerit successor. argu. l. si duo. in fine. ff. de administra. tutor. Quãdo autem dicuntur bona discreta inter episcopum & capitulum. latius habetur. in. c. edoceri. de rescript.

Et quia superius diximus, quòd aperta Regalia est in optione regis, vel officiariorum suorum, stare colonis per episcopum mortuum commissis, vel eos expellere,
9 & dare ad firmam. Ista quæstio est pulchra, vtrum * successor in prælatura teneatur stare colono, & locationi factæ per eum qui decessit, præsertim quando locatio facta est ad quinquennium, & recepit mortuus episcopus pensionẽ totius temporis ante tempus locationis finitum. hãc quæstio. tetigit Inno. & do. Abbas in. c. fina. ne prælat. vices suas. eandẽ. q. tractauit Cy. in. l. iubemus. la. 1. C. de sacrosanct. eccle. Bal. notabiliter in. l. defuncta. ff. de vsufructu. & idem in. l. emptorem. C. locati. Petrus de Anchara. consil. 116. incipiente, in Christi nomine secundum ordinem dubiorum, & quidam in hoc dubio dicebant, quòd ex quo locatio ad modicum tẽpus iuris dispositione permissa est. tex. in cle. prima. de rebus ecclesiæ non alienand. aliàs deciperentur cõductores iuris authoritate quod esse nõ debet. l. prima. C. de his qui veniam æta. impetra. Item cùm temporalitas momento duret apud regem, debet potius facta episcopi mortui quæ cedunt in vtilitatem episcopatus tueri, quàm impugnare. c. primo. de solutio. præsertim cùm videmus, quòd contractus & dispositiones debent esse perpetuæ, licet expiret officium & potestas illius qui iniuit. l. 1. ff. quando ex fact. tutor. c. fi. de officio vicar.

l. gesta.

l.gesta.C.de re iudicata. in contrarium tamen est veritas, quia rex * durante Regalia non causat ius suum à præde- 10
cessore episcopo mortuo, sed habet nouum ius omnino distinctum & separatum proprium iure Regaliæ. & sic non tenetur stare locationi.argu.d.l.emptorem.C.locat.secus est in hærede vniuersali, qui representat defunctum.vt est tex.vulgatus in.l.viam veritatis.C.eod.tit.

Secundò considerata natura defuncti episcopi, qui non est dominus rerum locatarum, sed vsufruct.gl.in.d.c.præsenti.de offic.ordi.in 6.locatio autem vsufructuarii, resoluitur finito vsufructu.l.si quis demum.ff.locat. Propterea dicitur, quòd resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris.tex.in.l.lex vectigali.ff.de pignorib.

Tertiò, quia sicut non potuisset episcopus aliquid conferre expressè vltra tempus suum.l. eum qui.§.fi.ff. de iurisdict.omni.iud.sic nec tacitè per locationem.argu.l.quæ ad certum.ff.locat.

Quartò, quia obligatio non continens beneficium, sed personam episcopi, vel alterius ecclesiastici, non afficit res vel bona beneficii: nimirum si rex non teneatur stare colonis, sicut nec emptor colonis venditoris.hanc rationē posuit Petr.de Anchar.in.d. consil.116.in 2.col.aliàs aperiretur via grauaminibus ecclesiarum, quia episcopi recepta mercede locationis postea renuntiarēt, vel decederēt, vel optarent & relinquerent beneficia onerata officio, siue beneficio.contra.c.quanto.de diuortiis.

Quintò, quia rex * non est necessarius successor episco 11
pi, sed voluntarius: vnde potest concedere cui voluerit, sic non tenetur stare colono.dicit glo.in.d.l.diuortio.in glo. magna.ff.solu.matrimo.quam glo.reputat Bald. singul.& idem tenet do.Alexan.in.l.si filio.§.si vir.in quinquēnio. in prima colum.ff.eodem.

12 Sextò, quia vbi res * locata deuenit ad fiscum, fiscus nõ tenetur stare contractui locationis illius, cuius erat res cõfiscata. ita eleganter decidit Bal. in. l. si fundus, in apostil. ff. locat. & idem repetit Bald. in. l. si merces. §. 1. in reportatis. eodem titu. simile habetur in. l. valerius. ff. de iure fisci, licet confiscatio dicatur alienatio necessaria. Ex quibus concludendum est, quòd rex nõ tenetur stare contractui, vel locationi episcopi defuncti in temporalitate sibi aquisita ratione Regaliæ, sed dependet à voluntate sua, vel sequi contractum si sit vtilis ecclesiæ, vel de nouo ad firmã concedere.

Comprobantur supradicta alio exemplo si rex teneretur ratos habere cõtractus factos per episcopum vita eius comite, accederet incõueniens quòd eius officiales videntes eum in extremis constitutum facerent tales contractus per eum fieri, vt postmodum durarent post mortem ipsius contra vtilitatem ecclesiæ & in fraudẽ Regaliæ, quod non est tollerãdum. arg. l. filiæ. ff. solu. matri. ita notabiliter colligitur ex verbis Cyni in. d. l. emptorem. & videtur tex. in l. in vendicatione. §. 1. ff. de bon. author. iudic. posśid. ibi, sine dolo & culpa.

Vnum tamen non est omittendum, quòd si conductor pro obseruantia locationis habet ex conuentione obligata bona locatoris, vel saltem fundũ locatũ, non potest expelli à singulari successore, quia habet ius in re hipothecata, saltem ius vtile. ita singulariter tenuit Bald. in. l. 1. C. de fructib. & liti. expensis. in versi. sed pone maritus. & in. d. l. si merces. §. primo. in reportatis antiquis. do. Abbas in. c. fina. ne prælat. vices. Paulus de Castro in. d. l. qui fundum. ff. loca. subiiciens vnum notabile verbum, quòd quando pro locatione est obligata res locata conductori, quòd etiam pro vsu suo non potest expellere inquilinum. & isto

casu

casu non militabit dispositio.l.edem.C.locat. idem reassumpsit.do.Alexan.in.d.l.si filio.§.si vir.in.2.col.ff. solu. matrimo.

¶Summarium 31. priuilegij.

1 *Constitutiones ecclesiasticæ,ecclesiarúmque statuta nõ refragãtur,quominus rex iure Regaliæ pro libito uoluntatis utatur.*

2 *Ius Regaliæ non causat rex à summis pontificibus,sed ab uniuersali sinodo.*

3 *Papa non potest auferre aliquid laico,etiam cum causa.*

TRicesimumprimũ priuilegium est,quòd * constitutiones Apostolicæ, vel statuta, & consuetudines ecclesiarum,non astringũt regem,quin possit vti& frui pro libito voluntatis iure suo Regaliæ.hanc quæstionẽ videtur expressè formare Domi.de sancto Geminia.& Petrus de Anchar.in.c.2.de præbendis,lib.6. vbi tenent, quòd beneficia spectantia ad regem Franciæ sede vacante,non subiiciuntur cõstitutioni.d.c.2.quo cauetur,quòd beneficia vacantia in curia Romana sunt reseruata sedi Apostolicæ,nec possunt per ordinarios cõferri.& refert ibi Io.Monachi,quod temporibus.Nicolai tertii fuit lõgua questio inter docto. ꝙ ibi firmat Probus apostillator. 1

Prima ratio est,quia * istud ius Regaliæ non causat rex à summis pontificibus,sed ab vniuersali synodo Romana,in signum recognitionis,& remunerationis, quòd Carolus magnus ecclesiam Romanam à faucib⁹ Desiderii & Astulphi liberauerit,vt est text.in cap.Adrianus, & in.c.ego Ludouicus.§.idémque.63.dis.& in.c.sinodo.16. q.1. vbi rex reseruauit sibi ius inuestiendi præsules, loco cuius inuestituræ successit ius Regaliæ. ita multum ele- 2

gãter testatur Guillel.Bened.in sua repeti.c. Raynutius. in ver.& vxorem,nomine Adelasiam.& Henr.Boic.in.c. præterea.de iure patro.& latissimè in Apostil.Benedi. in loco superius allegato. vnde videtur quasi deductum in contrarium tale ius Regaliæ occasione remunerationis, quod non potest alterari etiam per ingratitudinem.tex. in l.si pater.§.1.& in.l.Aquilius.ff.de donatio.idem tex.in.l. Titius puerum.ff.de obsecq.à libe.patrono præstan.

Secundò accedat regula, quam determinat solenniter Paul.de Castro in consil.281.incipien.in Christi nomine. primum dubium procedit in penult.colum.latè cano.in.c.
31 1.de proba.& in.l.Cæsar.ff. de publica. dicentes, quòd * papa non potest aliquid auferre laico,etiam cũ causa de iure suo,directè,vel indirectè,cum sit actus iurisdictionalis, qui non exercetur in non subditum,argu.c.per venerabilẽ. §.insuper,qui fil.sint legitimi.ita etiam concludit Fely.in c.quæ in ecclesiarum.in.10.col.in verbo,tertia declaratio. de constitu.istud idem tenet do.Abbas in.c.venerabilem. in.4.no.de electio.quòd papa non potest laicis aliquid diminuere de iure sibi competenti,ex antiqua cõsuetudine.

Arest. Propterea cùm occurrisset quæstio pro præbenda theologali Meld.iudicatum est regem non teneri obseruare illã qualificationem præbendæ theologalis,sicut nec nominationem graduatorum,aut aliorum.vt est glo.pulchra & notabi.in.§.item quo ad dictas duas partes.in verb. ecclesiastico.in tit.de collatio.in prag.sanctio. idem text.in.§. itẽ quòd dicta quinta pars.ibi,acceptis beneficiis quorũ collatio & prouisio ad regem iure Regaliæ spectant.in tit. de Annatis.Nec etiam astringitur ad conferendas dignitates canonicis præbendatis,vel creatis,quia per indirectum auferetur libertas conferendi sua beneficia pro libito voluntatis.Nam vbi aliquid debetur iure proprio,grauamen &

onus

onus reiiciendum est.argumen.l. quoniam in prioribus. C.de testa.

Tertia ratio est,quia ex quo non est rex de foro summi pontificis,nec ratione personæ, nec ratione causæ, non potest per suas constitutiones, vel statuta ecclesiarum per ipsum confirmata præiudicare iuri iam quæsito regi. ista est elegans decisio Inno.in.c.inquisitioni.de senten.excõ. quem sequitur Alex.in consil.3.in.1.colũ.in 2.volu.idem Panor.in consil.28.incipien. in causa communis castri. in 2.vol.vbi refert fortius,quòd si ius alicui laico concessum est, non potest papa per sua statuta,vel mandata,tali iuri præiudicare.

¶Summarium 32.priuilegij.

1 *Resignatio facta in fauorem certæ personæ, & non aliàs,nõ facit quominus rex aperta Regalia alteri conferre possit.*

2 *An resignatio facta in fauorem certæ personæ ualeat.*

3 *Verba debent magis impropriari, ut actus ualeat quàm pereat.*

4 *Præsumptio illa accipitur quæ uitium euitat.*

5 *Clausula apposita per notarios,non debet nocere partibus.*

6 *Natura resignationis,est ut sit pura.*

TRicesimumsecundum sequitur præclarum & illustre priuilegium, quòd * si resignatio est 1 facta in fauorem certæ personæ,& non aliàs, aperta Regalia potest rex alteri cõferre,quàm illi in cuius fauorem resignatio facta est,& tenet collatio regis. Istud fuit decisum per arrestum latum, de præbenda Beluacensi, die septima Septembris, millesi.388. Arestũ.

Hæc quæstio orta est similiter in palatiis tempore

quondam memoriæ Georgii de Ambasia,in regno Franciæ à latere legati: vbi ventilata est hæc materia, vtrum
2 resignatio * facta in fauorem certæ personæ valeret,vel censeretur symoniaca. quam quæstionem posuit imprimis domi. Abb.per illum textum,& glos.in cap. ex parte. de officio delega. in verbo omnino. eandem quæstio.tractat idem Abbas in.c.cùm vniuersorum. in prima oppositione.de rerum permuta.Innoc.in cap.tua nos.de symonia. idem Nicol. de milis in suo reperto. super verb. renuntiatio beneficii. Oldrad. consil.324. colum.1.in verb. item fuit ad certum.idem Fely.in.c.ad audientiam.le.2.de rescriptio.

Et prima facie in secreto iuris videretur posse teneri, quòd resignatio facta in fauorem sit valida& admittenda: pro cuius fortificatione reperitur decisio formalis Archidia.in cap. quicunque.1.q.1.vbi dicit,quòd dummodo sit idoneus ille in cuius fauorem resignatio facta ad commodum alicuius,non facit quem symoniacum. Etiam si progrederetur ad actum renuntiandi, dummodo non sit progressum ad actum paciscendi.istud idem tenet Ioan.And. & Fely. in.d.c.tua nos. vnde dicit eleganter Fely. in.d. c.ad audientiam. in 4. conclusione, quòd in istis prohibitis ex constitutione ecclesię si non interuenerit pactũ,non sufficit sola voluntas ad incurrẽdam symoniam.Propterea quando quis renuntiat & gerit in animo, quòd talis sit successurus in beneficio suo, aliàs non renuntiaturus, sola voluntas non inducit symoniam.gl.in.d.c.ex parte,in verbo dimittere.& hoc sequuntur Hostien.& Antho.in.c.fi. de symonia. quemadmodum sola porrectio precum pro amico non facit symoniam,vt est glo.pulchra in.c. tuam. de æta.& qualita.

Secundò, non potest dici esse peccatũ,quando quis vult renuntiare

renuntiare beneficio suo,& consentit vt alteri conferatur: quia superior videtur solùm resignationem acceptare,non autē verba apposita in procuratorio,quæ habētur pro non adiecto.ita pulchrè deciditFederic.deSenis,in trac.permuta.q.29.& Nicol.deMilis in.d.suo repertor.super verb.renuntiare videtur.

Tertiò,quia * verba debent magis impropriari,vt actus valeat quàm pereat.l.pater seuerinam.§.conditionum verba.ff.de conditio. & demonstra.l.quotiens.de reb. dubiis. ff. & habetur in.l. sed.& si possessori. in.§. item si iurauero. de iureiur. vnde illa verba in fauorem deberent potius impropriari, vt intelligantur in fauorem benemeritorum in secularibus:in religiosis in fauorem religionis. præsertim data idoneitate & capacitate personæ, quia * præsumptio illa accipienda est quæ vitium euitat.text. in cap.fi, de præsumptio. & vbi factum potest esse bonum & malum,præsumitur esse bonum. ita Abb.Sicul. in ca.1. col.fi. de cler. non residenti.& Ioan.de Anan.& Fely. latè in.c.cum dilecti.de accusa. hinc est, quòd in istis resignationibus,quæ fiunt in curia Roma.vel coram legat.vel ordinario, solent procuratores præstare iuramentum, quòd nō interuenit fraus dolus,neque alia symoniæ labes.quòd multum ponderandum est secundum Fely.in.d.c. ad audientiam.col.tertia.in fine. vnde concluditur quòd voluntas;seu resignatio voluntaria,non inducit aliquam symoniam.d.c.fina.de symonia.& tenet gl. in.c.ordinationes, prima.q.prima,quæ expressè dicit,quòd renuntiare beneficio,vt tali detur, non est symonia.nec sufficit hæc sola spes mentalis,quæ non debet inficere actum,vt no.glo.fi. in.c.vnico.de cleric.non residen.

Quartò accedat, quòd * clausula apposita per notarios non debet nocere partibus,præsertim quòd ex stillo

ipſorum apponitur, quæ nihil aperatur, glo.eſt quam ibi ſequitur Cy.& Saly.in.l.fi.C.de fide inſtrumen.& Barto. pulchrè in.l.1.in 6.q.ff.de iure codicillo.vbi dicit, quòd ſi apponatur clauſula de conſuetudine notarii, nihil operaritur,cum non fuerit appoſita ex deliberatione reſignantis vel teſtantis.& hoc ſequitur And.Barb.in conſi.42.col.10. præſertim quòd in quibuſdã procuratoriis apponitur illa clauſula,ſub beneplacito ſummi pontificis,vel eius legati, aut alterius ad id canonicã poteſtatẽ habentis,quæ clauſula multũ iuuat,vt refert& ſequitur Io.de Ana.in.c.audiuimus,col.2.de colluſio.deteg.His omnibus habetur in conſideratione forma,quæ dat eſſe rei.l.Iuli.ff.ad exhib.quòd antequam cõferatur beneficiũ parti ſupplicatur benignè ſummo põtifici,legato,vel ordinario,aut alteri ad id poteſtatem habẽti,ſibi conferri beneficiũ in eius manibus reſignatum,& reſignationem admittit ſuperior ſolum habito reſpectu ad ſupplicationem, & quòd intentio reſignantis eſt talis.Non autem habetur ratio ad clauſulas poſitas in procuratorio quæ tanquam ſuperfluæ reiiciuntur.argu.c. fina.de conditio.appoſit.

Contrarium tamen fuit deciſum per arreſtum ſupremæ curiæ,pro quo ſtringit imprimis tex.ĩ.d.c.ex parte.de off. deleg.vbi renũciatio facta ab auunculo,de archidiaconatu,vt conferatur nepoti,aliàs non reſignaturus, non valet, vt declarat tex.ſuper verb.quod omnino dimitteret.idem tex.in.c.dilectus.in verb.liberaliter reſignauit.de præb.idẽ tex.in.c. deliberatione.in.§.prohibemus.in verb. in illius manibus liberè reſignare. de offi.lega.lib.6.per quæ iura vbique habetur,quòd reſignatio debet eſſe ſimplex,& non in fauorem certæ perſonæ.

6 Facit ſecundò, quia * natura reſignationis eſt, vt ſit pura, ſimplex, ſine modo,& conditione.tex.eſt in.c.quàm pio.

pio.2.q.prima. in.c.pactiones. de pactis. vnde apponere clausulam in fauorem certæ personę,est adiicere certum modum,vel conditionem in resignatione cōtra naturam resignationis simplicis.

Tertiò accedat glo.ordinaria in cap. Apstolica.8.q.1. quæ dicit,quòd non valet resignatio vt alteri conferatur. & assignat rationem,quia daretur occasio mediante resignatione eligēdi successores in beneficiis,quod est prohibitum.text.in ca. Moyses.8.q.1.in cap.peruenit. prima q.4.quæ dicit,quòd defertur potius carni & sanguini per auunculos,qui sunt cæci erga nepotes.Archid.in ca.non liceat.12.q.1.

Quartò,reperio ita tenuisse glos.ord.iuris ciuilis in.l. illa institutio.ff.de hæred.institut. volens quòd qui vult renunciare præbendam vt alteri conferatur,liberè renuntiare debet,non autem sub clausula in fauorem.& ita ordinatum est ex senatusconsulto Parisien.non attenditur tamen,quòd si simonia mentalis,vel quòd gerat duntaxat in animo,vt talis prouideat de bene.Sed quia est contra naturam resignationis simplicis, & ne hæreditate possideatur sanctuariū Dei per successorē, & quia procurator qui debet diligēter seruare fines mādati, nō potest aliter facere,quia si resignat purè & simpliciter, illud est contra tenorē mādati.Si verò resignet in fauorē talis,& nō aliàs aliter,nec alio modo est contra naturam resignationis.& astringit collatorem ad conferendum tali,cùm dependeat à sua mera libertate collatio beneficii.& sic in omnem casum vitiatur talis actus.& quòd dicitur symoniacè renuntiare,hoc expresso quòd alteri conferatur. tenet glo.in.d. c.ex parte,& Nicol.de Milis in.d.suo reperto.ī verbo renuntiatio beneficii symoniacè facta.Sed si hoc non exprimitur,licet immediatè agatur, non est symonia. ita tenet

Inno.in.c.tua.in fine.de Symonia. Neque est omittendũ pulchrum dictum Io. And. qui dicit, quòd est symonia, si tibi renuntio beneficium meum, vt tu amico, vel nepoti meo renuntias. ita elegãter no. Io. And. in.c.primo, de rer. permuta.in nouella.

¶ Summarium 33. priuilegij.

1 *Collatio regis potest sub conditione fieri, quando ignoratur quo tempore uacatio occurrit.*

2 *Papa non potest apponere conditiones in collatione sua.*

3 *Inferiores, purè debent beneficia conferre.*

4 *Conditio quæ tacitè inest, si in collatione exprimatur, non uitiat.*

5 *Alternatiua collatio non recipiatur, prout nec conditionalis.*

1 TRicesimumtertium priuilegium est, quòd collatio * regis potest fieri sub conditione, si nostris temporibus vacauerit beneficium, quando ignoratur quo tempore vacatio occurrit: licet ex dispositione iuris communis actus legitimi non recipiant diem vel conditionem.

2 Probatur, quia sicut * papa potest apponere conditiones in collatione sua, vt dicit gl.in.c.si gratiosè.de resc.in 6. & in.c.pastoralis.7.q.1.ita & rex potest vti illa clausula in sua collatione, cùm nõ recognoscat alium in superiorẽ, præsertim quando rex confert sub modo diuinorum dicendorum talis collatio recipitur.

3 Quod non procedit in inferioribus collatoribus qui * debent beneficia conferre purè.c.fin.de pact.c.quæsitum, de rer.permuta. idem tex.in.c.2. de elect.in 6. vbi electiõ conditionalis, vel alternatiua, non valet: sed intelliguntur

supradicta

supradicta quantum ad inferiores collatores, quod * si in 4
collationibus beneficiorum apponatur conditio quæ tamen inest, etiam si exprimatur, non vitiat, neque immutat actum. ar. l. muto. §. sub conditione. ff. de tutel. vnde potest ordinarius conferre beneficium si vacat, vel si est idoneus. l. 3. de lega. primo. ita concludit do. Abbas in. c. significasti. de electio.

Secundus casus est, in quo potest apponi conditio per inferiorem collatorem, quando exprimitur onus vel qualitas quæ inest beneficio, ita do. Abbas in. c. significasti. de præbend. vt in præbenda Theologali, quæ datur ad onus residentiæ lecturæ, & prædicationis. vt est tex. & glo. in c, primo. §. sequuntur. in ver. voluerint. in tit. de collat. in pragma. sanctio.

Vnde dicit Panor. in. d. c. significasti, quod episcopus cõtulit vnam ecclesiam curatam sub conditione, si resignauerit primam, tenet talis collatio, quia hæc conditio tacitè inest. c. de multa. de præbend.

Tertius casus est, quod potest apponi conditio. 7. in spiritualibus, videlicet quia potest aliquis recipi in canonicum hoc acto, & sub conditione, quod sibi conferatur prima præbenda vacatura, quæ conditio admittitur, quia nihil est aliud exprimere quàm quod tacitè inest, neque est symonia. glo. est in. c. ad audientiam. le. 2. in gl. 3. de rescri. ita do. Abbas in cap. relatum, in glo. 1. de præbend. glo. in. c. cum M. Ferrariensis, in ver, perciperent, de constitutio. & idem alibi gloss. & Abbas in cap. olim. le. 1. de restitutio. spoliato.

Non est tamen prætermittendum, quod * licet alterna- 5
tiua collatio, sicut nec conditionalis non recipiatur. d. c. 2. de elect. in 6. & hoc propter incertitudinem: tamen si agatur de beneficio cõferendo, & dubitetur ad quem spectet

collatio, tunc potest in beneficiis conferendis fieri vt alternatiuè per eos, & alternis vicibus conferatur. ita dom. de sancto Geminia. in c. cùm in illis. de præb. in 6. facit gl. in. c. 1. §. item quòd omnia. in tit. de collatio. in prag. sanct. in verb. faciendæ. quæ refert, quod rex & episcopus conferunt præbendas sancti Thomæ de Lupera apud Parisium alternatiuè, sicut videmus, quod patroni laici possunt facere vt alternatis vicibus præsentent. vt est tex. in glo. in cle. plures. de iure patrona. & in. c. cum autem. & in. c. quod autem. eo. tit. extra de iure patro.

¶Summarium 34. priuilegij.

1 *Regalia non aperitur in episcopi translatione, nisi à die præstiti consensus translati.*
2 *An Regalia translatione facta censeatur statim aperta.*
3 *Miles translatus quando gaudeat militari priuilegio.*
4 *Legatum recta uia transit in legatarium.*
5 *Translatio episcopi spectat ad summum pontificem.*
6 *Actualis uacatio requiritur ut Regalia aperta dicatur.*
7 *Quis non dicitur translatus, nisi possessionem sit adeptus.*
8 *Nemo inuitus crescere cogitur.*
9 *Dos non potest esse sine matrimonio.*
10 *Pura promissio dotis intelligitur si nuptiæ fuerint sequutæ.*
11 *Papa non potest episcopum inuitum transferre.*

1 TRicesimumquartũ priuilegium est, quòd * in translationibus episcoporum, vel archiepiscoporum non censetur aperta Regalia, nisi à die præstiti consensus, illius qui vult trãsferri, & postquã absolutus fuerit à priori vinculo episcopatus. ista fuit decisio tẽporibus Vrbani papæ, pro Cenomanensi ecclesia, ex eo quòd Gaufridus

dus episcopus Laudunensis petebat trãsferri ad ecclesiam Cenomanensem. postea autem mutauit propositum, propter quod scribit Vrbanus papa Carolo illustri Francorũ regi, vt nõ permittat ratione Regaliæ fieri nouitatem, sub data àpud sanctum Petrum. 11. Calend. Nouembris.

Et licet aliàs hanc quæstionem in prima editione in 13. priuileg. in fine tetigerim, tamẽ vt veritas aperiatur huius materiæ, quę solet sæpè occurrere, decreui, eã amplius examinare. Punctus difficultatis consistit, vtrum * Regalia 2
statim trãslatione facta sit aperta, vt vacare videatur sedes, an verò à tempore absolutionis à priore ecclesia, & cõsensus præstiti. hanc. q. format Ioan. Mona. in. c. generali. ibi, sed quæro. de elect. lib. 6. & Ioan. Andr. in. c. quòd ob gratiam. de regu. iur. in mercurial. loquentes expressè, & specificè de Regalia. idem disputauit Aegid. Cremonẽ. in disputationibus suis, loquẽs de Bononiensi episcopo ad Rauenaten. translato. & arguendo ad partes.

Prima facie videretur dicendum, quod statim quòd est episcopus translatus per summũ pontificem, quòd debeat dici ius Regaliæ apertum incontinenti, non expectando consensum episcopi. istud probatur imprimis per. l. 1. in fi. ff. de bono. possess. ex testa. milita. vbi * miles translatus de 3
vno numero ad alium, licet nondum peruenerit, gaudet incontinenti priuilegio militari: non expectando, quòd sit aggregatus numero alterius militiæ. Facit tex. in. c. si tibi absenti. de præbend. lib. 6. vbi collatio facta absenti, etiam non expectato quòd consenserit, ligat manus ordinarii, vt non possit alteri conferre. & acquiritur ei, cui collatio facta est, licet nondum possessionem apprehenderit.

Secundò facit, quia * legatum recta via transit in legatarium. l. à Titio. ff. de furt. l. cùm pater. §. surdo. de lega. 2. 4

Accedat & aliud, quia * trãslationes episcoporum spe- 5

ctant ad summum pontificem, qui potest trásferre de vno episcopatu ad aliũ. vt est tex. in. c. inter corporalia. de trãslat. episco. & in. c. nisi cùm pridem. § . 1. de renunc. idẽ tex. in. c. pastoralis. 7. q. 1. incontinenti igitur quòd papa apposuit manum, & transtulit, censetur vera vacatio, ita quòd ad regem pertinet ius Regaliæ.

6 In contrarium tamen est veritas, quia * requiritur actualis vacatio, nec sufficit destinatio ad vacationem, nisi realis possessio sequatur de consensu episcopi translati.

Stringit imprimis quia de necessitate requiritur, quòd episcopus sit absolutus à priori vinculo episcopatus, antequam dicatur verè translatus. textus est formalis, in. c. bonæ memoriæ. le. 2. de postul. prælat. tex. in. d. c. inter corporalia. de transla. episcopi.

7 Secundò * nunquam dicitur quis translatus, nisi possessionem habuerit. tex. in. c. si quis translatus. 21. q. 2. vnde sicut in matrimonio carnali initiatur, formatur, & cõsumitur. in. c. licet. eo. titu. de transla. episcopi. Sic in matrimonio spirituali initiatur, firmatur, & consumitur per consensum ipsius episcopi. & quemadmodum partes nõ possunt resilire à cõtractu, nisi ex dissensu vtriusque. l. ab emptione. ff. de pact. l. 1. & 2. C. quando liceat ab empt. disced. ita etiam opus est consensu ad dissolutionem prioris contractus.

8 Fortificantur hæc, quia * nemo inuitus crescere cogitur. c. gesta. 74. distinc. quod firmat Probus in. c. generali. de elect. in 6. post Ioan. Mona. ibi, & in tracta. pensio. parte. 1. q. 26. ver. tum quia nemo.

9 Item sicut * dos non potest esse sine matrimonio. l. 3. C. de iure dotium. sic nec acquisitio secũdæ sponsæ spiritualis, nisi sit liberatus à prima. tex. in. c. 1. & 4. de secund. nup.

10 vnde diximus, quòd * quantumcunque sit pura promissio,

sio,intelligitur semper si secutæ fuerint nuptiæ.l.stipulationem.ff.de iure dotium.l.plerunque.§.si autem. eo. tit. Proterea in legato & in re donata semper intelligitur,si voluerit acceptare legatarius vel donatarius.l.si ita legatum. §.illi si volet.ff.de lega.primo.glo.in.c.pen.in.1.glo.de priuileg.quòd verba debent intelligi de consensu translati,& non aliàs.istud multipliciter format Probus in tract. pensio.parte.1.q.30.ver.consequēter.Præterea facit,quia si aliter diceremus, sequeretur quòd papa volens propter benemerita honorare episcopum,& sibi placere,transferendo illum de vna ecclesia ad aliam,quòd fieret in eius gratiam, retorqueretur in eius læsionem.l.quod fauore.ff.de legib.d.c.quod ob gratiam.

Confirmantur prędicta,quia * papa non potest inuitum episcopū transferre. vt hodie est prouisum in concilio Seno.quod ponitur per Abbat.Panor.in.c.fin.de confirma. vtil.vel inutili.& in disputa.suis Senonen.in disputatione prima,incipien.Episcopus & quidā rector.quia aliàs turbaret totam ecclesiam,vt latius habetur in cap.per principalem.9.q.3. 11

Neque aliquid facit.l.1.de bonorū possess. ex mili.testa. quia ibi constabat de suo consensu volendi vti priuilegio militari, licet non esset adhuc receptus. vt declarat Ioan. Andr.in.d.reg.quod ob gratiam.in.2.columna.subiiciens quòd ita vidit declarari in curia Romana,quòd per trāslationem non censetur vera vacatio,nisi à tempore præstiti consensus, & absolutionis à priori vinculo, quæ est de necessitate,vt suprà dixi.

¶Summarium.35.priuilegium.

1 *An per feloniam prælati Regalia dicatur aperta.*

2 *Vassallus priuatur feudo propter feloniam.*

3 *Confiscatis bonis propter feloniam sub uniuersitate bonorum, ueniunt beneficia & ius patronatus.*
4 *Tutor existens apud hostes, desinit esse tutor.*
5 *Vassallus qui reliquit dominum amittit omne dominium.*
6 *Prælatus per machinationem habetur loco mortui.*
7 *Clericus qui abest à sua ecclesia desinit habere administrationẽ.*
8 *Prælatus qui se absentat nõ incurrit priuationem ecclesiæ suæ.*
9 *Per confiscationem bonorum non intelligitur confiscatum ius patronatus.*
10 *Beneficia sunt spiritualia.*
11 *Viuentis nulla est hæreditas.*
12 *Vassallus non priuatur propter commissum donec sequatur sententia.*
13 *Appellatione mortis non comprehenditur mors ciuilis, nisi in casibus à iure expressis.*

1 Tricesimumquintum priuilegiũ est, quòd * per feloniam per archiepiscopum, aut episcopum commissam, & per apertam rebellionem in principem factam nõ dicitur sedes vacare iure Regaliæ, vt rex posit iure ipso Regaliæ beneficia interim vacantia conferre.

Hæc quæstio contigit in personã magistri Martini Dolet ex vna, & Michaelis Chartier ex altera, ratione canonicatus & præbendæ Carnoten. anno domini. 1523. 4. Februarii, propter Erardum de Marcha, Carnoten. episcopum, qui relicta confederatione regis rebellis se transtulerat apud hostes regni, vnde ortum est dubium in senatu Parisien.

Et prima facie videretur esse dicendum quòd sedes sit aperta per talem rebellionem & feloniam: quia certum
2 est, quòd * vassallus priuatur feudo propter feloniam, vt in. §.

in.§. vassallus si de feudo fuerit controuersia inter do. & agnatos.Bald.in.c.quæ in ecclesiarum.de cōstit.sicut feudum reuertitur ad dominum,&facit fructus suos dominus ratione feloniæ. ita rex ratione inobediētiæ & rebellionis faciet collationes beneficiorum quæ sunt in fructu, vt de illis possit disponere,quemadmodū si vacaret sedes, quia collatio connumeratur inter maximos fructus prælaturæ. glo.in.c.cùm olim.de maiorita. & obed.quod latè firmat Probus in tract.pensio.in.1 parte.q.28.

Secundò,facit quòd eleganter concludit Cardi. Floren. in cle.plures.in.8.q.de iure patro.quòd confiscatis * bonis 3
propter feloniam & maleficium sub vniuersitate bonorum, veniunt beneficia & ius patronatus, licet separatim non possit confiscari beneficium, tamen transit cum vniuersitate.allegat glo.pulchram.in.c.filiis.16.q.7.arg.c.ex literis.de iure patro.quam sententiam & opinionē sequuntur Ioan.And.& Abbas in.c.nobis.de iure patro.idem do. Abbas in.c.cùm laici.eod.titu.& in.c.quanto.in.3. col.de iudiciis.Istud idem tetigit Rochus de Curte,in suo solēni tracta.iuris patrona. super verbo ipse vel is à quo causam habuit,in 29.q.

Tertiò accedat,quia * sicut tutor existens apud hostes 4
desinit esse tutor.§.si ab hostibus. institu. de attilia. tuto. quasi mortuus ciuiliter.idem in prælato,qui est tutor ecclesiæ.c.ex literis.de pignorib.vt censeri debeat mortuus: quæ mors ciuilis æquipollet morti naturali,cū enim voluntariè cessit loco,cessio ille æquiparatur morti naturali,vt tradit glo.ordinar.in cle.ne Romani.§.fanè.in verbo moriente.de elect. Pro quibus accedat pulcher text. in.l.2.C. de infan.exposit.vbi Bald.inquit,quod vassallus * qui relinquit dominum, & discedit ab eo,amittit omne dominiū. 5
idem in ciue qui dimittit ciuitatem quam debet iuuare,

perdit omnem ciuilitatem, allegat. l. fin. ff. pro delicto. per quæ omnia probatur, quòd episcopus qui tanquam mercenarius cõfugit & dimittit oues in ruinã, & machinationẽ,
6 & conspirationem regis, * debet haberi pro derelicto: & veluti in mortui locũ, rex debet succedere iure Regaliæ, & dignitates, beneficiáque in ecclesia cathedrali conferre.

Accedat & alia glo. solẽnis, in. c. non oportet. de consecra. distinct. 5. in verbo proficisci. quæ dicit quòd * cleri-
7 cus qui abest ab ecclesia sua, desinit habere liberam administrationem. quam magnifaciunt docto. in. c. ex tunc. de cleri. non residen. & Corset. Siculus in singularib. incipiẽ. vagabundus.

In contrariũ stringũt multa, imprimis Bar. in extrauag. ad reprimendã. in glo. super verbo rebellando. vbi elegan
8 ter dicit, quòd * rebellis principi non perdit ea quæ habet à summo pontifice, puta beneficia, licet perdat ea quæ sunt iuris ciuilis. argu. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capit. diminutio.

Secundò, istam partem amplectitur Innocen. in. c. 2. de oper. noui nuncia. vbi tenet quòd si prælati recesserunt, tamen retinent ecclesias suas & priuilegia.

Tertiò, idem tenet Phil. Franc. in. c. si episcopus. de sup
9 plen. neglig. prælat. lib. 6. dicens, * quòd si prælatus se absentat, non incurrit priuationem ecclesiæ suæ. vnde si sint aliqui episcopi expulsi ratione partialitatis, non perdunt titulum beneficii, nec eorũ iura. & de hoc est tex. pulcher in cle. prima, de foro competen. allegat. c. 2. de arbit. & ca. olim. de iniur.

10 Quartò, facit glo. ordi. & notabilis. in cle. pastoralis. in verbo subiectæ, de re iud. quæ formaliter dicit, quòd * per confiscationem bonorum nunquam intelligitur confiscatum ius patronatus, neq; se extẽdit ad beneficia: idẽ tenuit glo.

glo.in.c.satis peruersum.56.distinct. quæ dicit quòd propter crimen læsæ maiestatis, filius non perdit beneficia quæ tenet,hoc sequitur Alexand.de Imol.in Apostil. ad Barto.in.l.quisquis.C.ad legem Iul.maiesta.idem not.Fely.Sandeus in cap.vergentis.in col.fin.de hæreti. & domi. Abbas in.d.c.quanto.in fine.de iudiciis.Imol.in.l.si insulam.ff.de verbo.obliga. qui subiicit, quòd hæc pars est de iure verior.

Mouetur inter cætera,quia * beneficia sunt spiritualia, 10
& idem in iure patronatu, quod est annexum spiritualitati. vt est tex.in.d.c.quãto. vnde iudex secularis tacitè vel expressè pronunciare non potest, directè vel indirectè, etiam cum vniuersitate bonorum.vt est text.in.c.tuam.de ordi.cognitio.sicuti videmus in.d.cle.pastoralis.in.§.rursus.in fine.vbi sententia imperatoris non trahitur ad feudũ ecclesiæ, quòd tenebat rex Robertus ab ecclesia. propterea dicit glo.in.d.c.satis peruersum.quòd clerici in beneficiis eorum sunt exempti à foro Cæsaris. & quòd non perdunt iura beneficiorum.

Secunda ratio,quia * viuentis nulla est hæreditas. in ca. 11
2.de conceß.præben,quàm rationem ponit dominus Cardi.Floren.in.d.clemen.plures.in.8.q.de iure patr. & semel hæres non potest desinere esse hæres.l.& si fine.§. sed Papinianus.ff.de minorib.

Tertia ratio, quia si prælatus existens apud hostes, etiã quòd contempserit regem & ecclesiam:si reuertatur ex dispositione iuris recipitur.textus est in cap. pastoralis.7. quæst.prima.sicut idẽ diximus in tutore dicto.§.si ab hostibus.institu.de Attilia.tutor.vnde necessario habes claudere quòd remanent iura penes eum,esto quòd se absentauerit,quia eo reuerso nõ opus est nouo titulo, neq; noua possessione.vnde dicit glo.super verbo reuocari.d.cap.

pastoralis. quòd in pristinum statum omnia restituuntur. & recuperat.

12 Quarta ratio, quia * vassalus propter commissum erga dominum ratione sacramenti fidelitatis, nunquam priuatur eius dominio, donec subsecuta fuerit sententia feloniæ. tex. est in l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci. & tex. in. c. licet si. de feud. fuerit cõtrouersia inter domi. & cognat. vbi Bal. vnde in delictis & maleficiis necessaria est semper causæ cognitio, antequam deponatur vel absoluatur à vinculo ecclesiæ, cui alligatus est, in. l. in criminali. C. de iurisd. om. iud. & hodie est tex. in spiritualibus, in cap. cum secũdum leges, de hæret. ĩ 6. qui loquitur de crimine læsæ maiestatis diuinæ. ita eleganter decidit Bal. in. c. quæ in ecclesiarum, in 7. col. de constit. Non potest igitur rex prætextu feloniæ, vel apertæ rebellionis, antequam id cognoscatur, & declaretur, prætẽdere ius Regaliæ in prælato, qui se apud hostes trãstulit, donec fuerit plenè cognitum per iudicem competẽtem, & depositus fuerit prælatus per sententiam: aliàs retinet omnia iura pristina sua, & beneficiorum, sicut supradictum est.

Fortificatur prędicta, quia est casus hic decidẽs ĩ. c. si qs laicus. 22. q. 5. vbi si quis laicus iuramentũ violando ꝓphanet, ꝙ regi & domino suo iurauit, & postea dolosè & peruersẽ eius regnũ tractauit. Episcopus, presbyter, diacon⁹ si hoc crimẽ cõmiserit, degradetur: & sic videm⁹, quod opus est degradatione antequã priuetur titulo & iure beneficiorum suorum, quem tex. magnificauit do. Guil. Bened. ĩ repet. c. Raynutius, in ver. & vxorem nomine Adelasiã, nu. 456. de testa. loquens de Cardinal. Balue. qui Ludouicum regem prodidit, dicens quòd pro tam detestabili scelere debebat degradari, & demum infulis cardinalatus & beneficiis exauctorari, de quo meminit Gag. lib. 10. histo.

regni

regni Franciæ.c.2.& nihilominus est huius sententiæ & opinionis.d.Bened.quòd tales episcopi possunt per regẽ suis officiis regiis priuari.& adducit pulchrum text.in.l. quicũque.C.de epis. & cle.& dicit,quòd ita sentit Archi. in.c.de forma.22.q.5.& potest rex tales episcopos à suo cõsortio expellere,vt patet ĩ veteri testamẽto.3.Reg.c.2. vbi Salomon pro conspiratione facta contra eum per Abiathar sacerdotem,vade inquit in Anatot ad agrum tuũ, & quidem vir mortis es,sed te non interficiam,quia portasti archã domini Dei.eiecit ergo Salomon Abiathar,vt non esset sacerdos Dei,sed propterea non priuantur titulis beneficiorum,neque iuribus eorum,sed solùm à facie & cõsortio principis.

Neque obstat, quòd per illam absentiam, quòd videretur habere ecclesiam pro derelicta,quia hoc indiget causę cognitione per summum pontificem expediẽda cui subiectus est, dicit Bar.in.d.extrauagan.ad reprimendam. quia fortè ex clausula necessaria recessit, neq; cẽseri debet mortuus ciuiliter, quia * nunquam appellatione mortis cõ- 13
prehẽditur ciuilis, sed solùm naturalis,nisi ĩ casibus à iure expressis.vt est glo.in.c.placuit.16.q.prima.& intelligitur semper de naturali morte.gl.in.c.susceptum.de rescrip. in 6.Bar.& alii in.l.ex ea parte.§.insulam.de verb.oblig.Ias. & moder.latè in.l.gallus.§.& quid si tantum.in.2. col. ff. de liber.& postu.

Neque facit tex.in.d.§.ab hostib⁹. quia vult, quòd si reuertatur recuperet integrè omnia.& est glo.in.d.c.pastoralis, quòd prælatus in hoc existens apud hostes nõ æquiparatur tutori,quia remanent apud eum omnia iura ecclesiæ,& beneficia per supradicta.& in multis differt prælatus à tutore,quia tutor est temporalis,Prælatus autem est perpetuus: & tutella est onus, prælatura verò est honor. &

¶Summarium. 36. priuilegij.

1 *Regalia semel aperta, semper durat donec prælatus actualiter iuramentum fidelitatis regi præstiterit, quod etiam præstat tutori si rex in infantia constitutus sit.*

2 *Rex nunquam moritur, sed semper uiuere censetur.*

3 *Si rex est infans, cui iuramentum fidelitatis debet fieri.*

4 *Rex ante pubertatem, debet applicare regni negotia per tutorem.*

5 *Rex non potest errare.*

1 TRicesimumsextum priuilegiũ est, quod * Regalia semel aperta semper durat, neque obitus regis superueniens expirare facit, donec prælatus iuramentum fidelitatis actualiter fecerit. hæc quæstio accidit temporibus Caroli sexti vacante ecclesia Siluanectensi, quæ erat aperta ante regis obitum. Cancellarius, & gentes consilii temporalitatem ad manum regiam posuerunt, & dixerunt Bailliuo, & locumtenenti Siluanecten. prout cauetur in commissione data Parisius, incipiente cancellarius, anno domini 1422. tertia die Nouembris. Nec mirum,
2 quia * rex nunquam moritur, & censetur semper idem rex. l. proponebatur. ff. de iudi. & regnum Franciæ transmittitur successione, non autem electione. cap. venerabilem. de electio. not. in cap. licet. de voto. Item accedit alia ratio, quia istud ius Regaliæ datur occasione coronæ, & regiæ dignitatis, quæ non moritur. c. quoniam Abbas. de offi. delega. c. si gratiosè. de rescript. in 6. quod tamen debet sanè interpretari in iuribus coronæ, in aliis autem si committeretur aliquid regi Franciæ, propter industriam, confidentiam, virtutem regis, eo moriente euanescit delegatio. ista est decisio Bal. multum singularis in ca. 1. §. hoc quoque.

quoque.circa 4.col.de successio.feud.in vsib.feud. dicens se ita consuluisse in causa ducis Sabaudiæ, qui de 44. castris feudalibus imperii compromiserat in regem Franciæ, sub nomine dignitatis appellatiuo, si mortuo rege expirauit compromissum, quia potest esse, quòd successor non erit talis qualis erat princeps. in quem compromissum factum est. istud idem reassumpsit Bald. in cap. primo, in titu. d. cap. de inuestitur. in maritum facta. & domini Iacobi de sancto Georgio, in sua feudali inuestitu. in princi. in. 2. col. istud dictum est adeo verum, quòd si rex Franciæ daretur tutor alicui principi impuberi, eo defuncto talis potestas non transit ad successorem in regno. ita pulchrè decidit Baldus in. l. fina. §. sed si quis. C. communia delega. & latius habetur per Bar. in. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulga. & pupilla. substitu.

Ex quo suboritur alia noua quæstio, si rex * Franciæ sit 3
infans, & prælatus sit paratus facere sacramentum fidelitatis, cui poterit facere, vt gaudeat sua temporalitate. ĩ quo dicendum est, quòd rex tempore infantiæ debet habere tutorem, cuius consilio regnum administrabitur: & talis tutor potest recipere prælatum ad sacramentum fidelitatis, & leuare manum temporalitatis illius prælati. argu. c. i. quo tempore miles, in vsib. feudo. ita expressè dicitur in vassallo, quando habet dominum infantẽ, quòd sufficit requirere tutorem ad faciendum iuramentum. tenet idem Iacob. de sancto Georgio. in verbo quiquidem inuestitus præstiterit iuramentũ fidelitatis. in. 13. col. in verbo
nũc vidẽdũ est, & ꝙ * rex ante pubertatem debeat expli 4
care negocia publica regni per tutorẽ suũ tenuit Bar. in. l. quidã consulebat. de re iud. ff. Oldrad. in cõsi. 52. incipiente, an tutella regis. Ioan. And. in addi. ad Specu. in titu. de tutel. & est tex. & ibi Dominic. in. c. grandi. de supplen. ne-

gligen. præla. in 6. loquens de rere Portugaliæ, cui datus est tutor, aliàs autem in 14. anno post pubertatem consequitur plenam regni administ ationem, & debet requiri à prælato, vt recipiatur ad sacramentum fidelitatis. ita fuit ordinatum in tribus statibus Turonis congregatis, & statuit Carolus quintus, quòd in 14. anno rex Fräciæ inungeretur & coronaretur, sicut vidimus quòd Hieremias, Daniel, Dauid, & Salomon in adolescentia vncti sunt, & Ioannes Euangelista cùm adhuc esset adolescens, à domino in Apostolatum electus est. tex. in. c. presbyter. §. & hoc regulare. 78. dist. ita declarat glo. pragma. sanct. in procemio. super verbo susceptione. idem Oldra. in consi. 52. mouetur, quia licet ratione ætatis sit inhabilis, tamen ex quo habet illud ex successione, redditur capax & habilis ad gubernandum & regendum iura sui regni: sicut dicitur in fœmina, quæ licet sit incapax in iudicando, tamẽ redditur capax, quando habet ex successione. textus in cap. cùm deuo
5 tissimam. 12. quæst. 2. & in cap. dilecti. de arbit. Item * princeps non potest errare propter multos sibi astantes, & officia in domo sua ordinata, vnde reputatur habere omnia iura in scrinio pectoris. l. omnium. C. de testa. & maximè discretio supplet defectum ætatis. cap. tuæ. de desponsa. impuber. l. vnicuique. C. de proximis sacro. scrinio. & hoc quod dicitur Lucæ 2. quòd puer crescebat & confortabatur plenus sapientia, & gratia Dei: quinimo necessarium est, quòd ipse assumat regimen propter dissentiones tutorum, destrueretur regnum. iuxta illud, Omne regnum in se diuisum desolabitur. & dantur assistentes sapientes, quorum consilio ipse regit: nimirum si prælatus aperta Regalia, debet requirere regem pupillum ad sacramentum fidelitatis recipiendum, vt leuetur sibi manus apposita.

Summarium

¶Summarium. 37. priuilegij.

1 *Rex recipit iuramentum fidelitatis per suos ambasiatores in curia Romana existentes, à prælatis in ea curia prouisis.*

2 *Quæ sunt de reseruatis in signum specialis priuilegii, nūquam possunt delegari.*

3 *Actus qui debet in principis conspectu fieri, non potest delegari.*

4 *Inuestitura & sacramentum uassalli per interpositas personas possunt recipi.*

5 *Beneficia ecclesiastica possunt per procuratores recipi.*

TRicesimumseptimū priuilegiū est, quòd × 1 extra territorium potest rex recipere per ambasiatores ab eo delegatos Romæ existentes, ad homagium & sacramentum fidelitatis, prouisos de episcopatibus vel archiepiscopatibus sui regni.

Hæc quæstio accidit in personam domini Iuliani cardinalis sancti Petri ad Vincula, episcopi Mādensis (postea in papam electus, & Iulius secundus vocatus) qui fuit receptus Romæ ad fidelitatem, pro dicto episcopatu. 22. Maii, anno domini 1479. ex delegatione specialiter facta per Ludouicum regem vndecimum. quam quæstionem tangit Ioan. Raynerii antiquus feudista, in. c. imperialē. §. præterea si quis maior. in titu. de prohib. feud. aliena. p Federic. eandem. q. tangit etiam Bal. & do. Cardi. Alexandrinus in. c. vnico. §. sed vtrum. in titu. per quos fiat inuestitu. idem do. Iaco. de S. Georgio, ĩ dicta feudali inuesti. super verbo quiquidē inuestiti præstiterunt iura. fidelitatis. idē pulchrè Bal. in. l. vnica, §. ne autem. C. de caduc. tollen. in prima colum. ratio dubii erat ista, quia videmus in emphiteosi, quòd dominus non potest recipere nouum emphi-

teotam,nisi per seipsum, casus est expressus in.l.fina. in fine.& ibi Saly. in.7.col.C.de iure emphiteo. idem dicendum in vassalo,quod non posit recipi ad sacramentum fidelitatis,nisi per regem,&non per commissarium,vel deputatum ab eo.

2 Secundò,quia * ea quæ sunt de reseruatis in signũ specialis priuilegii,nunquam possunt delegari,ista est magistralis decisio Bald.in.l.gesta.in.2.col.C.de re iudica.domi.Anto.de Butr.& Ioan.de Imol.in.c.quod sedes.de officio delega.Sed sic est,quod istud iuramentum fidelitatis reseruatur regi in signum specialis priuilegii,& sic nõ potest substitui quis ad illud recipiendum.

3 Tertiò,quia * omnis actus,qui debet fieri in conspectu principis,dicitur concernere industriam personę,nec potest delegari,ita pulchrè declarat Fely.in cap.cùm cõtingat.in final.colum.de officio delega.sed certum est,quòd istud sacramentum fiendum est in conspectu principis,& sic videtur non delegabile.

In contrarium tamen est tex. fortissimus,& ibi Bald. & Card.Alex.in ca.vnico.§.sed vtrum.in titul. per quos fiat

4 inuestitu.qui vult quòd * inuestitura & sacramentum vassalli posit recipi per interpositas personas,idem tex.& ibi Archid.in cap.tibi dominus.63.dist.

5 Secundò,quia videmus quòd * spiritualia beneficia ecclesiastica possunt recipi per procuratores,tex.in ca.accedens.de præbẽ. quòd autem inuestitura posit dari vel recipi per procuratorem.est tex.in.§.item sciendum. de notis feudo.idem tex.in.§.fina. de pace iuramen.firman. ita concludit dominus Iacobi de sancto Georgio, in præallegato verbo quiquidem inuestiti præstiterunt iuramẽtum fidelitatis,vbi expresse dicit,quòd si princeps est extra patriam, delegat specialem commissionem ad recipiendum inue-

inuestituras, & renouationes inuestiturarum, & possunt tales commissarii recipere sacramentum fidelitatis, vice& authoritate principis, & eos inuestire sicuti si princeps præsens & personaliter esset constitutus. & ita se resoluit Baldus in dicta.l.vnica.in.§.ne autem. & præsertim quia ista sunt merè voluntariæ iurisdictionis, quæ nullam requirunt causæ cognitionem, & possunt extra territorium exerceri. vt est tex.in cap.nouit. de officio lega. Barthol. & latè docto.in.l.extra territorium.ff.de iurisdictio.omnium iudicum. Neque obstat quòd dominus nouum emphiteotam debet per seipsum recipere. dicta.l.fina.C.de iure emphiteo. quia datur ibi solutio per Iacob.de Beluiso, quòd hoc ideo est, vt tollatur via conquerendi domino: & ne possit postea dicere, quòd non fuit sibi denunciatum, vel non consensit alienationi factæ per emphiteotam. ita declarat Card. Alexand.in dicto.§. sed vtrum. in vltimis verbis.

Ad secundum argumentum dic, quòd nihil facit in casu nostro, quòd ea quæ sunt reseruata principi in signum specialis priuilegii, non sunt delegabilia. verum est per eum qui à principe est deputatus, quando propter magnitudinem causæ, & dignitatem personæ aliquid committitur: quia tunc videtur electa industria personæ. ita loquitur.l.prima. de officio eius cui manda. est iurisd.l.solent.ff.de offic. proconsul. & lega. & in.l.final. C.vbi senator.vel clarissimi.facit textus in.l.prima,in verbo demandare.& ibi Baldus in 4.notab.C.de precib.impera. offerend. Bart. in dicta.l.prima, in penult. colum.ff. de officio eius cui manda. est iurisdict.glos. in cap.illud. 23.quæstione 4. idem in aliis habentibus iura principis. vt notat dominus Abbas in cap. in archiepiscopatu. extrà de raptor.

¶Summarium.38.priuilegij.

1 *Sufferentia uires præstationis iuramenti fidelitatis, quo ad claudendum Regaliam non habet.*

2 *Patientia intelligitur quo ad fructus, non quo ad collationes beneficiorum.*

3 *Tollerantia expressa fit per eum qui non recognoscit aliquem in superiorem.*

4 *Dissimulatio principis ex certa scientia habet uim dispensationis.*

5 *Tollerantia expressa non dat ius in beneficio.*

6 *In quibus requiritur solennitas, tollerantia nihil iuris tribuit.*

7 *Episcopus qui diu tollerauit beneficiatum, nō compellit eum ad ostendendum titulum.*

8 *Vassallus diu per dominū toleratus, uidetur inuestit⁹ de feudo.*

1 TRicesimumoctauum priuilegiū est, * quòd licet plerunque sufferentia, vel patientia æquipoleat homagio & fidelitati, tamē in materia Regaliæ sufferentia regis prodest quo ad percipiendos fructus terrarum episcopatus, non autem quo ad collationes beneficiorum vacantium in Regalia. Istud accidit in personā domini Zenonis episcopi Baiocen. cuius rex dedit dilationem pręstandi fidelitatis iuramentū, vsq; ad.8. Septemb. anno domi.1432. 10. die mēsis Maii, specialiter fuit cautū & decisum, ꝙ rex haberet ꝓuisiones & dispositiones beneficiorū quæ venire nō poterant pēdente dilatione. de aliis autē prouētibus dictus Zeno episcopus Baiocē. liberè frueretur. Idem fuit statutū in personā domini Hugonis Dorge, de Cathalen. episcopatu ad archiepiscopatū Rothomag. translati, aperta Regalia, per literas regias, ꝙ gauderet dictus Hugo de reuenutis & emolumentis dictæ tēporalitatis, reseruata regi collatione beneficiorum: prout habetur in regiis literis de data

de data vicesimanona iunii,anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo secundo.Simile fuit ordinatum in personã Patriarchæ Constãtinopolitani administratoris ecclesiæ Parisien.quòd * sufferentia & patientia intelligitur quo ad fructus,non autem quoad collationes beneficiorum.sub data apud Corbolium,tertia Augusti,temporibus Anglorum,prout registratur in registris cameræ compotorum,sed non facit mentionem de anno quo ordinatio facta fuit. 2

Dubium erat maximũ, quia si minori accideret feudũ, & dominus illi sufferentiam tradiderit, donec ad ætatem legitimam peruenerit, interim feudum retinet. text.in.c. vnico.§. si minori. & in.§.si decesserit. in titu.Si de feud. contro. sit inter feud. & agna. idem videtur in rege, quòd quando dat sufferentiam prælato, ille interim debet percipere prælaturæ fructus integros, & collationes beneficiorum rex.

Item quia quando * tollerantia expressa fit per eum qui 3
non recognoscit aliquem in superiorem, vt in rege Franciæ,papa,& aliis dat ius in beneficio. ita intelligitur textus in.c. literas.de supplen. neglig.prælatorum, vbi Hostien.exponit illud verbum patientia, scilicet expressa.no. Ioan.And.in.c.Michael. de filiis presbyter.do.Abb.in.c. quia circa. de consangui. & affinita. idem in tollerantia tacita, quia sufficit quòd de voluntate principis constet. no.per gl.& alios in.c.quando.de senten. excommuni.Io. And.in cle.si sumus.eo.tit.plus dicit Inno.in.d.c.quia circa.quòd * dissimulatio principis ex certa sciẽtia habet vim 4
dispensationis. vt est text.in.c.super eod.de cognatio. spirituali.Barto.in.l.idem vulpianus.ff.de excusa. tutor. & in l.quidam consulebat.ff.de re iudi.in aliis autem inferioribus * tollerãtia expressa non dat ius in beneficio, quia re- 5

quiritur causæ cognitio. vt not.gl.& Do.in.c.secũdo.de scismati. Et in.c.literas.de conces.præb.Præterea scien-
6 dum est quòd in his * in quibus requiritur solennitas, sola tollerentia nihil iuris tribuit,nisi hoc exprimatur.ita elegãter dicit Inno.in.c.fi.de eo qui furti ordines suscep. Io.And.in.c.primo,de ætate & qualitat.lib.6.& do.Abbas in.c.cum ex officii.in vlt.col. ibi,quod puto verũ,de prescrip.Propter quod dicendum est,quòd ex quo requiritur illa substantialis solennitas,vt coram rege sacramẽtum & iuramentum fidelitatis necessario præstet prælatus,illa tollerentia & sufferentia nõ tribuit ius quo ad collationes beneficiorum,sed sufficit,quòd aliquid operetur quoad fructus temporales episcopatus,aliàs in secreto iuris, sufficit nudus consensus,si semel princeps eum approbauerit per aliqua signa inuestituræ, vel traditionem annulli,vel per receptionem ad osculum, vel eum admittẽdo in actibus vt episcopum,videtur enim in tali qualitate approbare.ita decidit text.pulcher & elegans in.c.dilecto. de præbend.& in.c.ex ore.de his quæ fiunt à maiori parte capit. fortius dicit do.Abb. Panor.d.c.dilecto.in.1.col.quod
7 si * episcopus diu tollerauit subditum in beneficio, non potest eum cõpellere ad ostendendum titulum sui beneficii.ita pulchrè Io.And.in.reg.1.de reg.iur.in nouel. Hostien.in ca.licet hely.de simonia. Propterea alibi dicitur,
8 quòd * vassallus qui tenetur ad iuramentũ fidelitatis,si diu teneat rem,vt vassallus in præsentia domini legitimè inuestitus de feudo.videtur tex.in.c.1.de cõsue.rect.feud.& in c.vnico.quali.olim feud.poter.aliena. quam opinionẽ se-
9 quitur Fely.in.c.illud,in.col.de præsump.non * enim refert an aliquid fiat verbo vel facto.c.vt nostrũ.de appella. & de æquipollentibus idem est iudicium.l.fi.C.de institutio.& substitutio. sub condi.

Summarium

¶Summarium.39.priuilegij.

1 *Rex aperta Regalia, omnia beneficia ad collationem dignitatis episcopalis existentia, exceptis ecclesiis parochialibus, confert.*

2 *Episcopus in quacũque parte suæ diœcesis, habet fundatam intentionem beneficia conferendi.*

3 *Iudex exercendo unam partẽ iurisdictionis, in uno loco uidetur esse in quasi possessione iurisdictionis in uniuerso.*

4 *Omnes Basilicæ subiiciuntur diœcesano*

5 *Episcopus in quolibet loco suæ diœcesis potest sedere pro tribunali.*

6 *Quod accidit pignori, pignus est.*

7 *Collationes beneficiorum censentur indiuiduæ.*

8 *Comitatus Tholosanus, licet sit extra regnum, debet tamen regulari secundum leges regni.*

TRicesimumnonum priuilegiũ est, quòd rex * 1 omnia beneficia extra ciuitatem consistentia in diœcesi tamen episcopi cõstituta, demptis parochialibus ecclesiis, liberè conferre potest, sicuti episcopus mortuus, occurrente vacatione si viueret, de illis prouidere potuisset. in cuius locum ipsa rex iure Regaliæ subrogatur. ita fuit latum arrestum pro domino Andrea dict. paste, contra Adamum Lathomi presbyterum, pro capellania sita in cymiterio de Videnayo Melden. diœce. pronunciatum. 24. Decembris, anno domini millesimo. 361. & sic habet rex fundatam intentionem pro capellaniis & beneficiis simplicibus, in qualibet parte diœcesis, de his quæ spectant ad episcopum. Arestũ.

Istud arrestum est conforme iuri communi, quia * 2 episcopus in qualibet parte suæ diœcesis, habet fundatam

intentionem conferendi quæcunque beneficia. vt est tex. in.c.nouit.de offi.iud.leg.vbi do. Andr. Barba. dicit eleganter, quòd vbi iurisdictio vniuersalis concernit plura territoria, censetur tota esse indiuidua, respectu cuiuscun que territorii.allegat.c.pastoralis.de appellatio.& præclarum dictum Inno.in.c.dilectus. de capel.monachorũ.vbi
3 dicit, quòd iudex * exercendo partem iurisdictionis in vno loco, videtur esse in quasi possessione iurisdictionis in vniuerso. istud refert & sequitur Bal.in.l.2.C.de seruitutib. & aqua.& do. Abbas in.c. primo, de relig. domib. Sic ergo rex habens ius conferendi in ciuitate, principaliter in ecclesia cathedrali extendit iurisdictionem volun tariam collationis in quolibet territorio diœcesis episcopalis, quo ad simplicia beneficia.

4 Secũdò accedat regula, quòd * omnes Basilicæ subiiciũtur diœcesano in.c.omnes Basilicæ.16.q.7. & in.c.regẽda. 10.q.1.vnde quatenus est permissum authoritate regia, sicut potest in ciuitate, ita & in omnibus locis dependentibus ab ea, quæ spectarent ad episcopum.

Tertiò facit pulcher text. in.c.cùm episcopus, de offic,
5 ordinar.vbi * episcopus in quolibet loco diœcesis potest pro tribunali sedere, & liberè exequi quæ ad ipsius spectát officium . idem in archiepiscopo circa suam propriam diœcesim.in.c. litigantes. eo.titu.lib.6. Si igitur episcopi, & archiepiscopi, in qualibet parte diœcesis possunt ea quæ sunt contentiosæ iurisdictionis exercere, à fortiori poterit rex ea quæ sunt iurisdictionis voluntarię, vt sunt collationes beneficiorum. vt est text. & ibi Bald.in.l.2.ff.de offic. proconsul. & lega. Domini. de sancto Geminia.in cap.fina.de offic. vicar.& glo.pragma.sanctio.in titu. de collationibus.in.§. item voluit, super glo.magna, in verbo vicario.in fine. Fortificãtur prędicta, quia licet inferiora beneficia

neficia,& capellaniæ,sint extra sedē principalē & ecclesiā cathedralē sitæ,ex quo dependent à potestate collationis episcopi, ratione connexitatis, & pertinentiarum, debent iudicari,ac si essent in ciuitate & ecclesia cathedrali,vt rex conferat sede vacante.arg.l.quæ religiosis adhærent.ff.de rei vendica.&.l.quod in rerum.§.si quid potest.de leg. primo. alibi dicitur quod * accidit pignori, pignus est.l.si 6
conuenerit.§.si nuda.ff.de pignora.actio.& quòd res transit cum sua causa.l.via.§.si fundus.ff. de seruit.vrba. prædio.Cum * collationes beneficiorum spectantes episcopo 7
cēsentur indiuiduæ,& vniuersales,vnde efficitur vna pars vnita,quæ non separatur à corpore ecclesiæ. vt in.l. si ex toto.de lega.primo.Bal.in.c.translato.de constitu. nimirū igitur,si rex habens ius conferendi præbendas vacante sede iure Regaliæ, & capellanias, & alia inferiora beneficia, dēptis parochialibus ecclesiis, posśit capellanias extra sedem principalem sitas dependen. tamen ab aliis collationibus episcopi conferre,& ad hoc facit doctrina singularis Bar.in.d.l.si conuenerit.§.si nuda,quòd * comitatus Tholosanus,licet sit extra regnum,debet tamen regulari secun 8
dum leges regni,eo quòd adiicitur regno.ita & capellaniæ quæ sunt in collatione episcopi mortui vacante sede,esto quòd sint extra sedem, debent tamen regulari secundum naturam aliarum collationum spectantium ad episcopum defunctum:& sic spectabūt ad regem authoritate Regaliæ, vt supra dictum est.multa alia adducit similia Alex.in additio. ad Bar.in.d.§. si nuda. quæ poterunt ad hunc finem videri.hoc idē decidunt do.de Rota in antiq.decisio.549. incipiēte,vtrum beneficium. vbi dicunt quòd non attenditur locus,quòd sit extra ecclesiam,sed alia qualitas destinationis fundatoris qui voluit spectare beneficium ad episcopum.

¶Summarium 40. priuilegij.

1 *Rex iure Regaliæ confert ecclesias parochiales præbendis annexas.*
2 *Cura parochialis censetur maior præbenda.*
3 *In annexas & mixturis, maius dignum attrahit ad se minus dignum.*
4 *Compositum assumit naturam alterius speciei.*
5 *Canonicatus & præbenda in ecclesia cathedrali, est dignitas.*
6 *Debet inspici quod sit principale.*
7 *Si regnum augmentatur, debet augmentum regi secundum leges regni.*
8 *Vna & eadem res non debet diuerso iure censeri.*
9 *Sacramento fidelitatis exacto, leuatur manus regis.*

1 QVadragesimũ priuilegiũ est, quod * licet sup. proximo priuilegio fuerit dictũ quod ecclesiæ parochiales non comprehendentur neque cõputentur in iure Regaliæ, vt eas possit rex conferre, tamen si sit vna parochialis ecclesia, quæ sit annexa præbendæ, ratione mixturæ vnionis, & accessionis, potest rex per vacationem illius conferre, authoritate regia, etiam si æquè principaliter fuerit fundata parochialis ecclesia, sicut canonicatus & præbenda. ista quæstio pendet ab illo dubio, vtrum parochialis ecclesia annexa præbendæ, sit simplex beneficium, vt dicatur præbenda, an vero sit incompatibile, vt reputetur beneficium curatum. Quæ quæstio disputatur per Ioan. And. Geminia. & Philippum Francum in. c. super eo. de præb. in 6. eandem format glo. Ioã. And. in clc. per literas. in gl. magna, de præbend. & Do. in. c. primo, ne sede vacan. lib. 6. & Bart. in. l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pignora. actio. loquens de comitatu Tholosano qui annexus fuit regno Frãciæ, vtrum debeant regi secundũ leges

regni,

regni,an verò secuudum peculiares leges comitatus Tho losani,pro quo vide quæ supra proximo priuilegio diximus,& in fine huius priuilegii.

Dubium faciebat,quia * cura parochialis cēsetur maior 2
præbenda,cùm sit ars artiū,sicut anima est preciosior corpore.vt est tex.pulcher in.c.cum sit.de æta.& qualit. Sed certum est quòd in * annexis & mixturis maius dignū at- 3
trahit ad se minus dignum.l.quæritur.ff.de statu homi.c. quod in dubiis.de cōsecra.eccle.vel altar.firmat latè Probus in tract.dispē.parte.1.membri.6.Propterea alibi dicitur,quòd quando ecclesiasticus & laicus habent simul ius patronatus regulabitur tale ius patronatus, vt ecclesiasticum,& non vt laicale.glo.in.c.vnico, de iure patro. in 6. istam conclusionē sequitur Abbas in.c.cùm propter,in fi. & in.c.eam te.eo.tit.de iure patro.idē Abbas in.c.de quarta,in 5.col.de præscrip.vbi concludit, quòd si laicus habet rem indiuisibilē cum ecclesia,tunc non currit præscriptio contra laicum, sed conseruatur ius suum propter ecclesiā. text.est optimus in.l.si communē.ff.quemadmōdū seruitus admitta.idē dicit elegāter Bar.in.l.præcipimus.§. eodem obseruan.C. de appella. quòd clericus & laicus sunt obligati ratione clerici,ambo cōuenientur coram episcopo, possent hic infinita cumulari quæ posuit eleganter Fely.in.c.1.in 3.colū.de præscriptio. vbi pulchrè ornat regulam.d.l.si communem.

Secundò,quòd debeat censeri ecclesia parochialis & nō præbēda simplex, adducitur marmoreum fundamentum: quia illud quod dicitur quòd dignitas,seu qualitas,est attribuenda, quando prædominatur: debet sanè intelligi, vbi resultat decus,seu commodum ecclesiæ:sed vbi attenderetur qualitas,quę resultaret in incommodum ecclesię, & fieret deterior conditio successoris prælati, tunc se-

cus debet interpretari, ad hoc vt minus lædat ecclesiá, & successorem in beneficio, aliàs sequeretur absurdũ, quòd propter dignius subreptũ minoretur ius ecclesiæ, & quod fauore ecclesiæ est introductũ, retorqueretur in eius odiũ. cõtra legẽ, quod fauore. ff. de legib. istá cõclusionẽ posuit elegãter Fely. in trac. suo solenni, quãdo lit. apost. noceãt patro. eccle. col. 5. versi. ampliatur sexto, sed sic est in casu nostro, si censeretur præbenda, vbi est ecclesia parochialis tanquam canonicatus simplex, & non beneficium curatum resultaret maius incommodum ecclesiæ, quia rex conferet iure Regaliæ sicut facit alias præbẽdas, quod nõ poterit rex quando reputabitur ecclesia parochialis.

Quam distinctionem comprobo per ea quę notat do. Abbas in. c. super quæstionũ. § . si vero. in. 2. colũ. de offic.
4 delega. vbi dicit quòd * compositum assumit naturam alterius speciei secundum quod iuri minus derogatur.

Tertiò accedat, quia videmus in simili, quòd si præsentatio spectat ad patronum clericum & laicum, non potest etiam legatus de latere cõferre. vt decidit & sequitur Abbas in. c. fina. de iure patronatus, & tamen legatus potest conferre beneficia iuris patronatus ecclesiastici, quam opinionem sequitur Federic. de Senis, in consil. 63. & ita determinat Geminia. in vltimis verbis. in. d. c. vnico, de iure patronatus. lib. 6.

5 Econtrario autem pro iure Regaliæ potest dici, quòd * canonicatus & præbenda in ecclesia cathedrali est dignitas. tex. est in. c. statutum. de resc. in 6. vnde solet præbendæ vniri ecclesia parochialis. iuxta. c. extirpandæ. § . quia vero. de præbendis. Ideo tanquam maius dignum per fundamentum præcedens debet iudicari, vt præbenda, & nõ vt ecclesia parochialis.

Pro resolutione huius materiæ, glo. in. d. cle. per literas,

loquens

loquens de hoſpitali, dicit * quòd debet inſpici quod ſit 6
principale cui accedat parochialis eccleſia, quia ſi ex fundatione fuerit primo inſtitutum beneficium curatum, & poſtea vnita præbenda, reputabitur vt curatũ & parochiale, ſi verò alicui præbendæ, vel dignitati annexa eſt parochialis eccleſia acceſſoriæ, tunc cenſetur ſimplex beneficiũ vt præbenda, non vt parochialis eccleſia accedens præbendæ, quia ſequitur naturam principalis, quæ eſt præbenda. vulgato. c. acceſſorium. de reg. iur. in 6. Si verò dubitatur & neſcitur quod ſit principale, & quod acceſſorium, tunc ſi apparet poſſeſsio, & denominatio, per quam poſſumus alterum præeligere, illud ſequendum eſt arg. c. cùm de beneficio. de præb. in 6. in. c. per tuas. de prob. & certè faciẽdum eſt, quòd poſtquã connexitur parochialis eccleſia cũ præbẽda, quòd accipit vires, robur, & authoritatem à præbẽda, & non à cura, vt in hoc minus lędatur ius eccleſię, cũ cenſebitur beneficium non incompatibile, ex quo retorquetur fundamentum, Felyn. pro iſta parte, cum reſultat commodum eccleſiæ, & eccleſiaſticæ perſonæ, quòd tunc in caſu mixto debet fieri denominatio æqualitate, quę magis prodeſt, per iura ſuperius allegata, & in hanc ſententiã inclinat Bar. in. d. § . ſi nuda, in. l. ſi cõuenerit. ff. de pignora. actio. vbi dicit quòd res tranſit cum ſua cauſa, faciens quæſtionem, poſt Guillel. de cuno. ſi regnum * augmentatur, 7
vtrum illa prouincia augmentata debeat regi conſtitutionibus regni, ita quòd ſit de regno. & dicit, quòd ſi acceſſoriè comitatus adiiciatur regno, tunc regulatur ſecundum regulas illius cui accedit, & iiſdem legibus, & iiſdem priuilegiis eſt gubernanda: quia regnum, eſt quid vniuerſale. ſi verò dictus comitatus, non acceſſoriè, ſed per ſe. & æquè principaliter: ita quòd eſt rex & comes, ſicut in comitatu Tholoſano, non efficitur de regno, ſed committitur regi,

& tunc debet gubernari secundum constitutiones suas, dicunt tamen canonistæ, quòd translato sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat, & sic translata prouincia, siue æquè prĩcipaliter, siue accessoriè, videretur quòd deberet gubernari secundum leges illius cui confertur. arg. c.translato.de cõstit.vt dicit Alexander in apostil. ad Bar. in.d.§.si nuda, in 2.col.

Ex prædictis concluderem, saluo saniori cõsilio, ex tribus considerationibus, quòd spectaret ad regem in dubio ius conferendi. Primò, quia illud beneficium curatum connumeratur inter præbendas, quia de sui natura habent
8 dignitatem, iuribus superius allegatis: & quia * vna & eadẽ res non debet diuerso iure censeri, argu.l.enim qui ædes.ff.de vsucapio.c.cum in tua.de decimis. Secũdò, quòd imminet fauor ecclesiæ, & ecclesiasticæ personæ, vt sit beneficium simplex. Tertiò, quòd Regalia momẽto durat in
9 persona regis, quia * sacramento fidelitatis exacto, leuatur manus regis, & nihil remanet apud eum. vt patet ex discursu operis.

¶Summarium. 41. priuilegij.

1 *Per translationem episcopi ad alium episcopatum, aperitur Regalia, sicut per episcopi obitum.*

2 *An incontinenti quòd episcopus est translatus, sedes dicatur uacare.*

3 *Translatus dicitur mortuus ab illa hora qua transfertur, quo ad primam ecclesiam.*

4 *Statim quod quis est à uinculo matrimonii absolutus, potest nubere in domino.*

5 *Papa in titulis beneficialibus habet libitum uoluntatis.*

6 *Translatio non est nisi quædam permutatio.*

7 *Omnes translationes archiepiscoporum & episcoporum fiunt authoritate*

authoritate sedis.

8 *Translationes antequam possint fieri, debent esse canonicæ.*

9 *Sicut in contrahendo coniugio spirituali requiritur consensus promouentis, ita & fortius in dissoluendo.*

10 *Episcopi successerunt in locum apostolorum.*

11 *In quibuscunque beneficiis intelligitur conditio, si placuerit, uel ille consenserit.*

12 *Translatio episcopi initiatur ex consensu electi, firmatur per confirmationem superioris, & cõsumitur per consecrationẽ.*

13 *Papa inuito episcopo non potest episcopatum diuidere, sic nec illum conferre.*

14 *Acceptans beneficium sibi collatum, uidetur per quasi contractum se obligare ad illius administrationem.*

15 *Non censetur aperta Regalia, nisi à tempore præstiti cõsensus, & possessionis pacificæ adeptæ.*

QVadragesimũprimũ priuilegiũ est, quòd * 1
nedũ per obitũ episcopi aperitur Regalia,
sed etiã per translationẽ episcopi ad alium
episcopatũ. ita fuit decisum per arrestum *Arestũ.*
pro capella de Lusarchiis Parisi. diœcesis,
inter Ioannem Foruillon, & Damianum maneri die sexta Aprilis. 1383. ante Pascha.

Sed dubium maximum versatur, etiam suprà in 34. priuilegio tactum, videlicet vtrum * incontinenti quòd e- 2
piscopus est translatus dicatur vacare sedes, & sit aperta Regalia, an verò expectandus sit cõsensus ipsius translati, & quòd canonicè fuerit translatus secundum formam iuris. hanc quæstionem formauit Aegidius de Cremona in disputa. suis, prout refert Io. And. in regula, quòd ob gratiam, de regul. iur. in mercurial. dum quærit, si Bononien. episcopus ad postulationem capituli Rauanaten. ignorans transferatur ad ecclesiam Rauanaten. vtrum dica-

tur vacare sedes,& cēseatur absolutus à vinculo prioris ec clesiæ,eandem quęstionem format Io.Mona.in.c.generali.de elect.lib.6.idem Ioan.And.in præallega.regula,quòd ob gratiam,vbi expressè quærit de Regalia in prima eccle sia quando incipiet,si episcopus transferetur de vno loco ad alium.

Et prima facie videretur, quòd per translationem sta-
3 tim iudicatur vacatio,quia * translatus dicitur mortuus ab illa hora qua transfertur,quo ad primam ecclesiam.tex.est not.in.§.ecce,in quibus casibus.7.q.1.vbi dicit ab expresso quòd trāslatus ab vna ciuitate ad aliam,definit esse episco
4 pus illius ciuitatis à qua transfertur. & quemadmodum * in matrimonio statim quòd quis est absolutus à vinculo matrimonii,potest nubere in domino.text.in.c. sicut alterius in eadem causa.& q.vbi tex.dicit,quòd sponsa est alligata legi viri illo viuente,sed eo defuncto,cum voluerit, nubat.& in.c.1.de secund.nupt.

Secundò,quia beneficium recta via transit etiā in ignorantem.l.àtitio.ff.de furt.l.cùm pater.§.surdo.ff.de legatis secundo.& licet ignoret translationem,submittit tamē se voluntati papali sicut in postulatione.vt nota.in.c.cupien tes.§.denique.in glo.de elect.

Tertiò,quia papa potest etiā inuitum episcopum trāsferre.vt est glo. singula.in.c. per principalem.9.q.3.nota.
5 Abbas in cap.translato.de constitu.quia * papa in titulis beneficialibus habet libitum voluntatis,& potest prælato titulum auferre beneficialem.dicit glo.in.c. si gratiosè. de rescript.in 6.latè Fely.in.c.quæ in ecclesiarum.in 14. col.de constitutio.& sic non attenditur consensus translati, sed incontinenti quòd transfertur per papam, dicitur sedes vacare.

6 Propterea dicit Ioan.Andr. quòd * translatio non est, nisi

nisi quædam permutatio,quæ fit authoritate superioris.vt eleganter dicit idem in.c.quæsitum. de rer. permuta.& in cle.prima,eod.titu.vnde cautum est in extrauaganti Bene dicti duodecimi, quæ incipit,ad regimen, quòd * omnes 7
translationes archiepiscoporum, vel episcoporum, fiant authoritate sedis, quæ extrauagans est hodie abolita per consilium Basilien. in decreto de reseruationibus, incipiente & quia.in.§.ipsius omnes.ibi,sint per extrauagantem ad regimen.

In contrarium tamen multa stringunt, imprimis, antequam * translationes posśint fieri debent esse canonicæ: 8
hoc est,debẽt fieri pro communi vtilitate, vel necesśitate. hinc est,quòd Petrus princeps apostolorum de Antiochena ciuitate vtilitatis causa translatus est Romam,vt ibidẽ proficere posset.legimus enim quòd Eusebius de ciuitate parua mutatus est in Alexandriam:similiter Felix de ciuitate in qua ordinatus erat,translatus est in Ephesum propter doctrinam,vitâmque bonam quã habebat.tex. est in cap.mutationes.& in.c.scias frater.7.q.1.igitur præcedere debet vtilitas, aut eminens necesśitas. vt tenet eleganter do.Abbas in c.fi.de confirma.vtili vel inutili.ponit exemplum in episcopo, qui est exosus populo, ita quòd indurescit cor hominum contra eum & ecclesiam, tunc papa potest eum transferre ad aliam ecclesiam, dando sibi bonum cambium alterius ecclesiæ.vt notanter dicit Innocẽ. per illum tex.in.c.nisi cum pridem.in.§.pro graui scandalo.de renunciatio.idem reassumit do.Abbas in cap.tua.de cler.ægrotan.extrà.oportet igitur,quòd sit canonica trãslatio ex causa iusta,facta iuribus superius allegatis.quæ omnia,licet videre multifariè probata per Probum in trac. pensio.parte.1.q.2.

Secundò, requiritur consensus ipsius translati, vnde si

papa vellet episcopũ honorare propter sua merita, & sibi placere trãsferendo in alium locum, si displiceat ille, remanebit in statu priori, ne torqueatur in eius læsionem, quod fiebat ob eius gratiam: Propterea dicimus, quòd Regalia non sortitur effectum per translationem, nisi à die præstiti consensus translati.

9 Pro quibus omnibus accedant & aliæ rationes, quia * quemadmodum in contrahendo coniugio spirituali requiritur consensus promouentis. text. est in cap. cùm inter canonicos. de elect. & in cap. fina. de transla. prælat. ita & fortius in dissoluendo, quia nihil tam naturale est, quàm quòd vnumquodque dissoluatur eo genere quo ligatum est. in regula, nihil tam naturale. ff. de reg. iur. facit. l. prima & secunda. C. quando liceat ab emptio. discedere. Item coniugium spirituale facilius contrahitur, quàm dissoluatur. vt in. c. inter corporalia. de transla. præla. nã sicut Deus reseruauit sibi dissolutionem coniugii carnalis, ita & spiritualis, cùm illud sit dignius. dicit tex. in. d. c. inter corporalia.

10 Facit & alia ratio, * quia episcopi successerunt in locũ apostolorum. tex. in. c. in nouo. 21. dist. & 12. q. 1. in. c. videntes. vnde quemadmodum non potuisset Petrus sine causa aliquem transferre ab apostolatu suo, ita nec summus põtifex. istam rationem assignat do. Abbas in. d. c. fi. de con firma. vtili vel inutili.

11 Secundò facit, quia * in quibuscunque beneficiis intelligitur conditio, si prouisio placuerit, vel ille consenserit. vt in. c. si tibi absenti, de præb. in 6. quia in inuitum non confertur beneficium. l. inuitum. C. de contrah. emptio. & quemadmodũ matrimonium spirituale, sic & carnale ini-
12 tiatur, firmatur & cõsumitur. do. c. fi. de translatio. * episcopi, initiatur ex consensu electi, firmatur per confirmatio-
nem

nem superioris,consumitur per consecrationem,non soluetur ergo iste à vinculo suæ primæ ecclesiæ,nisi post præstitū cōsensum.ad secundū,hæc est ratio Io.And.in.d. regula quòd ob gratiam,subiiciēs ꝙ sicut dos nō potest esse sine matrimonio.l.3.C.de iure dotiū.ita nec acquisitio secundæ spōsæ spiritualis,nisi sit liberatus à prima.vt de secund.nupt.c.1.& 4.& semper inest tacita conditio,si secutæ fuerint nuptiæ per consensum.l.stipulationē.ff.de iure dotium.& in.l.plerunque.§.si autē.eod.tit.l.legatorio,secundo responso.de legatis primo.

Et quantumcunque res donata acquiratur, donatario absenti & ignoranti,intelligitur si voluerit, & sibi placuerit.l.legatum.§.illi si volet. de lega. primo. vnde pendet & est in suspenso factum papæ transferentis,donec & quousque consenserit translatus, iuxta.l.prouide.ff.si cert. petatur.

Nec dicitur verè translatus,nisi pacificam habuerit possessionem.tex.est in.c.si quis trāslatus.21.q.2.Per quæ omnia probatur,quòd requiritur, quòd adhibitus sit consensus per eum qui trāsfertur, antequam dicatur vacare sedes, & aperiatur Regalia.

Tertiò, non est vera opinio gloss. quæ dicit quòd papa potest transferre,& deponere episcopos pro libito voluntatis: quia contrarium tenet communis scola canonistarum. imprimis domi. Abbas in disputatione,incipiente episcopus & quidam rector, in.col.14.pro quo allegat glo.in.c.1.10.dist. quæ dicit quòd * papa inuito episcopo,non potest episcopatum diuidere,ergo multominus & conferre.idem tenet do. Abbas in.c.cōstitutus.in 3.colum.de religio.domibus.addens,quòd tempore suo statutum fuit in consilio Basilien. vt nec episcopus, neque abbas, posit trāsferri inuitus sine causa rationabili,idem do. 13

Abbas in.c.fina.in fine.de postula.prælatorum,dicens ita fuisse statutum Parisiis in consilio in quo præficit Alexã.
14 papam.mouentur ratione,quia * acceptãs beneficium sibi collatum,videtur per quasi contractum se obligare ad administrationem illius,tex,in.c.nisi cùm pridem.§. verum. de renunciatio. Et hæc est ratio,quare beneficiatus nõ potest dimittere beneficium suum sine licentia superioris,vt in.c.admonet.& in.c.quòd in dubiis,de renunciatio. Talis ergo contractus non debet sine consensu dissolui. allegat tex.in.c.1.de probatio.hanc opinionem tenuit Archid. in.§.ecce.7.q.Federic.in tract.permuta.in.q.9.glo.fin.sibi contraria in,c.episcopus de loco.& in.c.omnis.7.q.1.& latissimè Fely.in.d.c.quæ in ecclesiarũ.in 14.col. de consti.
15 Concludendum est igitur,quòd * non censetur aperta Regalia, nisi à tempore præstiti consensus, & possessionis pacificè adeptæ, & cambio sibi bono facto, de alia ecclesia, vt dicit Innocen. in d.c. nisi cùm pridem. de renunciatio. non autem à data translationis factæ per summum pontificem.

¶Summarium 42.priuilegii.

1 *Beneficia in Regalia non possunt impetrari, nisi à triginta annis citra.*

2 *Regaliæ collatio in quascunque manus ambulauerit,nunquam ab ipsa Regalia exit donec suum fuerit sortita effectum.*

3 *Appellatione alienationis comprehenditur præscriptio & usucapio.*

4 *Rex non potest alienare iura coronæ.*

5 *Tutor & administratores non possunt in iam quæsitis præiudiciare reipublicæ,uel minoribus.*

6 *Res de facili ad suam reuertitur naturam.*

7 *Prælatus præiudicat ecclesiæ in patiẽdo præscriptionẽ currere.*

Repudiare

8 *Repudiare id quod non est adhuc in bonis principis, non dicitur alienatio.*
9 *Qui non est soluendo, non potest aliquid alienare in præiudiciũ creditorum.*
10 *Non est par ratio lucra non capere, & iam quæsita perdere.*
11 *Constitutiones dant legem futuris negociis, non præteritis.*
12 *Quis renunciare potest præscriptioni.*
13 *Per regem potest limitari tempus instantiæ.*
14 *Præscriptio statutaria, est subrogata in locum præscriptionis iuris.*

Quadragesimumsecundum priuilegium est, quòd * non potest impetrari beneficium in 1
Regalia, nisi à 30. annis citra. ista fuit elegans constitutio Ludouici regis, incipiens si nostris temporib⁹, & hoc iusta & optima ratione vltra sepradicta in 23. priuilegio adducta, videlicet ne beneficia turbentur, & remaneãt in incerto. Hinc pulchrũ esset videre, vtrum hæc cõstitutio potuit fieri à solo rege, in præiudicium coronæ & iuris iam acquisiti, quia * be- 2
neficium cadens in Regalia in quascunque manus ambulauerit, nunquam exit ab ipsa Regalia, donec illa sortita fuerit suum effectum: & is cui facta fuerit collatio, pacificè possederit, nulla determinatione temporis habita.

Prima facie videretur dicendum, quòd constitutio illa tanquam exorbitans à iure communi, nõ potuerit fieri ad ligandum successores in regno: imprimis, quia certum est quòd contra ius regium non præscribitur, nisi per priuilegium, aut spatio tanti temporis cuius initii memoria non extiterit in contrarium. l. comperit. C. de præsc. 30. vel 40. anno. c. super quibusdam. § . præterea. de verb. signi. & copiosè moderni in. l. imperium. ff. de iurisd. om. iudic.

Secundò, quia * appellatione alienationis comprehen-

ditur præscriptio & vsucapio.l.alienationis verbum.ff.de verborum significa.glo.ordinar.& notabi.in cap.placuit. le.2,16.q.3.quæ dicit, quòd contra prælatum ecclesiæ potest haberi recursus, quando dimisit labi per spaciũ temporis aliquod ius quæsitum ecclesiæ, & illam glosam magnifacit domi.Abbas in cap.1.in vltima colum.de dolo &
4 contuma.Sed certum est, quòd rex * non potest alienare iura coronæ,neque illa quæ concernunt illam. tex.in.c. intellecto.de iureiurand. Bar.in.l.prohibere.§.planè.ff. qꝙ vi aut clam.& Bald.in.c.vnico.§.præterea dicatus.de ꝓhibi.feu.aliena.per Federic.in vsib.feud.
5 Tertiò videmus, quòd tutor * & administratores non possunt in iam quæsitis præiudicare Reipublicæ, vel minoribus, vt decidit Panorm. in dicto cap. primo. de dolo & contuma.in vltima col.legitur & notatur in cap.1. de in integr.restit.in clemen.1.de reb.eccles.nõ aliena.&. idem domi. Abbas in.c.1.in fi.vt lite non contestata.probat latè Probus in tract.pensio.in 4.parte.q.4.

His tamen non obstantibus puto,quòd hęc constitutio fuit sanctè ordinata,& recepta, si enim potest rex remittere in totum Regaliam, vt copiosè superius dictum est in 11. priuilegio, idem potest facere, vt prædictum ius Regaliæ duret solum triginta annis : quia idem iuris est de parte quo ad partem, quod de toto quo ad totum.l. quæ de tota.ff.de re vendica.& tunc non dicitur alienatio, sed
6 potius in ecclesiam reuersio,* quia res de facili reuertitur ad naturam suam.vulgato.c.ab exordio.35.distin.& est hodie tex.in ca.cùm apostolica.de his quæ fiunt à prælato sine consen.capit. & sic rex per talem constitutionem restituit ecclesiam in suo iure.latè Panor.in.c.cùm seculum, & in cap.illud.de iure patro.
7 Secundò,quia videmus quòd * prælatus præiudicat ecclesiæ,

clesiæ, in patiendo præscriptionem currere contra ecclesiam, vt patet de præscript. per totum, nec causatur alienatio ex facto prælati, sed iuris authoritate inducẽtis præscriptionem, ex causa, ne dominia diu sint in incerto. ita eleganter decidit do. Abbas in cap.1.in vlti.col.ibi, aut in omittendo, de dolo & contuma.

Tertiò, quia * repudiare illud quod non est adhuc in 8
bonis principis, non dicitur alienatio quinimo fieri potest. textus est notab. in.l.qui autem. in princip. ff. de his quæ in fraud.creditor. vbi debitor qui * non est soluen- 9
do, non potest aliquid alienare in præiudicium creditorum. & tamen potest repudiare hæreditatem, vel legatum, quod non est adhuc in bonis suis, quia talis repudiatio non est alienatio, ita per illum textum eleganter determinauit Federic.de Senis, in consil.nono, incipiente casus talis est.ita domi. Abbas in cap.tua nuper. de his quæ fiũt à prælato sine consen.capit.istam etiam opinionem tenet Bar.in.l.tutor.ff.de bono.possessio.Bald.in.l.pupillorum. C.de repudian.hæredita.Fely.in cap.in præsentia.in vltima colum. de probatio. vbi dicit hanc esse communem opinionem, pro qua confirmanda stringit tex. in.l.prima. §.fina.ff. de his quæ in fraud. creditor. vbi tex. prohibet omnem alienationem, per istas duas vniuersales particulas, omnem & omnino, & tamen tex.in dicta.l.qui autem, dicit ꝙ potest repudiare hæreditatem, ergo apparet quod repudiatio non est alienatio: quia * non est par ratio lucra 10
nõ capere, & iam quæsita perdere.tex.in.l.fina.ad finem. C.de codicil.

Vnde princeps facit constitutionem, vt deinceps Regalia non duret, nisi triginta annis, quæ adhuc non aduenit, sed imposterũ poterit euenire, talis constitutio est efficax & valida: quia istud est perdere ius nõdum quæsitum.

argu.c.si tibi absenti.de præben.in 6.sicut prælatus donat noualia,quæ oriũtur extra diœcesim suam,ex quo nõ sunt certæ ecclesiæ acquisita.c.quando.de decimis.facit.l.1.§. vtrũ cum.§.sequen.ff.si quid in fraud.patro.vbi in ratione tex.dicit,quanuis eum legatum retro nostrum nõ fuisse,retrò apparet.idem tex.in.l.profectitia.§.1. de iure dotium,præsertim quando res nõ sunt adhuc de mensa principis, & nondum incorporatæ fisco, sicut in casu nostro:
11 quia * constitutiones dant legem futuris negociis, & non præteritis.tex.in.l.iubemus. in prin.vbi glo. & Bar.C.de sacrosan&.eccle.canonistæ in.d.c.1.de dolo & contuma. Ias.in.l.legatum seruo.in vlti.col.de lega.1.

Neque aliquid obstat,quòd cõtra ea quæ sunt reseruata principi in signum superioritatis non currit præscriptio, nisi per priuilegium,aut per tantum tempus de cuius initii non extat memoria in contrarium, prout format Bald.in c.primo,quę sunt Regalia.tex.in.d.c.super quibusdam.§. præterea.de verbo.sign.in.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quotid.& æsti.tex.in.c.1.de præscrip.in 6.

Quia ex certa scientia,patientia, & de voluntate principis potest præscribi, & abbreuiari tempus præscriptionis pro bono publico. ita tenet glo.in.§.nullam.in authẽ. de defensor.ciuita. glo.canonistarum,in ca.conquestorũ. 9.q.3.eadem.glo.in cap.quanto.de offic,ordi.bonus text. in.l.viros.vbi glo.& Bart.C.de diuers.offi.& ista est communis sententia,prout tenent legistę & moderni in.l.imperium.in versi.quarto quæro.ff.de iurisd. omnium iud. dicentes, quòd est profunda quæstio, quæ fuit disputata per dominum Franciscum Accursium,vt refert Cy.in.l.1. C.de emancipa.liber.

Vnde alibi dicit pulchrè Bald.in authent. quas actio.in vlti.col.C.de sacrosan.eccle.quòd si quis vult præscribere ea

re ea quæ ſunt principis, ita quòd nihil apud principem de eo remaneret: hoc fieri non poteſt, quia tunc imperium non poſſet deſinere per præſcriptionem, quòd eſt falſum. §. fina. in authen. quomo. opor. epiſc. aut quis vult acquirere per præſcriptionẽ aliquid quod datur principi in ſignum ſuperioritatis, & quod nõdum incorporatum eſt in patrimonio ſuo, & hoc ex certa ſcientia fieri poteſt: Iſtud enim quod præſcribatur ius Regaliæ infra 30. annos eſt fauorabile, quia res reuertitur ad naturam ſuam, & beneficia non remanent in ſuſpenſo contra intentionem fundatoris.

Pro corroboratione prædictorum facit, quia regulariter actiones reales durant vſque ad 30. annos. l. ſicut. &. l. ſi quis emptionis titulo. C. de præſcrip. trigin. vel quadragĩ. anno. & tamen poteſt fieri per principem, quòd abbreuietur præſcriptio, vſque ad decem annos: ſicut eſt conſtitutio ſtatutum, & conſuetudo vincentie: quòd ſi creditor nõ petierit debitum infra decẽ annos, cadit à iure ſuo, prout teſtatur glo. in ca. 1. ſuper verbo refutationem, qualiter olim feud. poteſt aliena. in vſib. feud. & iſtud tenet Bar. in l. 1. in fi. ff. de vſucap. vbi dicit, quòd ſtatutum quod vult, quòd ſi creditor ſteterit per decem annos quòd nõ petierit debitum quòd non audiatur, valet. Si igitur inter priuatos poteſt abbreuiari terminus præſcriptio. à fortiori in principe: qui licet ſit ſupra ius, vult tamen inter ſubditos ſuos viuere legibus, ad tollendam infinitatem temporis: & de eius conſenſu, & voluntate ordinat, vt ſolùm Regalia duret triginta annis per ſupradicta. Præſertim per hãc Regaliam introductam fauore principis, cui poteſt renũciare, limitando tempus quo durabit ipſa Regalia, tex. eſt elegans in. l. quòd ſi nolit. §. quid ita. ff. de edili. edict. Lancelot. Decius in. l. nemo poteſt. de lega. 1. in fina. col. quæ-

12 rens * vtrum quis poſsit renunciare præſcriptioni, & dicit quòd ſic. quod ſequitur Bal.in ca.vnico.de capitul.corard.in vſib.feudo.

13 Simile videmus, quòd per * regẽ vel principem, poteſt limitari tempus inſtantiæ, ne lites ſint immortales, in.l. ꝓperandum.C.de iudi. Facit elegans dictũ Bal. in.c.ſi quis per triginta, ſi de feud.fue.controuer.inter domi.& cogna

14 tos, vbi dicit quòd * talis præſcriptio ſtatutaria eſt ſubrogata in locum præſcriptionis 30.vel 40.annorum.

Vnum tamen non eſt omittendum, quòd vbi non eſſet limitatum tempus præſcriptioni Regaliæ, tamen ſecundũ diſpoſitionem iuris non poteſt durare, niſi vſque ad centum annos.glo.eſt pulchra & notabilis in.l.prima. in verbo ſpacium.C.de præſcrip.30.vel.40.anno.no.in.d.auth. quas actiones.C.de ſacroſanc.eccle.vbi.in Romana eccleſia, & Lancelotus Decius in.d.l.nemo poteſt.in vlti.verb. de lega.primo.

¶Summarium. 43.priuilegij.

1 *Fidelitas, & homagium, etiam de expreſſa regis uoluntate per procuratorem prælati facta, nõ impediunt quo minus beneficia dicantur uacare in curia.*

2 *Iuramentum fidelitatis, & homagii, per procuratorem poteſt præſtari, dummodo ſpeciale habeat mandatum.nu.3.*

3 *Exhibitio reuerentiæ debet fieri præſentialiter.*

4 *Licet eccleſia ſit exempta, tamen titularius epiſcopo tenetur exhibere reuerentiam.*

5 *Homagium de ſui natura requirit corporalem præſentiam.*

6 *Conſcientia hæredis, uel procuratoris, eſt diuerſa à conſcientia domini uel defuncti.*

7 *Epiſcopi cenſentur conſiliarii principis.*

8 *Princeps poteſt ſe electioni epiſcopi apponere.*

Receptio

9 *Receptio noui emphiteotæ debet fieri per dominum præsentialiter.*

10 *Si rex diutius teneret episcopum in suspenso personaliter existentem, & non uellet eum recipere ad homagium, habetur pro recepto.*

11 *Si papa electum in episcopum nō uult confirmare, habetur pro confirmato.*

12 *Qui non potest ius suum consequi medio iustitiæ, rem suam potest propria auctoritate recuperare.*

13 *Homagium an fiat ratione temporalitatis, uel spiritualitatis.*

14 *Si homagium fiat ratione spiritualitatis, est symonia.*

Quadragesimumtertium priuilegium est q̄ si * rex concesserit literas episcopo, qui 1 vult illi facere fidelitatem & homagium per procuratorem, continentes quòd vult & intendit episcopum sic esse receptum per eum, ac si in eius propria persona realiter & de facto fidelitatem & homagium fecisset, nihilominus si postea vacat beneficium antequam fiat prædictum homagium in propria, tale beneficium vacat in Regalia, & collatio facta per regem erit valida. ita fuit decisum per arrestū latum. 24. Iulii, anno domini 1406. pro magistro Ioanne Derpy, contra Herueum Bordequim, de canonicatu & præbenda ecclesiæ Remen. Arestū.

Dubium faciebat, quia regulariter & secūdum communem scribentium opinionem, iuramentum * fidelitatis & homagii potest præstari per procuratorem. ita dicit 2 pulchrè Bal. in. l. vnica. in. §. ne autem. in. 3. col. C. de cadu. tollend. eandem opinionem tenet Card. Alexand. in ca. 1. §. primo. quo tempore miles. idem tenet Paulus de Castr. in consilio 424. incipiente, laudatio & inuestitura. pro quo est textus celebris in. c. vnico. §. sed vtrū. per quos fiat in-

uestitu.in vsib.feudo.& per illum tex. idem tenet Iacobus Aluarotus & Card. Alexand.in ca.vnico.in.§.omnes filii. in titul.si de feudo fuer. controuersi.inter dom. & cogna. hoc idem tenet Archid. in ca. tibi domino.63.dist. quam opinionem refert & sequitur Iacobinus de sancto Georgio in sua feuda.inuesti.super illo verbo quiquidam inuestiti præstiterunt iuramẽtum fidelitatis,in 3.col. subiiciẽs, quòd ista opinio est magis communis secundum quàm sæpè consuluit,vt testatur Paul.in.d. cõsilio superius allegato, incipiente laudatio & inuestitura, quod aninione. ita consuluit pro domino Langiaco in Aluernia. rationẽ assignat Barba.in addi.Bald.in.d.c.primo,quo tempore miles,quòd iste actus non est adeo substantiandus in persona domini quòd non possit interuenire procurator.arg.l.seruum quoque.§.publicè.ff.de procu.

3 Quòd tamen intelligunt doctores dummodo * habeat ad hoc speciale mandatum, aliter non admitteretur ad petendum renouationem inuestituræ.ita Bald.in.§.nulla.in dicto cap.vnico. per quos fiat inuesti. Archid. in.d.c.tibi domino.63.dist.arg.tex.c.fina.de iur.calũ.lib.6.istud etiã intelligunt præfati docto.quòd iuramentum homagii potest præstari per procuratorem de voluntate domini, aliàs dominus inuitus non compelleretur suscipere per procuratorem,vt in.d.§.sed vtrũ per quos fiat inuestitu.& Paul. de Castro in prealleg.consil.424.

Tertiò intelliguntur supradicta,nisi rex vellet videre episcopum per vultum : quia fortasse habet eum suspectũ, & vult eum admonere & terrere.nam requiritur,ꝙ hoc casu veniat personaliter.istud fuit elegans dictũ Bal.in suis conclusio.feudo. quas posuit in fine sui operis, & hoc dicit in penul.colum.titu. quo tempo.miles, & præcipuè quando episcopatus esset in partibus limitrophis: & hoc singulare

dicit

dicit prædictus Iacob.de sancto Georgio ĩ prælibato tracta.feud.in.3.col.& subiiciens, quòd hoc non debet exire memoriam hominum.

Contrarium tamen determinatur hic,quòd etiam si rex susceperit iuramentum homagii per procuratorem funda tum specialiter, quòd adhuc non sufficit, nisi in propria persona præstiterit sacramentum, quin beneficium dicatur vacare in Regalia, pro quo arresto probando accedat deci. nota.Bald. in.l.prima, in fine.ff. de rerum diuisio. vbi dicit, quòd tale sacramentum non potest præstari per procuratorem. mouetur, quia istud sacramentum habet annexam * exhibitionem reuerentiæ,quæ præsen- 3
tialiter debet fieri, non autem per interpositam personã. Quemadmodum si vassallus teneretur associare dominũ, non posset hoc exequi per alium. tex. in.l. si non sortem. §.libertus.ff. de condit.indebi. iuncta regu. notab.quòd ius reuerentiale remitti non potest etiam per principem. tex.& ibi docto. in.l.alia.§. eleganter.ff.de soluto matrimo. per quem dicit Bald.in.l.fina. & etiam per illum tex. C.de bonis libert.quòd * ecclesia,licet sit exempta,vel li- 4
berata ab episcopo, nihilominus tenetur exhibere reuerentiam illi. Sequitur Ludouicus Romanus in.l.diuortio. §.hæ donationes.ff.soluto matrimo.Fely.latè in ca. cùm non liceat.in prima col.de præscrip.

Secunda ratio,pro confirmatione arresti,quam alibi po nit Bal.egregiè in ca.2.in fina.col.de ord.cognitio. quòd homagium * de sui natura requirit corporalem præsen- 5
tiam, quam ad hoc allegat dominus Iacobinus de sancto Georgio in.d.feud.inuesti.super verbo quiquidã inuesti. in 3.col.interest enim principis cognoscere eũ qui præficiendus est pontificali dignitati,vt homagiũ & sacramen tum fidelitatis magis eum astringat, quando personaliter

exhibet principi: quam si faceret per procuratorem cùm longè differt iuramentũ hæreditarium à principali sacramento, vt dicit tex.in.l.generaliter.C.de reb.cred.& alibi
6 Bal.in.c.vnico.§.fi. in tit.de notis feud.vbi dicit, quòd * cõscientia hæredis vel procuratoris, est diuersa à cõscientia domini vel defuncti, cùm enim anima sit forma indiuidua, impossibibile est in duobus corporibus eandẽ esse animam. Nam princeps potest dubitare de proditione patriæ, vel reuelatione consiliorum, & secretorum suorum:
7 quia * episcopi censentur cõsiliarii principis, & ideo secutus est vt in persona propria faciant homagium, ita in simili notat do. Abbas in.c.cùm inter vniuersas. in.3.notabili.in vers.vice regia.& in.c.cùm terra, in.5.notabili de
8 electio.quãdo quærit quòd * princeps potest se opponere electioni episcopi, ne secreta regni pandentur.ita not. Inno.in.c.super his.de accusat.idem dom.Abbas in.c.ex parte.in 6.col.de testib.

Tertiò corroboratur arrestum, quia in simili videmus,
9 quòd * receptio noui emphiteotæ debet fieri per dominũ præsentialiter, & non per eius procuratorem.per tex.in.l.fin.C.de iure emphit.in ver.necessitatem.& in ver.sed & ipsos dominos.& ibi Iason in 13.notabili, subiiciẽs, quòd quædam sunt quæ per nos ipsos possumus, non autem per procuratores.allegat.l.2.C.de his qui veniam ætat.impetr. Si ergo est speciale in emphiteota, vt dominus teneatur inuestire per seipsum, vel per literas suas, nouũ emphiteotam, à fortiori debet sacramentum homagii suscipere de manu prælati, non autem procuratoris. Ex quo versatur maius præiudiciũ & periculum, vnde cautius est agendũ. c.vbi periculum.de elect.lib.6.& hoc idẽ tenuit do. Card. in.d.c.vnico.§.sed vtrum.in finalibus verbis, vbi ponit rationẽ de emphiteota, ꝙ non recipiatur per procuratorem,

vt

vt tollatur via conquerendi domino,ne poſtea dicat quòd nõ conſenſit receptioni per procuratorẽ factę: quæ ratio poteſt militare in caſu noſtro,quia ſi rex admitteret ponti ficem per procuratorem,& non per ſeipſum,poſſet poſtea conqueri,& dicere,quòd non conſenſit iuramento per ꝓcuratorem facto:conſultius igitur diſpoſuit arreſtũ,vt fiat perſonaliter,& non per intermediam perſonam.

Præterea non eſt omittendum vnum ſingulare verbum quòd * ſi rex,vel princeps diutius teneret in ſuſpenſo e- 10
piſcopum perſonaliter exiſtentem, & non vellet eum recipere ad homagium, haberetur pro recepto.vt dicit ſingulariter Innocen. in.d.ca.ſuper his. de accuſat. loquens de rege, qui vult ſe opponere electioni,vel differt interim dare temporalitatem epiſcopo,talis non eſt admittendus: quia pręſumitur medio tempore facere,vt Regalia teneat, vel aliquid ab eo extorqueat.quod dictum eſt ſingulariter notãdum,cui poteſt adduci ſimile videlicet ſi epiſcopus * 11
electus vadit ad papam qui nõ vult eum confirmare, quid faciet, cùm non poſſit habere recurſum ad ſuperiorem. gloſator pragm.ſanct.in tit.de collat.in.§.volens.in gloſ. ſuper ver.nullæ,in fine.format dubium,& dicit,quòd talis epiſcopus, ne eccleſia patiatur detrimẽtum in ſpiritualibus,& temporalibus,habetur pro confirmato.ad hoc allegat tex.in.c.primo.de ſupplen.neglig.prælato. vbi ſi epiſcopus debitè requiſitus noluit benedicere abbatẽ Ciſtercenſem,poterit abbas benedicere ſuos monachos.

Secundò loco inducit cap.nihil.§.cæterum.de electio. de electis in concordia, qui adminiſtrabunt ante confirmationem,ne eccleſia damnificetur in ſpiritualibus & temporalibus, multo fortiùs videretur, quòd poſſit epiſcopus adminiſtrare, vbi non poteſt obtinere à rege, quòd recipiatur in propria ad faciendum homagium,& vbi electus

non potest obtinere confirmationem à summo pontifice, sine vitio suo & culpa.

Tertiò adducit dictum Inno.in.c.olim.in primo.de re-
12 stit.spoliat.vbi dicit,quòd * si quis non potest ius suũ consequi coram iudice,nec habet recursum ad alium superiorem,potest tunc propria authoritate rem suam recuperare.allegat Panor.in.c.qualiter. de iud.& Ioan.And. in ca. nemo.de regu.iur.in 6.& dicit pro hoc esse optimũ tex.in c.si quis episcopus.92.dist.verùm opinio glosatoris nõ est tuta, nec iure expressè probata, quia non est præfinitum tempus principi ad recipiendum episcopum in homagio sibi præstando occasione temporalitatis, & timendũ esset ne temporalitas remaneret semper saisita arbitrio & volũtate ipsius regis. ideo super hoc non est meum diffinire, necessariáque esset super hoc prouisio de voluntate & intentione principis.

Neque etiam est prætereundum argumentũ,quod pos-
13 set fieri,in hac materia * quomodo homagium,vel fidelitas præstentur per episcopum regi,aut principi,quia si dicamus, quòd homagium fit ratione temporalitatis, istud non potest fieri, quia bona temporalia postquam fuerunt concessa ecclesiis, censentur consecrata Deo, adeo quod semel Deo dedicatum non potest ad vsus humanos referri.tex.in cap.nouerint.10.q.1.& in regul.semel Deo dicatum.de regul. iuris in 6. aut dicimus, quòd episcopi faciunt homagium ratione spiritualitatis, & hoc non potest fieri, per regulam, indignum. de regul. iuris in anti-
14 quis. imò est * vera symonia, quòd fiat homagium per quod præstatur seruitium temporale, vt est tex. in cap.ex diligenti.de symonia.Propter quòd domi. Abb.Panormi. singulariter dicit,quòd ista debent intelligi de temporalibus,quæ tenentur ab ecclesia in feudum à principibus, & regibus,

regibus, vnde non sufficeret, quòd obtinerent in prouincia ab eis, nisi teneant ea in feudum in cap. nimis, in prima quæstione. de iureiur. allegat ista voluisse Innocen. in cap. solitæ. de maiorita. & obedien. Nec obstant supradicta, in quibus vassallus potest præstare homagium per ꝓcuratorem, quia in hoc sunt diuersæ opiniones, & Baldus fuit sibi contrarius in illa. l. prima. in fin. ff. de rerum diuisio. & in. l. vnica. i. §. ne autem. C. de caduc. tollen. & propter varietatem opinionum decisum est per arrestũ, quòd debet fieri in propria persona.

¶Summarium. 44. priuilegij.

1 *Aperta* Regalia, *collatio papæ medio resignationis facta, est nulla.*

2 *Gratia beneficialis non extenditur ad beneficia causa permutationis uacantia.*

3 *Non dicitur uera uacatio, nisi illa quæ occurrit per mortem naturalem.*

4 *Collatio facta spreto patrono per episcopum causa permutationis ualet, quæ aliàs non ualeret.*

5 *Ius conferendi iure* Regaliæ *ampliatur ad quamlibet uacationem beneficii.*

6 *Rector ecclesiæ patronatæ beneficio non potest renunciare, nisi de consensu patroni.*

7 *Collatio facta spreto patrono laico, an ualeat.*

8 *Non est uerisimile quòd quis uelit dimittere beneficium pingue pro tenui.*

QVadragesimumquartũ priuilegiũ in materia Regaliæ est, quòd si * aperta Regalia cõtingat fieri resignationẽ beneficii causa permutationis in manibꝰ papæ, collatio talis est nulla, & debet fieri coram rege, aliàs nihil 1

operatur, & semper vacabit beneficium, donec rex prouiderit. ita fuit decisum per arrestum latum de canonicatu

Arrestū. & præbenda ecclesiæ Tornacen. Pro Philip. de Essartis, contra Nicolaum Boeigne quondam canonicū Parisien. compermutantem cum Iacobo Cosson Tornacen. die.18. Ianuarii, anno domini 1389.

2 Dubium faciebat, quia * gratia beneficialis non extenditur à beneficia vacantia causa permutationis, quia debent conferri permutare volentibus. textus in ca. inter cætera. de præbend. & in clemen. prima. de rerum permutatione, istud autem in Regaliæ, quod de gratia regi concessum donec homagium sibi fuerit factum, videtur non debere extendi ad beneficia permutata, ne concurrant duo specialia in vnam & eandem personā, videlicet, quòd conferat tanquam rex, & contra naturam permutationis contra regulam & doctrinam. l. Memius. §. duobus. de lega. 2. & l. 1. C. de dotis promissio.

3 Secundò, quia * non dicitur vera vacatio, nisi illa quæ occurrit per mortem naturalem, vt est decisio Bald. singularis in. l. qui sit. ff. soluto matrimo. glosator pragma. sanctio. in. §. item quòd omnia. in glo. super verbo faciendæ, in titu. de collatio.

Hinc est, quòd beneficia quæ vacant per permutationem, vel simplicem resignationem, nō cadunt in turno graduatorum, vel nominatorum, vt ibi habetur.

Tertiò, quia gratiæ beneficiales sunt restringendæ. tex. in. c. quanuis. de præben. in 6.

4 Quartò, accedat, quia videmus ꝙ * collatio facta spreto patrono per episcopum causa permutationis, valet, quæ aliàs non valeret. vt est text. in. c. decernimus. 16. q. 7. quia tex. loquitur in voluntaria & libera collatione, ista autem est necessaria per. d. clemen. primam. de rerum permutat.

ita

ita singulariter do.de Rota in titul.de rer.permu.in.5.decisio.in nouis.ita etiam decidit pulchrè Fely.in.c.cùm Bertholdus,in 6.col.in versi.limita.5.de rer.iudica.

Contrarium tamen hic deciditur,quòd * ius conferen- 5
di iure regaliorum,ampliatur ad quamlibet vacationẽ beneficii,&hoc iusta ratione.Cũm enim rex habeat istud ius semel,tantũ durante tempore aperturæ Regaliæ, occasione defectus homagii,debet plenissimè interpretari,nõ autem minui.Facit quod egregiè dicit Inno.in.c.fin. de renuncia.vbi vult quòd * clericus,vel rector ecclesiæ patro- 6
natæ,nõ potest renunciare beneficio,nisi in manibus,aut de consensu patroni. quod dicit esse menti tenendum do. Abbas in.c.significatum. de præbend. neque est omnino approbata sententia eorum,qui dicunt,quòd * collatio fa 7
cta spreto patrono laico valeat,quia contrarium ait Ioan. Calderinus in consilio 2.de rerum permu.vbi tenet quòd in patrono laico collatio est ipso iure irrita: & idem videtur sequi Fely.in.d.c.cùm Bertholdus,ĩ quinta limitatione in vltimis verbis:subiiciens, quòd nisi esset authoritas Rotæ, & Federici in tractatu permuta. q.30. aliud seruaretur in pragmatica:cuius opinionem Calder. secutus est Lappus in addit.vlti.ad dictum tractatum Federici : mouetur ratione,quia in fraudem iurium patronatus laici,vel Regaliorum, fieret fraus de nomine ad nomen, ita quòd beneficium ꝙ non potest resignari purè,& simpliciter,resignaretur per permutationem. contra.l.cùm quid vna. de regul.iur.tex.in.l.si sponsus.§.primo.ff.de donatio.inter vir.& vxo.Bal.in.l.non dubium.C.de legib. propterea do. Abbas in disputationib.Senensib.in disputa.incipien. Augerio. in.18.col. temperauit sententiam suam, dicens, quòd in permutatione facta,si patronus laicus cum causa, contradiceret, quòd ipso iure esset irrita collatio, cuius

opinionem secutus est Ioan.de Imol.in ca.fina.in.10.col. versic.3.quæritur.de rerum permuta.Cardi.in clemen.prima.in 4.q.eodem titu.Dominicus de sancto Geminiano in cap.vnico.ad finem,eodem titu.& in beneficiis permutatis in curia.tenet Lappus allega.96.incipiente, beneficia vacantia.& Ludouicus Roma.in cõsi.356.in fine, vbi vult ꝙ saltem requiratur consensus patroni laici subsequens, aliàs collatio etiam causa permutationis facta eo contradicente esset ipso iure nulla.

Si igitur collationes factæ causa permutationis sunt irritandæ,vbi præsentatio ad laicum pertinet laico ex causa contradicente,quod dicemus in collatione iure Regaliorum ad regem pertinente pleno iure post aperturam Regaliæ, si posset in curia Romana fieri permutatio beneficii durante Regalia: quia destrueretur totum ius Regaliæ. Ego addo, quòd sæpè reperiuntur fraudulentæ permutationes, videlicet de beneficio quod sperabatur de proximo vacare, ab infirmo qui de eadem infirmitate decessit infra.20.dies,vt in regula cancellariæ: Si quis in infirmitate constitutus,vel quando senex permutat beneficium pingue cum tenui, cum nepote tres coniecturæ concurrunt:Prima,coniunctio sanguinis,quia caro & sanguis reuelauit sibi.c.graue.de prębē. Secunda,ratio senectutis, vt dicit Archid.in.c.nihil.7.q.1.

8 Tertia, quia * non est verisimile quòd quis velit dimittere beneficium pingue pro tenui. cap.super hoc. de renuncia.ita domi. Abbas in cap.quia verisimile.de præsump.& in ca.primo.de cleri.non resid.tex.in.l.filiæ meæ. ff.soluto matrimo.de quibus fraudibus videtur loqui tex. in.c.2.de renuncia.in 6.ibi,sine fraude,nimirum si per arrestum curiæ ordinatum est, quòd beneficia etiam causa permutationis resignata, non possint alibi durãte Regalia resignari

resignari quam in manibus regis, attentis fraudibus supradictis.

¶Summarium 45. priuilegij.

1 *Appositio sigilli regii, & subscriptio notarii in secũda collatione, non refragatur collationi primæ iure Regaliæ obtente, licet prima non fuerit sigillata, aut in scriptis redacta.*
2 *An litera sit de essentia, uel gratiæ substantia.*
3 *Rex habet sigillum authenticum, cum scriptura solenni, quando aliquid confert uel donat.*
4 *Intrans possessionem beneficii, cum simplici signatura, dicitur intrusus.*
5 *Scriptura non est de substantia gratiæ.*
6 *Prælatus quis efficitur per solum uerbum papæ.*
7 *Collatio beneficii probatur testibus.*
8 *Statim quòd princeps dicit fiat, gratia est perfecta.*
9 *Non sufficit probare per testes, quòd papa pronunciauit aliquẽ episcopum.*

Quadragesimumquintum est aliud & elegãs priuilegium in materia Regaliorum, quòd si * rex vna die conferat beneficium va- 1 cans in Regalia, tamẽ non expeditur prouisio sub sigillo regio, & nihilominus sequenti die conferat alteri, qui habeat subscriptionem notarii, sigillúmque appensum in litera, valet prima gratia, quantumcunque non fuerit in scriptis redacta, nec sigillũ regis appositum. ita fuit iudicatum per arrestum die tertia Are Decembris, anno millesimo. tricente. nonagesi. pro magi stũ. stro Rolando Bolice, de præbẽda beatæ Mariæ de Victoriaco in Parthesio, contra magistrum Hugonem de Varenna. Hæc quæstio dependet ab illo maximo dubio, quod

2 fuit olim inter canonistas, vtrum * litera sit de essentia & substantia gratiæ. quam quæstionem posuit Archidia. & Ioan. And. in proœ. 6. libri. & dominus Abbas in. c. nosti. de elect. Bal. originaliter in. l. humanum. C. de legi. & per quã abundè Probus in tract. pensio. parte. 3. q. 5. & 6. & prima facie videretur dicendum, quòd secundus in gratia habẽs subscriptionem & sigillum principis, in collatione sibi per principem facta præferatur.

Primò, qui nullã habet literã, sed solũm oraculũ viuæ vocis, nihil habere videtur. nã in cõcessione dignitatis vel officii quã facit princeps, debẽt esse sacra probatoria principis. vt est tex. in. l. probatorias. C. de diuer. officiis. idẽ tex. expressus de broqua. in. l. sacri affatus. C. de diuers. rescriptis. super illo verb. ea quæ tãtummodo facit proferri, vel dici collata, quæ in chartis siue membranis subnotatio nostræ subscriptionis impresserit, cum pluribus aliis vulgatis. vt in. l. 1. C. de manda. princi.

Secundò, quia antequam credatur alicui de collatione facta, vt tollatur omnis suspicio fraudis, oportet quòd adsit sigillum authenticum cum subscriptiõne notarii, & testium, præsertim quando agitur de præiudicio tertii. ita declarat Panor. in. c. possessionem, & ibi Fely. in 2. col. ibi, fallit primo de proba. allegat dominos de Rota, qui ita decidunt in conclusione 341. incipiente, item vo-
3 luerunt. alibi dicit egregiè Bald. quòd * rex, vel princeps habet sigillum authenticum cum scriptura solenni, quando aliquid confert, vel donat, vt ostendatur potentia regis, aliàs non esset nisi scriptura priuata, vel propositum in mente retentum, quod nihil operatur. ita singulariter & elegãter decidit Bal. in. l. nec exemplo, ad finem. C. de probatio.

Tertiò, accedat extrauagans iniunctæ, in titu. de electio. vbi

vbi aliquis non potest intrare in possessionem sui beneficium sine literis suæ prouisionis, aliàs incurrit pœnas illic statutas:& istud adeo est verum quòd * intrãs possessioně beneficii non leuatis bullis,perdit omne ius non obstante signatura,& dicitur intrusus in beneficio.ita est regula cãcellariæ in ordine.38.ita determinat Calderinus in tit. de verb.signi.consi.13.gl.est in.c.cuiuscunque.2.in gl.magna. extrà qui filii sunt legiti.& in.c.veritatis. de dolo & contumacia.ita elegãter declarat Fely.Sandeus in.c.veniens, in prima col.de accus.de cuius veritate vide in.d.tract. pensio.parte.3.q.6. 4

Quartò,legimus quòd Moyses,Exod.31.& Deute.10.c. filiis Israeliticis voluntates suas & ordinationes sacris literis explicabat tex.c.Moyses 6.dist.& in nouo testamento,Dominus digito scripsit in terrã,Io.8.c.& canonisatur in.c.postulasti.3.q.7.& de iure ciuili leges redactæ sunt in 12.tabulas,lib.2.de origine iuris.

Ex quibus constat,quòd voluntates,ordinationes,& cõcessiones principum,debent mandari in scriptis, antequã censeantur & reputentur perfectæ, sicut contractus qui nondum est in mundum redactus, non reputatur perfectus.l.contractus.C. de fide instru. In contrarium tamen stringunt multa.imprimis tex.de hoc expressus in.l.sanximus.in.§.exceptis.C.de donatio.vbi licet donationes indigeant insinuatione in scriptis redacta,tamen imperialis donatio non indiget scripto.

Secundò facit tex.in.c.institutionis.25.q.2.vbi ea quæ in præsentia principis disposita sunt,siue scripta,siue nõ scripta,sunt seruanda.idem in.§.perficiũtur.institu.de donatio.dum dicitur,quòd perficitur donatio cùm donator suã voluntatem scriptis,aut sine scriptis manifestauerit.

Tertiò,facit quod notanter dicunt Archid.& Io.And.

5 in dict.procem.6. quòd in * tantum scriptura non est de substantia gratiæ, quòd mortuo papa, vel principe, qui fecit gratiam literis non confectis, siue bullis non leuatis, non expirat gratia, sed successor debet dare literas, faciendo mentionem de prædecessore. facit. c. in literis. de rescriptio.

Hinc est quòd dominus Abbas in. d. c. nosti. & in. c. trãs-
6 missum. de elec. dicit, quòd vbi * primũ papa, vel princeps, verbo pronuntiat aliquẽ prælatum, episcopum, vel abbatem, statim facta pronuntiatione, talis sic pronuntiatus habet beneficium, sed non debet recipi pro prælato, donec prouisionem probauerit per literas.

Accedat text. multum notabilis in. c. cùm conueniſſent, & ibi do. Abbas in 2. nota. de restit. spoliator. ibi cõcessisset, & per rescriptum proprium confirmasset, vbi valet collatio facta de ecclesia, etiam ratione proprietatis siue scriptura, quia prius verbo concessit princeps, postea confirmauit per literas ex interuallo, vnde videtur approbare & cõfirmare literis quod prius declarauerat verbo, & sic incõtinenti quod princeps donauit, etiam quod nulla litera facta, vel sigillum sit appositum, valet collatio.

Quartò, facit quod eleganter tenet Bal. per illum text.
7 in. c. 2. de restitu. spolia. vbi dicit, quòd collatio * beneficii probatur testibus. ita tenent do. de Rota, decisi. 309. tit. de proba. in antiq. hanc etiam opinionem sequitur Ias. in rubric. ff. de acquiren. posses. & do. Philip. Decius in rubrica de constitu. in. 8. col.

Quintò, facit tex. in cle. dudum, in. §. nos idem. de sepul. vbi tex. æquiparat priuilegium & gratiam concessam verbo vel scripto: ergo videtur pacificatum, quòd probetur scriptura vel testibus. Propterea Bal. in. d. l. humanum. C.
8 de legib. dicit * quòd statim, quòd dicit princeps, fiat: gratia

tia perfecta est.idem reassumpsit Bal.in.l.fina. in princ.C. de commu.ser.manumiss.idem in.l.fi.col.2.vers.& ideo sen ten.rescindi non posse in.l.si qua per calumniam,col.2.C. de episcop.& cleri. Pro vnius resolutione dicendum est, quòd ad validitatem,vel essentiam gratiæ,non requiritur scriptura,sed quo ad probationem scriptura necessaria erat,vnde scriptura est de essẽtia probatoria gratiæ.ita Bal. pulchrè in.l.idem Vlpianus.ff.de accusa. tutor. in.d.l.humanum.

Vel possunt istæ diuersæ opiniones Federic. distinct.3. amicabiliter concordari, videlicet quòd si loquamur de summis ecclesiæ dignitatibus, & gratiis,quib9 inest iurisdictio,tunc requiritur scriptura,vt in mandatis principũ in legibus condendis, vt publicentur leges & ligent subditos. vt in.§. constat. institu. de iure naturali gent.vnde appellatur ius scriptum,patet in exemplo Moysi,& episcopi,qui digito scribebat in terram.idem tenet Bal.loquens de magnis priuilegiis,quòd opus est scriptura.c. constitutus,col.penul.in fine.de rescript.no.Card.in proœ.cle.ver si.nec sanè, & dicit Abbas in.d.c.nosti.de elect.quòd hodie * non sufficeret probare per testes,quòd papa pronuntiauit aliquem episcopum,ad hoc vt in ecclesia recipiatur, 9
sed oportet quòd probetur per literas papæ, ex quo inest iurisdictio.& episcopatus est culmen dignitatum. si verò sint simplicia beneficia quibus non imminet aliqua iurisdictio, vt præbendæ cathedralium ecclesiarum, quæ vacant in Regalia: isto casu nulla requiritur scriptura, sed sufficit simplex concessio regis per verbum fiat, & perfecta erit gratia,vnde collatio subsequens, altero die tertio facta nõ valeret.ita tenet Io. And.in nouel.in d.procemio sex.& in se resoluit. Pro cuius opinione est casus notab.in authenti.maximis.C.de nuptiis. vbi habetur, quòd

maximis decoratis dignitatibus, vt illustris non nisi dotalibus instrumentis conscriptis rectè contrahunt nuptias, reliquis omnes solo affectu rectè copulant matrimonium, quæ omnia resoluit, Io. And. in nouella in 2.col. in procemio sexti. & Probus in d.q.6.partis.3.tract.pensio.

¶ Summarium 46. priuilegii.

1 *Concursus duarum collationum iure Regaliæ eadem die factarum, non operatur nullitatem illius quæ primò loco reperitur facta.*

2 *Mutuus conflictus & cõcursus operantur nullitatem actuum.*

3 *Octo modi prioritatem cognoscendi reperiuntur.*

4 *Descriptio horæ in instrumento quid operetur.*

5 *Ratione horæ unum instrumentum dicitur prius altero.*

6 *Probatio certi & determinati temporis obtinet contra illum qui probat de tempore, quod potuit se habere ad prius & posterius.*

7 *Appositio horæ non est de consuetudine.*

8 *Qui prius est in possessione obtinet.*

9 *Si sunt duo eiusdem nominis & cognominis, & unus possidet instrumentum, ille creditor præsumitur.*

10 *Quando reperitur collatio episcopi & uicarii eodem die facta, quæ reputabitur prior.*

11 *Præsumitur præcessisse actus, qui debuit præcedere.*

12 *Si in diuersis scripturis concurrit priuatio & habitus, priuatio semper præsumitur posterior.*

13 *Prioritas uel posterioritas probatur per testes.*

1 QVadragesimumsextum priuilegium est, * licet rex cõferat beneficiũ iure Regaliæ duobus, eodem die, propter concursum huiusce modi collationum, non sunt inualidæ collationes, sed vna remanebit valida, quæ primo loco

mo loco reperietur facta.ita fuit decisum per arrestum la tum inter Ioannem Destyne, contra Ioãnem le Borgne, pro canonicatu & præbenda sanct.Clodoaldi,Parisi.diœcesis,die.30.Augusti.1410. Arestū.

Dubium faciebat,quia * propter mutuum concursum 2
& conflictum,videtur quòd nulla collatio valeat, præsertim quando non potest apparere,quæ prima facta est collatio,vt in.l.duo sunt titii.ff.de testa.tutel. in.c. duobus.de de rescrip.li.6.do. Abbas in.c.in nostra,in.2.col.versi. primo casu. de res.& latè Fely.in.c.capitulum sanctæ crucis. vers.de cõcursu. circa finem.c.eo.tit.de rescrip.propterea Bald.in.l.prima,in penul.col.versi. quæro quid si duo.C. quando prouoca.non est neces. loquẽs de duabus electionibus eadem die factis,dicit quòd neutra valet stante conflictu & contrarietate probationum,idem in duobus mandatis eadem die factis neutrum valet,vt dicit Bal.in.l.prima, in.3.col.in versi. scias.C.de furtis.idẽ in duobus instrumentis eodem tempore factis,quando sunt contraria neutrũ valet.vt dicit Bal.ĩ.l.de rebus.C.de dona.ante nuptias. idem in duabus reseruationibus pensionis, vt latè probat Probus in trac.pensio.parte prima.q.18.

Præterea reperio * octo modos & cõiecturas cognoscendi prioritatem,etiam quòd actus fuerit factus eodẽ tẽpore & ab eadẽ persona. Primus casus est,quando in vno esset dies & hora,in alio verò non,sed solùm dies,tunc instrumentum, * vel collatio,habens tempus determinatum debet præferri in materia prælationis. ita dicunt Cynus, Salic.Bal.& alii in.d.l.de rebus.C.de dona. ante nupt.Salice.ĩ.d.l.debitor.C. priuileg.fisci.Io.de platea in.l.1.C.de iure fisci,lib.12.Fely.in.c.pastoralis.in.col.3.in verb.ratione vnius horæ,de rescrip. 3 4

Ex qua regula orta est maxima cõtẽtio ĩ curia Romana,

in pulchra quæstione quam format do.Iason in.l.prima, in.2.col.ff.solu.matri.duo contendebant super collatione beneficii,clarum est,quòd si vnus habet collationem à papa,alius ab ordinario,si non appareat de prioritate temporis,debet præferri qui habet collationem à papa,text.est in ca.si.à sede.de præb.in.6.no.Bal.in.l.si duas.ff. de excusa. tutor.accidit modo casus,quòd in collatione facta per ordinarium,erat dies & hora determinata,in collatione verò papæ,non erat hora determinata,quis debeat præferri. hæc quæstio fuit valde disputata Romæ.& per dictam regulam videbatur,quòd collatio ordinarii debeat præferri collationi papæ,eo quòd habet tempus magis determinatum,& isto modo eleganter limitatur tex.in.d.c. si à sede. pro ista opinione facit glo. singularis in.l.si pluribus.§.fi.
5 ff.de solu.quæ dicit * quòd ratione horæ vnum instrumētum dicitur prius altero, & ipsam extollit Bal. pro singulari. in.l.imperator,ibi.& not.quòd dies.ff.de statu hominum.idem Bald.in.l.fin.in.4.col.C.de edicto diui Adria. tollen. hanc opinionem tenuit do.Andreas Siculus in.d. c.pastoralis.de rescrip.dicens ita cōsuluisse super quadam præbenda,& ita ponit in.c.cōsuluit,in.13.col.de offic.delega.pro ista parte stringit alius tex.in.l.Titius.§.Lucius. in verbo hora diei.& in verbo calescente cœlo,id est albescente aurora.ff.de liber.& posthumis.

Secundò fortificantur prædicta,per dictum solēne Bal. in.l.ab hostibus. §.sed quod simpliciter.ff.ex quib. caus. maio.vbi dicit,quòd in interdicto vti possidetis,quando sunt testes hincinde pares,si testes vnius partis dicunt de eodem tempore,conditione, & plus,melius probāt & recipiuntur.

Tertiò accedat dictum Ioan.de platea,in.l.1.C. de iure fisci,li.12.vbi refert,quòd si fiscus prętendat rem sibi obligatam,

gatã,& alius sibi donatam,si donatarius probat de certo tẽpore,&fiscus de incerto,prefertur donatarius,nonobstante priuilegio fisci:licet pôssit se habere ad prius vel posterius,per dictum Cyn.& Bal.in.d.l.de rebus.vbi traditur regula,quòd * probatio certi & determinati tẽporis obtinet contra illum qui probat de tempore,quòd potuit se habere ad prius & ad posterius. 6

In contrarium per aduocatos Romæ multa adducebantur,maximè ponderabatur gl.in.c.duobus.in verbo si non appareat.de rescri.in 6.vbi dicitur, quòd collatio ordinarii præfertur,quando expressè apparet de prioritate horę,quia dicebatur,quòd ordinarius cõtulit ante tertiã,& instrumentũ papæ dicit quòd contulit post vesperas.isto casu dicit Io.Andr.quia certitudine apparet de prioritate horæ, collatio ordinarii præfertur,ergo vult quòd si in collatione ordinarii esset hora in collatione verò papæ non esset hora,tunc præfertur collatio papæ: quia certitudine non apparet de prioritate horæ.

Secundò pôderatur glo.in.d.c.duobus.quæ dicit,ꝙ* appositio horę non est de consuetudine,ergo nõ est imputandum impetranti à papa, si non fecit apponi horã. 7

Tertiò arguebatur viua ratione,nam licet in collatione beneficii facta per papam non sit apposita hora,tamẽ potuit esse quòd fuit prior,& potuit esse,quòd fuit posterior.ergo sumus in dubio,sed tex.est clarus in.d.c.si à sede.de præben.in 6.quòd in dubio præsumitur collatio papæ præcessisse,subiicit tamen do.Iason, quòd prima opinio est verior, & credit quòd fuit obtentum Romæ pro illa collatione, quæ habet horam certam, & determinatam.

Secundus modus deprehendendi prioritatẽ in duabus

collationibus eadẽ die factis, est quando vnus est in possessione, quia data paritate qui est primus in possessione præfertur, & istud est commodum possessionis. tex. est in d.c. si à sede. idem tex. est in. d.c. ex literis. de probatio. facit. §. commodum, institut. de interdict. corroborantur prædicta per tria similia, quia si in duobus testamentis factis eodem die, & hora, sunt duo instituti in illo testamento, ille qui est prius in possessione, obtinet. ita tenet eleganter Barthol. in. l. prima. §. non autem. ff. de bono. possess. secund. tabulas. vbi glo. examinat quæstionem sabatinam.

Secundò, confirmatur per dictum Bal. in. c. ex literis.
9 in. 2. col. de consuetudine, quòd * si sunt duo eiusdem nominis & cognominis, & vnus posidet instrumẽtum, ille præsumitur creditor, quia præsumitur pro possessore, idem tenent Ang. Inn. & moderni in. l. cũ qui, in principi. ff. de acquiren. hęred. Angel. de aretio, institut. de adimen. lega. & Domi. de san. Geminiano, in. c. penul. in 7. col. de rescr. in 6.

Tertiò facit, quod decidit Bal. in. c. capitulũ sanctæ crucis, in. 1. col. ad finẽ. de rescr. quòd si duo eiusdẽ diei impetrauerunt potestatem Bononiæ, si vnus sit ĩ possessione plus iuris habet quàm alius ratione possessionis.

Tertia forma deprehendendi prioritatem in collationibus eadem die factis resultat ex ordine prothocoli, secũdum registrum secretarii regis, aut alterius collatoris: quia illud quod est prius scriptum, censetur prius confectum, & qui prior est in scriptura censetur prior in tempore. tex. est pulcher in. l. quotiẽs. C. de vsufruct. in. l. seruus ex his communis. ff. de stipula. seruo, & non eundo per mẽdicata est tex. quem Bal. reputat singularem in. §.

ad hoc

ad hoc in prima constitu.C.idem Bar.in.l.2.§.prius,in fi.ff.de vulga.& pupilla. substitu. & notabilius in.d.l.de dona.ante nuptias,hoc idem posuit Fel.in.d.c. pastoralis,in 4.col.allegat tex.singularem in.c.penul.de elect.in 6.ibi,is qui in instrumento primo est nominatus. istud idẽ sequitur do.Abb.in.c.2.de offi,delega.Dicens quod quando collatio facta est duobus sub eadem data, debet attendi cuius supplicatio fuerit prius signata,alias consu lędus est papa, aut rex,qui vtrunque gratiam fecit. istud idem sequitur Fely.in.d.c. capitulum sanctæ Crucis,in 4.col.de rescript.

Quartus modus cognoscendi prioritatem tẽporis,est quãdo collatio emanasset à rege, & alia à Delphino regnante in regno eadẽ die,& data,tunc præsumitur præcessisse illa,quæ dignior est,scilicet regis sicut in legato & ordinario.d.c.si à sede.

Nã in hac materia fuit aliquando grãdis cõtrouersia, quãdo * reperitur collatio episcopi & vicarii,eodẽ die fa 10
cta,quæ reputabitur prior.quã quæstionẽ formauit Io. Calde.in cõsi.2.sub tit.de vicar.& dicit,quod illa quæ est episcopi,tanquã à maiori præualet.d.c. si à sede,facit ꝙ no.Io.Mona.in.c.pen.de rescr.in 6. Maior est enim potestas episcopi ꝙ̃ sui vicarii.tex.in.c.dudũ.de præben.li. 6. Itẽ episcopus potest vicariũ suũ ad libitum reuocare, sed conferendo beneficium quantũ ad illud videtur reuocasse potestatẽ vicarii,sicut diximus in tractante causam in qua dederat procuratorẽ.tex.i.c.si quẽ. de ꝓcur. in 6.facit & aliud simile,quia per cognitionem quem facit delegatus,videtur reuocare potestatem subdelegati.c. intimati.de appellatio.& in.c.quanuis,de offic. delegati.ergo pariter ordinario conferente, videtur reuocari

potestas dicti vicarii.

Ad idem quod diximus de * papa, quod conferendo beneficium videtur aliis potestatem cōferēdi abstulisse, vt est tex.in.c.vt nostrum,vt ecclesia benefi.sine diminutio.confer.

Quintus modus cognoscendi prioritatē,est per præsentationem executori suæ collationis factam, quando duobus eadem die prouisum est de beneficio,ille qui primo præsentat literas suo executori, præfertur. ita decidunt domini de Rota in decisi.centesima,incipiente, itē si vnus.in nouis decisio.& hodie est sub ti.de præb.5.ita declarat Fely.in.d.c.capitulum sanctæ Crucis,in.5. col. de rescript.

Sextò probatur prioritas, quando actus aliter non potest substineri,& debet esse præambulus,semper præsu-
11 mitur præcessisse,vt * in dispensatione, in collatione simul, & semel facta, præsumitur dispensationem præcedere collationem,vt actus magis valeat quàm pereat.ita eleganter decidit Bal.in.l.cùm in testamento.§.hæc verba.ff.de hæred.institu.ita in specie decidit Fely.in.d.ca.capitulum sanctę Crucis.in 4.col.& in.c.pastoralis,in 4.col.de rescript.

Septimò apparet prioritas,quando in collatione facta duobus vna die inest clausa remotionis, vel reuocationis in vno instrumēto collationis,videlicet amoto quolibet illicito detētore,vel ꝙ in gratia adsit clausula,etiam si alteri cōtulerimus,quia talia verba ostendunt talē gratiam esse posteriorem.ita declarat Bal.in.d.c.pastoralis, per tex.in.l.cum proponatis.C.de codicil. quam theoricā sequitur idē Bal.in.c.2.de offi.deleg.dicēs, quòd vbi
12 in * diuersis scripturis concurrit priuatio & habitus,priuatio

uatio semper præsumitur posterior, quòd reassumpsit idem Bal.in.§.quibus,in procemio.C.

Octauò prioritas dignoscitur in collationibus factis duobus eodem die,quando inest clausula in vna,motus proprii,quia præfertur ad tollendam ambitionẽ,arg.c.si pluribus,de præb.in 6.ita videtur sentire Dom.de sanct. Geminiano,in.c.duobus,de rescript.eod.lib.6.

Nonò potest addi & alius modus cognoscẽdi prioritatem concessionis gratiæ, quando in collatione vna sunt exuberantia verba concedentis, in alia autem non sicut alibi.Bal.dicit,quòd quando duæ apparent inuestituræ factæ eodem tempore, præualet illa quæ est plenior. ita pulchrè Bal.in.c.primo,in 5.col.quid sit inuestitu.in vsib.feudo.

Decimò,extra collationes beneficiorum vnum reputatur prius altero,etiam factum eodem die,ab eadem persona,videlicet in instrumento dotis,vel in instrumẽto priuati contra fiscũ,qui certat de lucro captando,quia si fiscus opponat instrumentũ contra priuatũ, & priuatus ostendit aliud instrumentũ eodem die ab eodem confectum,& non apparet de prioritate instrumenti, iudicandum est pro instrumẽto priuati,quod præsumitur prius. tex. est pulcher ibi Bal.in.l. non puto.ff. de iure fisci. & hoc pro mirabili extollit Mathesil. in singul.suo 76. incipiente,nota vnam regulam. Bald.in.l.dotis.C. de iure dot.Bar. & alii in.l.1.ff. soluto.matrimo.

Neque est omittendũ,* quòd prioritas vel posterioritas probatur per testes,quãdo eadẽ die facta est duobus, sub eadẽ data,vt est glo.in.c.duobus.ibi in gl.si non appareat.de rescr.in 6.& in.d.c.si à sede,de præb.eod.libr. facit tex.in.c.ad audientiam.de in integrum restitutio. 13

Neque prætereundum est sub silentio regula cancellariæ 15. in ordine, quòd dato mutuo concursu graduati, non beneficiati, aut alteri non prouisi, beneficiatis. & cæteris paribus oriundi, nō oriundis. iuxta. c. cùm decorē. de institutioni. ita concludit Ioā. de Selua. Lemouicensis, in tracta. benefi. 3. part. q. 15.

¶ Summarium 47. priuilegii.

1 *Nominatio regis ad episcopum facta, non facit quominus rex aperta Regalia conferre possit.*

2 *Imperator habet priuilegium à papa, ut in qualibet ecclesia Alemaniæ unum canonicum possit facere recipere.*

3 *Nominatio est quædam gratia, seu beneficium.*

4 *An uniuersitas re integra possit reuocare nominationem.*

5 *Patronus ecclesiasticus post præsentationem collatori factam, non potest reuocare.*

6 *Illusio & uariatio in principibus & personis grauibus dānatur.*

7 *Remedium ordinarium facit cessare extraordinarium.*

1 Quadragesimūseptimum priuilegiū est, quòd si rex ex priuilegio Apostolico habeat potestatem nominandi in certis ecclesiis metropolitanis, cathedralibus & collegiatis, & de facto nominauerit, si postea aperiatur Regalia, potest omisso eo quem collatori nominauit iure proprio cōferre, iure Regaliæ, & suo nomine, nonobstante nominatione & insinuatione prius debitè factis. ita fuit arrestum latum die vltima mensis Augusti, anno domini 1075. pro magistro Hugone Boyleaue subeleemosinario regis. de præben. ecclesiæ sancti Petri de Gerboredo, diœcesis Beluacen. contra magistrum

Arestū.

giſtrum Ioannem Berthoris.pro cuius intellectu ſciendum eſt, quòd quẽadmodum perſonales nominationes conceſſæ principibus, ſicut Innocentius 6. ſuo tempore conceſsit Ioan.regi Francorum facultatem nominandi in triginta,tam metropolitanis,cathedralibus,quàm col legatis eccleſiis ſui regni.vt habetur in extrauagan.Ioã. 6.incipiente ex nunc,deuotionis,ſicut legitur de impera tore qui * habet priuilegium à papa, vt in qualibet ec- 2
cleſia Alemaniæ,poſsit facere recipere vnum canonicũ, vt no.Specul.titu.de præben. ad finem. & Ioan.Andr. in.c.is cui.de præben.in 6.in nouella.ita eleganter decla rat glo.in.§.placuit,ſuper verb.facultates.in titu.de col latio.in prag.ſanct.

Dubium faciebat,quia videbatur quòd princeps poſtquam certum clericum nominauit collatori, quòd non poſsit reſilire à ſua nominatione,ex quo talis nominatio cenſetur habere vim præſentationis, ſicut prælatus tenetur inſtituere præſentatum.in ca.decernimus. 16.q.7. dicitur enim quòd * nominatio eſt quædam gratia, ſeu 3
beneficium,quod decet eſſe mãſurũ.in reg.decet.de reg. iur.in 6.ita pulchrè Oldr.conſi.229. hanc opinionẽ videtur tãgere gloſator in.§.itẽ ꝙ ad prædictas duas partes.ſuper verb.nominare.in tit.de colla.in prag.ſanc.dũ quærit,vtrũ * vniuerſitas re integra poſsit reuocare no- 4
minationem,& licet ad partes videtur tenere,quòd non poſsit reuocare ſicut diſpenſatio facta ex cauſa quæ nõ poteſt reuocari.vt eſt tex.ĩ.c.ex parte. aliàs ex tua,de fil. presby.Henr.Bohi.in.c.& ipſos.de iureiur.

Mouetur ſecundo loco,quia certum eſt,quòd * patro- 5
nus eccleſiaſticus poſt præſentationem factam collatori non poteſt variare. cùm autem.ca.paſtoralis. de iure

patro. Secus autem si est princeps, aut alius patronus laicus, & secularis, quia licet possit variare accumulando alios nominatos, non tamen simpliciter recedendo à primo. ita tenet Ioan. And. in regu. in re cõmuni. de reg. iur. in 6. habetur in. d. c. cùm autem, & in. d. c. pastoralis. & per Henric. Bohic. in. c. auditis, de electio. nisi episcopus variationem admittat. Innoc. & Henri. in. c. cũ Bertholdus, de re iudica.

6 Tertiò, quia videtur quòd * illusio, & variatio in principibus, & personis grauibus, vt plurimũ damnatur, c. cum illusio. de renuncia. cum aliis pluribus, præsertim quando quis habet duas vias, eligendo vnam, videtur à se abdicare potestatem reassumendi aliam viam. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. actio. canonistæ, in c. vt quis duas. de elect. lib. 6.

In oppositum tamen multa stringunt, quia quotiescũque quis habet gratiam, vel nominationem super beneficio sibi conferendo, per illam non quæritur nominatio: sed solùm habet ius implorãdi officium executoris, vt sibi prouideat, vel faciat sibi prouideri. vt est bona gl. in. c. veniens. de renuncia. Innocen. in. c. literis. & in ca. constitutus. de rescrip. Specula. tit. de præb. in princi. Panor. in. c. capitulum. & c. seq. de rescript. & reperitur solus casus, quando expectans esset receptus in canonicũ, sub expectatione præbendæ, tunc talis habet ius ad rem, & non in re. vt in. c. penult. de præben. in 6. & in. c. fin. de concess. præben. aliàs autem nominationes quæ fiũt ad vacatura, non causunt ius in re, neque ad rem per supradicta. & sicut postulãtes re integra, possunt resilire à postulatione. vt in. c. bonæ. le. 2. de postul. ita principes nominantes.

Secundò

Secundò, quia iura quæ dicunt, quòd nominatio habet vim præsentationis, debent intelligi in beneficio vacante, & sic de re non integra, secus in beneficio vacaturo, quia omnes istæ expectatiuæ sunt odiosæ, & hodie damnatæ. Verùm est, quòd in beneficiis vacantibus publicatur scrutinium, & tunc nominantes nõ possunt variare.c.publicato.de elec.nulla enim iniuria vel infamia irrogatur nominato ex variatione, cùm nullũ ius sibi adhuc quæsitum sit ad vacatura.

Præterea extat regula, quòd * quando competunt alicui duo remedia, videlicet ordinarium & exordinarium, tunc remedium ordinarium facit cessare extraordinarium.tex.est in.l.in causa.2.ff. de minorib.do. Abbas latè in.c.ex parte.2.de rescript. Sed hic rex, & princeps habet remedium sibi competens iure proprio, videlicet iure Regaliæ, vnde debet facere cessare nominationem prius factam ex priuilegio, quæ sibi non competit iure suo, sed alieno nomine. 7

Cæterum, quia videmus quòd legatus qui reseruauit sibi beneficium pro certa persona, potest reuocare, & alteri prouidere. vt not. Hostien.in.c.dilectus. de iure patro. Ioan. And.in.c.pręsenti.in verbo pendente.de offi. lega.in 6.idem Ioan.And.in addi.ad Specula.in titu.de lega.§.nũc tractemus, in versi. item legatus. & in hanc partem videtur declinare glos. super verbo nominante.in dicto.§.item quòd ad dictas partes. de collatio. in pragma.sanct.

¶Summarium.48.priuilegij.

1 *Indultum apostolicum de non consecrandis episcopis infra tempus iuris, non facit queminus eo lapso tempore beneficia uacent in Regalia.*

2 *Spes non habetur in consideratione quæ non est de præsenti, sed pendet à futuro euentu.*
3 *Si rector ecclesiæ parochialis est in fine anni, adeo quòd non potest promoueri, tamen ecclesia non dicitur uacare.*
4 *Res prorogata non censetur per prorogationem innouata.*
5 *Multa fieri possunt per prorogationẽ, quæ nõ per innouationẽ.*
6 *Nemini facit iniuriam, qui suo utitur iure.*
7 *Papa potest tollere constitutionem positiuam.*
8 *Ligitimatio an conferat hæreditatem quæsitam agnatis.*
9 *Restitutio prĩcipis intelligitur facta sine præiudicio alterius.*
10 *Res in propinqua potentia actui, uidetur esse de actu.*
11 *Infertur etiã alicui præiudiciũ, cum illi tollitur spes futura.*
12 *Vno impedimento sublato, aliud non dicitur sublatum.*
13 *Ex identitate rationis licitum est arguere.*
14 *Cum præiudicatur in tempore, sæpè præiudicatur in iure.*
15 *In impetrandis beneficiis fiat mentio de prima expectatiua.*
16 *Papa ex plenitudine potestatis cogit episcopũ ad acceptandum inuitum.*
17 *Non debet esse in potestate grauati à se discutere onus.*
18 *Dispensatio quæ fit in fauorem personæ, non habetur in consideratione.*
19 *Creditor non potest prorogare terminum debitori, in præiudicium fideiussoris.*
20 *Licitum est facere in suo quod alteri nocet, & sibi prodest.*

QVadragesimumoctauum priuilegiũ est, quòd * indultũ sedis Apostolicæ, de nõ cõsecrandis episcopis infra tempus iuris,
1 nõ facit quo minus vacet beneficium in Regalia, si aliàs eo non existente indulto vacaret. ita fuit pronunciatum arrestum per magistros Ioan. de geroslis de Terdonne, contra magistrũ Guillelmum de Gardia, archiepiscopum Bargaren. pro canonicatu

Arestũ.

nicatu & præbenda Aurelianen. in curia parlamenti Parisiis, die. 24. Maii, anno domini. 1500.

Hanc. q. format Panor. in. c. cùm in cunctis. §. cùm verò. col. 3. de elect. idem formauit Innoc. in. c. de multa. de præb. eandem. q. tractat Io. Mona. in. c. si gratiosè. de rescrip. in 6. eandem. q. format ab expresso Aegid. de Bellamera, deci. ĩcip. 252. supposito facto. istud idem obiter tetigit Fely. Sandeus in suo solenni trac. quando literæ Apostolicæ noceant patro. ecclesia. in. 9. col. ibi, limitatur. 5. & arguendo ad partes, prima facie videretur dicendum quòd indultũ sedis Apostolicæ, vel dispẽsatio, impediat vacationem beneficii, & quòd non teneatur consecrari, & per consequens quòd non sit locus Regaliæ, moueor multis modis: quia ✝ spes non habetur in consideratione, quæ non est de præsenti, sed pendet à futuro euentu: non enim dicitur dãnum, vel præiudicium, nisi sit præsens. arg. lex facto. ff. de hære. insti. modo talis spes conferendi in Regalia ante vacationem non competit regi. c. 1. de conces. præb. vnde antequam in totum vacet beneficium, vel per consecrationem, vel lapsum tẽpus de consecrandis, non dicitur aperta Regalia: & sic interim summus põtifex potest secum dispensare per indultum, etiã rege, vel alio laico nõ cõsentiente, & ꝙ ĩ gratia principis nõ est põderandum præiudiciũ spei futuri iuris, cũ spes illa nõ sit radicata ĩ aliquo iure cõpetẽti de præsenti. gl. ĩ. l. gallus, in. §. quidã si tantũ. ff. de libe. & posthu. & ibi per Bar. Io. And. in reg. sine culpa. de reg. iur. in 6. 2

Secundò facit, quia beneficia non vacant, nisi per cõsecrationẽ, aut per negligentiam in petenda consecratione, quæ committitur per concursum temporis præfiniti à iure ad consecrandũ, sed obtinens indultum, veldi-

ſpenſationem, vt non teneatur conſecrari infra annum, non dicitur negligens: ergo non vacabunt priora beneficia, & ſic non cadunt in Regalia. nam vacatio beneficiorum venit conſecutiuè ad cõſecrationem: conſecratio autem extenditur ad conſecutiua ad illud. gloſ. nota. in cap. ſi quis in clero. 7. q. 1. glo. in ca. intantum. de præben. Panor. in. c. ac ſi clerici. §. de adulteriis. de iudic. latè Probus in tract. diſpen. in. 2. par. 10. memb.

3 Tertiò fortificantur prædicta, quia * ſi quis rector parochialis eccleſiæ, eſt in fine anni: ita ꝙ non poteſt promoueri: propterea non dicitur eccleſia vacare. c. cõmiſſa. de elect. in 6. & licet ſit indubitanter vacatura, poterit tamen ſummus pontifex, aut epiſcopus, per ſuam diſpenſationem non vocato patrono laico impedire vacationem huiuſmodi, ratione ſtudii, & ſic pręiudicare patrono (ſi præiudicium dici debeat) tex. eſt in ca. cùm ex eo. de elect. in 6. iſtud fuit maximum fundamentum Aegidii de Bellamera, in loco præallegato. ibi, ſeptimo principaliter, facit in ſimili, quòd ſi iudex præfixit terminum peremptoriũ, & ſit pars propè finẽ termini, taliter quòd id non poteſt præficere infra terminum, poteſt iudex terminum illum prorogare, etiam aduerſario non conſentiente. ſic quòd pœnam non incurrat. l. ſi ea. C. qui accuſ. non poſſ. in cap. paſtoralis. de except. & idem eſt in pœna conuentionali, vt notat Bar. in. l. cùm ita ſtipulatus. ff. de verbo. obliga. & probatur in. l. qui Romæ. §. calimachus. in fin. cod. titu.

4 Quartò corroboratur hæc opinio, quia * res prorogata non cenſetur innouata per prorogationem, ſed potius cenſetur eadem ſicut ante. l. ſed & ſi manente. ff. de præcar. idem tex. in. l. 2. §. ſi iudex. ff. de iudic. in. l. ſi cùm dies

dies.§.penult.ff. de arbitr.nec mirum,quia * multa fieri 5
possunt per prorogationem, quæ non possunt fieri per innouationem, sicut patet de iurisdictione delegata ad tempus, & ante finem temporis, de consensu partium prorogatur, vt in dicto.§.sed iudex.sed post tempus per partem non innouatur.tex.in.l.priuatorum.C. de iurisdic.omnium iud.cap.de causis.de offi.delegat. in.c.post translationem.super ver.nequeat.de renunciat.

Quintò,nemini * facit iniuriam qui iure suo vtitur. 6
cap.cùm ecclesia.de elect. vtens igitur re sua, non animo nocendi alteri, licet nihilominus alteri ex cõsequentia noceatur, non potest improbari. text.in.l.fluminum.§.fina.cum.l.sequent.ff.de damno infect.in cle. constitutionem.de elect.text.in.l.prima.§.denique.ff. de aqua pluuia arcend. modo hic papa vsus est iure suo,dispensando super beneficio, & vacationis impedimentũ tollendo, non autem disponit super iure patroni laici,quia nondum erat ei locus, nec illud agebatur animo illi nocendi, vnde valuit tale indultũ, & impedit ius Regaliæ per supradicta.

Sextò,accedat & aliud motiuum, quia * papa potest 7
tollere constitutionem positiuam, per quam inducitur hæc vacatio, nec oportet vocare regem, aut patronum, vel eius consensum habere.l.prima.§.primo.ff.de cõstitu.princip.l.fina.C.de legib.cap.inter alia.de senten.excommunic.quòd si papa potest in totum tollere constitutionem de consecrandis,per quam inducitur hæc vacatio : ergo potest in parte dispensare, quia qui potest plus potest & minus.in.c.ex parte. de decimis.arg.quæ de tota.ff.de rei vendic.

Septimò probatur,quia * licet beneficium legitima- 8

tionis à principe cōcessum filio spurio non conferat hæreditatem quæsitam agnatis,de his non facta mentione, secus tamen de hæreditate tempore legitimationis nōdum delata.ita pulchrè ponit Iacob.de Arena, & postea Bar.in.l.gallus.§.& quid si tātum.ff.de liber.& posthu. Ioan.And.in regula sine culpa.de regu.iuris, in mercurial. idem Iacob. in.l.1. de natalib.restitu.ff. simile videmus in liberto restituto natalibus, antequam sua hæreditas sit delata patrono,non confertur ei ius succedendi.tex.est in.l.etiam.§.1.ff.de bo.liberto.

Ex quibus omnibus restat conclusio firma, quòd papa per suum indultū potest derogare iuri Regaliæ,vacatione nondum occurrente, prorogendo terminum, etiā si sit spes propinqua vacationi,non vocato,nec consentiente rege.

Contrariam tamen sententiam putarem in secreto iuris veriorem, & ita decisum est per arrestum, quòd pro reuerentia tanti senatus est intrepidè obseruandum, & ante arrestum cōtrariam partem tenuit Francis.de Aretio,in consil.7.incipiente procedendum, eandem secutus est opinionem Aegid.de Bellamera,in.d.decisi. 252. incipiēte, supposito facto. & in hoc recessit ab opinione dominorum de Rota.istud idem tenet Felyn.in præallega.tracta.quando literæ Apostolicæ noceant patro. in limita.quinta. in.8.col.pro qua opinione stringit fundamentum factum per eundem Francisc. de Aretio, in d.c.consi.quia negari non potest,quòd post collatū episcopatū,etiam ante acceptationem episcopatus, & multo fortius post acceptationem ipsius fuerit ius conferendi quæsitum regi ex causa de præterito ,saltem in spe, quæquidam spes habet originem à causa de præterito,

&

& videtur esse considerabilis,sicut ius quæsitum in re. tex.in d.l.post emãcipationem.in.§.primo. & ibi Bar.ff. de libera lega. idem Bar.in.l.is potest.C.de acqui.hære. & ꝓbatur in d.l.spem.C. de dona.& in.l.nomina.ff.de hæred. vel actio.vendi. vnde sicut ius quæsitum tertio, ex facto contrahentis non potest ipsi tertio per contrahentes auferri, ita ius quæsitum in spe. ita est casus notatus per Bald.in.l.si constante.in fin.C.de dona. ante nuptias.

Secundò, pro ista opinione facit optimè tex. in cap. quanuis.de rescript. in 6. vbi habetur quòd restitutio * 9 facta à principe, intelligitur etiam sine præiudicio iuris quæsiti alteri facta. Nam loquitur ibi de eo qui habebat literas expectatiuas ad beneficia vacatura, quæ sine dubio priusquam beneficium vacet,non conferunt ius, nisi conditionale, vel in spe. vt dicit Bartho. in dicta.l. is potest. Potest enim expectans priuari, & sic expiraret gratia, vt clarè tradit Ioannes And. in mercurial. in regul. ignorantia. de regulis iuris.in 6.vnde in casu nostro cùm beneficium erat de proximo vacaturum, & imminebat regi proxima spes conferendi, non potest indultum sedis Apostolicæ habitare eum ad tenendum beneficia sua, quæ obtinet in præiudicium regis, etiam si dispensatus sit de nõ consecrando infra tempus iuris.

Tertiò facit, quia * cùm res sit in potentia propinqua actui, videtur esse in actu.l.penultima.ff.de testa. milita. vnde habetur illa regula quòd de proximo cingendus habetur pro iam cincto. vt latè tradit Felyn. in cap. eam te. in colum. prima. de rescript. cui adde quæ nouissimè cumulauit Probus in tracta. pensio. in .§.parte.q.10.

11 Quartò accedat, quòd * nedum infertur alicui graue præiudicium cum tollitur sibi ius quòd habet in præsenti, imò cum tollitur sibi spes futura, firmat, & de certo effectu trahente consequentiam necessariam ad causam: perinde est ac si de præsenti esset, vel de propinquo futuro foret. casus est pulcher & nota. in. l. damni infecti. §. sabini. ff. de damno infect. l. status florus. §. Cornelio felici. ff. de iure fisci. hinc est, quòd dicitur quæ incontinenti fiunt, vel fieri debent, videntur inesse. l. lecta. versi. dicebam. ff. si certum peta.

Quintò, quia cùm beneficia electi in episcopum, non vacent ante consecrationem, vel lapsum tempus de consecrandis. dicto cap. cùm in cunctis. tamen subiacent vacationi post dictum tempus, vnde per dispensationem Romani pontificis, non potest fieri indultū, vt retineantur priora beneficia in præiudicium regis, quia res subiecta restitutioni, non potest alienari. text. est in titu. res quæ. c. communia. de lega. ita notat Ioan. And. in cap. si tibi concesso. de præben. in 6. in nouel.

12 Sextò, quia * vbi sunt impedimēta duo vel plura, vno amoto non videtur sublatum aliud. l. si domus. ff. de seruitu. vrba. prædio. cap. 2. de fil. presbyte. lib. 6. modò hic videntur duo impedimenta vnum iuris, videlicet de cōsecrandis episcopis infra tempus, aliud de iure Regaliæ. vnde primo sublato, aliud non videtur sublatum, vnde licet papa vtatur sua plenitudine potestatis in vno articulo, non videtur tamen quòd velit vti in alio, quia talia tanquam odiosa sunt restringenda. regu. quæ à iure. de reg. iu. in 6. l. cùm quidem. ff. de liber. & posthu.

13 Septimò facit, quia * ex identitate rationis licitum est arguere. cap. inter corporalia. de transla. episcopi. in cap. translato.

translato.de constitu. vnde ratio propter quam indultũ est ꝙ beneficia laicorũ ad eorum præsentationem pertinẽtia eis spretis nõ conferãtur,& ne turbati ex hoc à fundatione ecclesiarum retrahantur, prout legitur & notatur in.c.dilectus. de iure patro. igitur indultum pontificis non potest impedire collationem fiendam per regem incontinenti quòd episcopus consecrabitur,quia cathedrales ecclesiæ, vt plurimum sunt de fundatione regia, vnde reges retrahentur à fundatione earum si præiudicaretur iuri suo de proximo venturo,cui * enim præiu- 14
dicatur in tempus,præiudicatur sæpè in iure, vt est tex. in cap.in veteri.de electio.not.in cap.cùm sit. & ca.præterea.de appella.

Octauò,accedat quod dicunt domi. de Rota in.d.decisio.331.in.2.col.in nouis, vbi referunt dictum domini Card.Parisien.ꝙ ipse posuit in.d.c.quanuis. de rescript. in 6. videlicet restitutionem concessam à principe per modum gratiæ ad beneficium patroni,vel regis,ante vacationẽ,vel post,nõ valere,nõ facta mentione de patrono laico,& ad hoc inducebatur cle.1.de præb. post prin. Nam quemadmodũ in dispensatione super pluralitate dignitatũ incõpatibilium,est exprimẽda notabilis qualitas, videlicet curæ.ita & in hac dispẽsatione retenta dignitate,cum alia incõpatibili facienda erat mẽtio de ea qualitate,videlicet ꝙ spectabit ad collationẽ laici, aliàs nullum infert preiudiciũ regi,tale indultũ concessum de retinendo beneficia priora,etiam post tempus de consecrandis.pro his facit optimè dictum Ioan.And.in regula ignorantia.de regu.iur.in 6.vbi concludit quòd * in 15
impetratione beneficii tenetur quis facere mentionem de prima expectatiua, quam prius obtinuerat, licet per

eam non esset ius quæsitum nisi in spe, & ita tenendo, non obstat quòd tenet Bar.in.l.fina.in fine.C.de pactis. vbi dicitur, quòd illa non dicitur spes considerabilis quæ pendet à mera voluntate alicuius, vnde cùm sit in potestate episcopi non acceptare episcopatum, & sic non vacabunt priora beneficia, potuit impetrare illud indultum, quia non fit iniuria laico cùm nondum vacabant beneficia, ad quod respondet domi. Franciscus Aceti. in dicto consilio 7.quòd doctrina Bart.loquitur de directo, quando ipsa spes liberè pendet à voluntate alterius, sicut illa testatoris disponendi de hæreditate debita ab intestato,sed in casu nostro non est in potestate episcopi, de directo, vtrum patronus habiturus sit ius præsentandi vel non,licet per indirectum aliquo casu possit istud ius impedire, puta si renunciet episcopatui collato, vnde non pendet ista spes à voluntate sua, quia in omnem euentum non potest impedire episcopùs spem patroni,sed solùm si renũciet episcopatui, vnde nec liberè potest eam in omni casu conferre,nec etiã directo,sed per indirectum.& ideo casus non est similis,
16 maximè,quia * summus pontifex ex plenitudine potestatis potest cogere episcopum ad acceptandum inuitum, secundum glo.7.q.1.in omnibus.& in ca.per principalem.8.q.3.

Restat nunc respondere ad argumenta prius facta, ad primum argumentum in quo dicebatur, quòd non habetur in consideratione spes, quæ non est de præsenti, & nondum aduenit,quia nihil diminuitur quod nondũ productum est, respondetur vt superius dictum extitit, quòd ista spes est à Deo firma,& propinqua actui,quòd censeri debeat esse in actu,& fit æquè graue præiudiciũ

quando

quando offertur illa spes, sicut si tolleretur ius de præsenti; casus est pulcher in.l.inde neratius.§.idem Iulianus.ff.ad legem Aquil. vbi tex.dicit quòd seruus meus hæres institutus, si viuo testatore occidetur, tunc habeo actionem legis Aquiliæ contra occisorem, nunquid in æstimatione serui veniat hæreditas, certè non, quia spes nec est firma, nec propinqua, sed pone quòd erat institutus sub conditione, cuius implementum à potestate mea dependebat, & quòd fuit post mortem testatoris occisus, nunquid hoc casu venit hæreditas in damni æstimatione, certè tex. dicit ꝙ sic. & est ratio, quia hoc casu spes illa erat firma & propinqua actui. & ideo alibi dicit tex.quòd si publicentur bona hæreditatis damnati restituere hæreditatem alteri post mortem suam, facit quòd illa spes est firma fidei commissarii, ita quòd ei non potest cõferri hæreditas per publicationem, saltem post mortem.d.§. concilio fœlici. Accedat & aliud, quia si hæreditas legatarii, vel libertas relinquitur sub conditione, non potest hæres conditionem impediendo impedire relictum, pro hoc allegatur regula cum non stat. de regul.iuris, in 6.l. iuris ciuilis.ff.de condit. & demonstr. maximè quando per conditionis purificationem foret mihi ius apertum.l.vltima.C.de condi.institu.modo ius competens patrono, vel regi, est ad grauamen, vel præiudicium ordinariorum collatorum, & dependet illud ius à conditione vacationis.ca.fina.de conceff. præben. ergo illius conditionis euentum vacationis impedire non potest, quia * non debet esse in potestate grauati à se di- 17
scutere onus.l.non vterque.§.primo.ff.de eo quod certo loco.circa secundum argumentũ, quòd non reputatur negligens episcopus qui habet dispensationem de

non consecrando infra tempus iuris,ita quòd potest retinere priora beneficia,istud ĩtelligitur quo ad seipsum, sed quod præiudicetur regi in sua Regalia papa hoc nõ potest facere,vt latè deductum est.

Non obstat tertium obiectum, in quo dicitur, quòd si rector parochialis ecclesiæ qui tenetur promoueri infra annum ad sacros ordines, sit in fine anni, ita quòd nulla sit spes posse suscipere prædictos sacros ordines,nihilominus quia beneficium nõ dicitur vacare, nisi toto tempore anni elapso,vt in.d.c.commissa.tamen potest episcopus dispensare, vt non vacet beneficium, etiam post annum vsque ad septennium,vt in dicto ca. cùm ex eo. de electio.in 6.ego similiter papa potest dispensare cum episcopo,ante tempus de consecrandis elapsum, vt non teneatur consecrari,& tantum retineat beneficium non vocato laico, quia illud fit in fauorem ecclesiæ, ratione
18 studii, prout loquitur ibi tex.sed ista * dispensatio fit in fauorem personæ,quæ non habetur ita in consideratione,argu.c.fina.de rescrip.in 6.ita eleganter soluit Aegid. de Bellamera,in decis.d.252.in.10.col. dicẽs quòd prædictam differentiam ponit notabiliter Domi.Cardi.Parisien.in.d.c.quanuis.de rescrip.in 6.

Nec aliquid facit,quòd res prorogata nõ censetur innouata,sed semper reputatur eadem.d.l.sed si manente. ff.de præca.& quòd multa permittuntur per prorogationem quæ non tollerarentur per innouationem, quia ad hoc respondetur, quòd prorogatio ad hoc vt innouet, debet fieri de consensu partium vt in arbitrio, vel in iudice delegato, vt supradictum est.secus vbi læditur ius tertii,puta patroni laici,vel regis,quia papa vel inferior, non possunt tollere illam spem firmam,& certam,quam habet

habet rex in beneficiis, quæ vacabunt post tēpus de consecrandis, dispensando eundem per indultum, de nō consecrando, etiam post tempus, vt retineat priora beneficia, quæ sunt iam affectata regi, & ꝓpinqua actui, ꝓ qua opinione vltra supradicta stringit opinio. Ioan. And. in addit. ad Specula. in titu. de fideiusso. & ibi Panor. in vlt. col. vbi dicunt, quòd prorogatio quæ tendit in præiudicium tertii, censetur vera nouatio, ita quòd in * præiudicium fideiussoris non potest creditor prorogare terminum debitori, nisi fideiussor de nouo consentiat, mouentur per tex. in. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loca. vbi si prorogetur terminus conductori, fideiussor nō tenetur, nisi expressè denuò promittat. idem tex. in. l. cùm hermes. C. eo. Archid. in. c. quæquidam. II. q. I. & multū facit tex. in. l. si vnus. §. I. & ibi Bal. in lectura antiqua, vbi etiam Angel. & Alexand. ff. de pact. idem tenet Bar. in. l. Lucius. per illum textum. §. Paulus. ff. de administra. tuto. accedat doctrina Bar. quòd si debitor sit obligatus soluere in certo tempore, & creditor proroget illum terminum, certè per istam prorogationem fit mentio prioris obligationis, ope exceptionis. ista sunt verba Bar. in. l. Valerianus. quæ est lex penulti. ff. de præto. stipulà. ita quòd, prima obligatio nouatur, & fideiussor liberatur. tex. est in. l. vbicunque. ff. de fideiusso. argu. l. solutum. §. nouata. ff. de pignora. actio. & ita tenet Baldus in. l. ita in mandatore. C. de non numerat. pecu. Ex quibus omnibus constat, quòd in præiudicium regis prorogatio tēporis de non consecrandis, fieri non potest per indultum papæ, sicut nec in præiudiciū fideiussoris, vel alterius tertii, saltem eo non vocato, vel consentiente. 19

Nihil obstat quintum fundamentum, in quo traditur

20 regula generalis, * quòd licitum est in suo facere, quod alteri nocet, & sibi prodest. vt ꝓbatur in.l.1.§. denique. ff.de aqua pluuia arcend. Secundo quando sic faciendo directo in alienum non immittit, per tex.in.l.sicuti.§.aristo.& in.l.si quando.§.fina.ff. si serui.vendi. quia respondeo, quod hic vtrunque deficit: primò, quia papa per suum indultum de non consecrando nihil sibi reseruat, nec sibi aliquid proficit, sed animo alteri prouidendi facit: secundò, quia per hoc in alienum immittitur, in hoc quod tollitur spes vacatiōis directè. ita resoluit Aegid.de Bellamera in decisi.642.10.col.

Minus facit sextum motiuum in quo dicitur, quòd papa est supra ius positiuum, & potest illud tollere, nec requiritur quòd vocetur patronus laicus, aut rex, & sic potest tollere tempus de non consecrandis statutum à iure positiuo, à fortiori potest ĩ parte per certum indultum concedere potestatem, quòd episcopus non teneatur cōsecrari infra tempus, & per consequens ꝙ priora beneficia nō vacēt per supradicta, ad quod respondetur, quòd ab ista generalitate excipitur speciale praeiudicium patroni laici. Vnde si papa collationes beneficiorū in genere, vel in specie alteri cōferat, vel sibi etiam suo proprio motu reseruet, etiam omnibus collatoribus, praesentatoribus inhibendo specialiter, & cum appositione decreti non conferant, vel praesentent, excipitur semper rex, vel patronus laicus. ita no.in cap.dilectus. de offic. legat.& in ca.cùm dilectus, de iure patrona.quam opinionem sequitur Fely. in suo solenni tracta. quando literae Apostolicae noce. patro. ecclesia.in.10. col.in amplia.1.dicens quòd licet papa posit suam positiuam constitutionem omnino euertere, tamen ea quae statuta & ordinata

ordinata sunt in præiudicium patronorum laicorum, regum, marchionum, ducum, & principū, non potest destruere. & allegat reg. cancel. 40. & refert quòd Hosti. in d. c. dilectus. de offic. legat. dicit se vidisse bullam papalem, directam prælatis Angliæ, in qua non est intentionis pontificis per quamcunque constitutionem derogatoriam conferre ius competens patronis laicis. idem refert Ioan. And. in loco præallegato. & mouentur ratione, ne laici retrahentur à fundatione ecclesiarum, & scribit Ioan. And. se vidisse seruare per Gregorium. II. qui dum contulisset ecclesiam sancti Romuli Florentiæ, nō facta mentione de patronatu laico, non potuit postea obtinere ille cui contulit, & idem tenent Ioan. Monac. Archid. & Ioan. And. in cap. 2. de præben. in 6. Vnde licet possit papa tollere constitutionem positiuam, tamen non potest quod ordinatum & statutum est in fauorem patronorū laicorum, & quòd sperat habere rex iure Regaliæ, sibi conferre, per rationes superius adductas, quia aliàs si talis facultas esset regibus & principibus sublata, tepescerent & retraherentur eorum animi ab huiusmodi fundationibus, vt dictum est.

Cæterum, non obstat fundamentum de legitimatione, quòd in illa nō apprehendatur hæreditas nondū obuenta aut acquisita, licet in spe possit haberi, quia respōdetur secundum Aegid. de Bellamera, in loco superius allegato, quòd spes illa antequam hæreditas sit delata, nō est certa, propinqua, & firma, quia multa accidere possunt ne capiatur, vt institu. de rerum diuisio. §. interdū, & mors hominis non est speranda. l. final. C. de pactis. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obligat. secus si esset spes illa ꝑpinqua acqui, vt in casu nostro de

episcopo qui iam acceptauit, & superest illi tempus de cõsecrandis à iure introductum, pro medio tempore papa potest dispensare in præiudicium regis vel patroni laici, illud fieri non potest, saltem eo non consentiente per supradicta.

¶Summarium. 49. priuilegij.

1 *Rex iure Regaliæ conferens, naturam & qualitatem beneficiorum in fundatione appositas sequi tenetur.*

2 *Patronus potest iuri patro, renunciare, etiam sine episcopi consensu.*

3 *Obseruantia fundationum operatur, ut multi ad fundationes fiendas inuitentur.*

4 *Nemo potest sibi legem apponere à qua non possit recedere.*

5 *Consensus patroni, uel eius hæredis, sufficit ad tollendũ conditionem in fundatione appositam.*

6 *cum non presbytero per episcopum cum consensu patroni dispensatur ad beneficium presbyterale.*

7 *Hæres non potest uenire contra factum defuncti.*

8 *Conferens iure deuoluto, tenetur insequi naturam beneficii deuoluti.*

9 *Limitata potestas transit cum suo onere.*

10 *Quod una uia prohibetur, alia non debet admitti.*

11 *Dispositio testatoris certa, non potest alterari.*

12 *Post fundationem non possunt conditiones apponi.*

13 *Rei sacræ non potest imponi seruitus.*

14 *Diminutio redditus facit laxare onus.*

1 QVadragesimumnonum priuilegiũ est, quòd rex * teneatur conferendo præbendam, vel alia beneficia simplicia, sequi naturam & qualitatem beneficii,

neficii, actu fundationis appositam. vt per arrestum latum, licet non sit decisorium in senatu Parisien. prolatum inter magistrum Guillelmum dumas ex vna parte, & Symonem de Lentagi ex altera, & hæc quæstio erat de præbenda sancti Germani Altissiodoren. Parisiens. tunc vacante per mortem magistri Petri de arunna. Arestū.

Dubium erat, quia dictus Guillelmus dicebat, quòd dicta præbenda collata fuerat per charissimum genitorem regnantem Rogerimo de Rogemont, quiquidam non expresserat, quòd dicta præbenda esset sacerdotalis, & quòd esset ætatis decem annorum, & per id, quòd dicta collatio erat nulla ipso iure, facta dicto Rogerimo, & dictus magister Symon dicebat in contrarium, quòd dato, quòd esset sacerdotalis præbenda, tamen secundum consuetudinem & vsum dictæ ecclesiæ, poterat obtineri à simplici clerico, seu persona ad sacerdotium non promota, & obtenta fuerat à tanto tempore de cuius contrario hominum memoria nõ extabat, vnde per arrestum dictæ curiæ fuit dictum, quòd præfatus magister Guillel. & dictus magister Symon super eorum factis contrariis, hincinde facerent facta sua, & daretur commissarius, qui super eorumfactis inquireret, quod fuit pronuntiatum die 12. Martii, anno tricentesimo quinquagesimo.

Hanc quæstionẽ videtur formare Panor. post Calde. & Fel. in. c. cũ accessissent, in 8. col. de consti. eandẽ quæstionem tract. Io. And. in regu. contra eum, de regu. iur. in 6. dum quærit. vtrum subrogatus teneatur seruare cõditiones & modificationes appositas in fundatione beneficii, & sit astrictus per omnia, iisdem modificationi-

bus quibus primus tenebatur.istud idem format Bal.in l.si puellæ.C.si mácip.ita fuer.aliena. Abbas post Innoc. in.c.fina.de cleric.non resid.quando tractat quòd episcopus non potest contra statum beneficii dispensare.idem format do. Andr.Siculus in consilio.33.incipiente,scripsit Psalmista in.4.col. & finaliter hunc passum tetigit do.Rochus de Curte in suo solenni tracta.de iur. patro. super verbo pro eo quòd de diœcesani cósensu.in.14.q. dum tractat vtrum patronus,vel successor,possit conditiones,seu qualitates,tempore fundationis appositas in totum tollere,vel saltem alterare,pro ista opinióe quòd rex í collatione Regaliæ nó teneatur sequi modificationes,& qualitates appositas in fundatione beneficii. Facit,quia * potest patronus ius patronatus in totum supprimere,& ei renunciare,vt ecclesia remaneat libera,etiam sine consensu episcopi,vt eleganter decidit Abbas in.c.illud,in fina.col.de iure patrona.glo.in ca.memini. 18.q.& ponderatur ibi tex.in verbo, liberam facultatem loco religioso. idem in ca.ex literis.in ca. cum seculum, eodem titu.Hostien.in tit. de iure patro.§.qualiter trásferatur, versi.vocatione.Ioan.Calder.consil.4.sub titu. de iure patronatus,igitur à fortiori potest modificatióes, & qualitates in fundatione appositas, immutare pro libito voluntatis.

2

Secunda ratio,quia quod fauore introductum est,nó debet in odium retorqueri. in regu. quod fauore. ff. de regu.iur. Sed quod non possit institutio facta in fundatione beneficii diminui.istud est introductum in fauorem fundatorum : quia * videntes fundatores eorum ordinationes inuiolabiliter obseruari inuitantur animosius ad fundationem ecclesiarum, vt dicunt latè doctor.

ctor.in.c.cum dilectus. de iure patro. & in.c.dilectis.de offi.leg.& amplissimè Fel.in tract.quādo literæ apostolicæ noce.patr.ecclesiast.in 2.col.quòd igitur in fauorē laicorum statutum est,quòd possit tolli vel eneruari per eosdem,quia nihil tam naturale est, quàm vnumquodque vinculum dissolui eo genere quo ligatum est.tex.in reg.nihil tam naturale.ff.de reg.iuris.

Tertiò, quia si fundator viueret, posset consentire & immutare voluntatem suam,quia * nemo potest sibi apponere legem à qua recedere nō possit.l.si quis in principio testamenti,de lega.3. etiam si talis voluntas esset iuramento firmata.glo.ordi.in.c.fina.in versic. reuocatus,de procurator.in 6. ergo successor, & hæres qui est vna & eadem persona cum defuncto,non tenebitur in totum sequi prædictas modificationes in fundatione appositas. 4

Quartò, facit egregia decisio Hostien. quam omnes sequuntur,quòd * sola authoritas & consensus fundatoris,vel eius hæredis,sufficit ad hoc vt tolletur natura, qualitas,& cōditio, aut institutio, in ipsa fundatione apposita, ita decidit Hostien.in.c.cùm accessissent,de constitu.de quo facit festum dominus Anthonius.Abbas & Immol.ibi,inferentes, quòd * si in institutione beneficii collatio est facienda presbytero,potest cum licentia patroni super hoc dispensari.idem tenet dominus Abbas in.c.finali.de clericis nō residentibus,accedat quod notabiliter dicit Bal.in.l.si quis presbytero.in 4.no.C. de episcopis & clericis. quòd consensus patroni sufficit ad hoc,vt ecclesia simplex efficiatur collegiata,idem si ecclesia erigeretur in cathedralem secundum Petr. de Ancha.in.c.cùm inferiora.de maior.& obedientia,idem 5 6

si vniretur alteri ecclesiæ, vt copiosè refert do. Cardina. in consi. 96. incipiente, papa vniuit. & Domi. in. c. cùm ecclesia, in vlt. nota. de præb. in 6.

In contrarium, quòd rex, licet sit hæres fundatoris, tamen non potest immutare naturam beneficii, neque cõditiones fundationi annexas. istud ostendendo pluribus ratiõibus. Prima ratio est, quia ex quo ius est iam acquisitum ecclesiæ, nõ potest tolli, esset enim species alienationis. vt dicit elegãter do. Abbas in. c. cùm dilectus, de consuetud. quia licet quis in traditio. rei suæ, possit apponere pactum quod velit. l. in traditionibus. ff. de pact. tamen postquam semel conditio est apposita per fundatorem, ab ea non potest in præiudicium ecclesiæ resilire. argu. c. si quis semel deo dicatum, de regu. iur. in 6. sicut contractus sunt ab initio voluntatis, & ex post facto necessitatis. l. sicut. C. de actio. & obliga. l. in commodato. §. sicut. ff. commoda.

Secundò facit, quia obstat regula iuris cõmunis, quòd
7 hæres * nõ potest venire contra factum defuncti. l. cum à matre. C. de rei vendi. & licet fundator consentire possit, vel mutare voluntatem suam, tamen ista facultas nõ videtur hęredi cõpetere. vt est tex. nota. in simili. l. si ego. §. si res. ff. de iure dot. facit text. in. l. fina. C. de reuocan. donatio. in. c. fina. de donatio. tex. in. l. 3. ff. de ser. exportan. & in terminis huius quæstionis tenet Ioan. de Imol. & post eum Card. Floren. in 5. quæstione, in cle. quia cõtingit. de religio. domib.

Tertiò, facit quæstio disputata per Io. And. in. c. con
8 tra eum, de regu. iuris in 6. dicens, quòd * quando ius cõferendi est deuolutũ alicui, astringitur subrogatus sequi naturã & conditionẽ quã obligatur primus cõferens in

cuius

cuius locũ subrogabatur, vnde si tenebatur conferre vni de gremio, non potest substitutus alterare illam conditionem beneficii: similiter si collatio est fienda presbytero, non posset conferre non presbytero. & de hoc videtur esse casus in clem. prima. ibi, illa videlicet, de suppl. negli. præla. quam singularem testatur Ludo. Roma. in singul. 494. incipiente pone per arbitrium. Ad hæc etiã est tex. cum glo. in. c. dilecto. in ver. subrogãtes, de præb. vbi quãdo vnus alteri subrogatur, censetur astrictus eisdem modificationibus quibus primus. tex. l. si iudex cui certa tempora. ff. de iudi. facit illud generale, quòd subrogatus sapit naturam eius in cuius locum subrogatur. tex. in. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. hoc idem tenet Bal. in. d. l. si puella. C. si mancip. ita alien. fuerit, dicens quòd non receditur à forma apposita in fundatione quæ perpetua est, licet recedatur à persona, quòd dicit esse menti tenendum.

Vltra prædicta accedit, quòd * limitata potestas transit cum suo onere, arg. c. ex literis, de pignorib. l. traditio. ff. de acquir. rer. domi. idem tenet Panor. in. c. ne pro defectu. & in. c. cum magistrum, extrà de elect. dicens, quòd tenetur prouidere secundum qualificationem qua tenebatur collator ille superior, ad quem fit potestatis deuolutio. alibi glo. prag. sanct. in. §. quod si quis. ibi, ad proximum superiorẽ deuoluatur, qui similiter habeat prouidere de collatio. dicit per illum tex. quòd quando deuoluitur potestas alicui, tenetur prouidere hominib⁹ illius qualitatis secundum naturã institutionis beneficii. idem latè prosequitur Probus in tract. pensio. parte. 1. q. 1. & latius in tract. deuolutio. 9

Quartò facit, quia cum hic agatur de voluntate defun

cti seruanda, & vt piæ mentes fideliũ non defraudētur, hæres etiam laicus fundatoris, non potest cõtra id quod semel ordinatum est ab ipso fundatore immutare volũtatē suam, neque sufficeret consensus hæredis, quia non agitur de vtilitate ipsius cui possit renuntiare. ita in specie & singulariter tradit Card. Floren. in. d. clemen. quia contingit. in prin. in 5. q. d. de relig. domi. ita notat Bar. in. l. legatum. ff. de administra. rer. ad ciuita. pertinen. & dicit ibi Card. se pluries dixisse in. c. nos quidē. de testamen. propterea Fely. in d. c. cum accessissent, in 7. col. dicebat, quòd quãdo hæres laicus vult mutare institutionem beneficii, & cõferre aliter quàm eius natura dictet, si faciat dispēsando pro illa vice duntaxat, licitè potest, & dicit quòd ita consuluit Ferariæ & obtinuit. mouetur authoritate do. Antho. de But. in cap. fina. ante med. de testa. vbi dicit, quòd relictũ pro anniuersario, potest pro vna vice in aliud expendi, & postea redire ad solitũ debitum, secus quando vellet in totum supprimere naturã beneficii, vel conditionem, non potest tunc.

Quod dictum videtur posse comprobari, quia pro vna causa potest clericus officium procuratoris suscipere, licet generaliter nõ posset, vt est dictum Inn. in. c. primo, in fine. de obli. ad ratiocina. ita corroborat Decius in. d. c. cùm accessissent, in 3. col. & Abbas in 8. col.

Ego autem cùm alias legerem Aureliæ in publicis subselliis prædictam decretalem, cum accessissent, dicebam non esse seruandam hanc opinionem Felyn. tanquam inimicam & contrariam voluntati & intentioni defunctorum, & quòd dicta immutatio non potest fieri per hæredem laicum, nec pro vna vice, nec in totũ. Mouebar, quia voluntas testatoris est seruanda pro lege. §. disponat.

disponat.in authen.de nupt.in.c.vltima voluntas.13.q.2. Adeo ꝙ dicũt Petr.de Anch.& Imol.in.c.nos quidẽ.de testa.ꝙ est seruáda in forma specifica per.d.l.legatum.ff. de vsufruct.lega.in.l.qui hæredi.& in.l.Meuius.ff.de cõditio.& demonstra.Sed si diceremus voluntatem defuncti,pro vna vice immutari, certè non obseruaretur ipsa voluntas in forma specifica.

Secũdò mouebar,quia quòd * vna via prohibetur,aliá 10 non debet admitti.text.in.l.fina.C. si mancip. ita fuer. aliena.in.c.constitutus.de conceff.præbend.in.c.tuæ,de procura. in regul. cum quid vna.de regu.iur.in 6. sed si permitteretur quòd pro vna vice relaxaretur institutio beneficii, destrueretur omnis intentio testatoris, quia hęres laicus vteretur hoc verbo pro hac vice,quãdo vellet aliter prouidere quòd se habeat natura beneficii. ex quo fit quòd etiam euidens prærogatiua personæ non debet persuadere, vt recedatur ab institutione beneficii. ita in simili dicit Panor.in.c.exposuisti, de præben. volens quòd vniones non possunt fieri in præiudicium beneficiorum,etiam suadente euidenti prærogatiua personæ, ne piæ mẽtes fideliũ defraudentur.ita tenet gl. pragma. sanct.in tit.de elect.& reserua. in.§.item decretum. super verbo deceptis.

Tertiò mouebar per solenne dictum Bald. in.l.si quis ad declinandam,in.5.col.C.de episco.& cleri. vbi tradit magistraliter,quòd * vbicunque dispositio testatoris est 11 certa respectu causæ,personæ,& loci, nũquam potest alterari.& ita est tex.in.d.clem.quia contingit,in princip. vbi tex.formaliter dicit quæ ad çertum vsum largitione sunt destinata fidelium,ad illum debent, non ad aliũ conuerti.& ibi do.Car.Flo.q.4.dicens,quòd non potest

in melius fieri talis mutatio.idē do.Abbas in.c.tua nobis de testa.& sic nec in parte,nec in toto,debet recedi à voluntate testatoris.eandem sententiam tenuit Roch. de Curte in tract.de iure patro.in.15.q.super verbo, pro eo quòd de diœcesani consensu.& idem Roch.super verbo mandauit construi hospitale,an possit hæres facere construi vnum monasterium,& ita tenendo, non obstat deci.Fely.superius allegata,quia Fely.non probat decisionem suam aliquo iure standum,est igitur reg. iuris, quæ habent quòd hæres non potest venire contra factum defuncti,sed debet seruare voluntatem suam pro lege, inquit Bald.in.c.1.§.iudices,de pace iura.fir.& Panor.in.c. salubriter,col.1.de vsu.per tex.in.c.2.in fi.decōiugio lepros.& reperi postea,ꝙ do.Phil.deci.ī.d.c.cū accessisent in finalibus verb.8.col.reprobat opinionem Fely. dicēs ꝙ tex.in.d.cle.quia contingit,loquitur generaliter,&nō plus permittit in vno casu quàm in alio, nec probatur iure quòd institutio & natura beneficii possit per hęredem relaxari.

Istud tamen quod superius dictum est,quòd non potest hæres immutare voluntatem defuncti,& naturā beneficii:est verum in conditionibus appositis per laicum fundatorem in traditione rei suæ,secus si post consecrationem ecclesiæ fundationem & dotationem apponerentur noua pacta & conditiones onerosæ: quam tunc de facili potest super illis dispensari.quia post fundatio-
12 nem * iam erectam,non possunt aliæ conditiones apponi,ita eleganter decidit Bald.in.l.vnica.§.accedit, in fin.C.de rei vxor.actio.do.Fely.in tract.quando literæ Apostolo.noce.patro.eccle. in.2.col.do.Abbas in.c. præterea.de iure patro.& reassumpsit Fely.in.ca.significauit, in.2.

in.2.col.de testib.& ratio est, * quia rei sacræ nõ potest 13
imponi seruitus. dicit glos.in.c.piæ mentis.16.q.7. quia ex quo iam constructa est & dotata ecclesia, non admittuntur aliæ conditiones,quàm illæ quæ sunt in ipsa fundatione appositæ.ita domi.Abbas in terminis,in consil. suo.6.incipien.casus super quo.circa finem,in 2.vol.

Secundò intelligitur, * nisi ita diminuti essent redi- 14
tus, vt non posset obseruari onus appositum in fundatione, tunc licitè laxaretur per hæredem qui succedit in locum fundatoris. ita pulchrè decidit Abbas in ca.2. de relig.domib.vbi inquit, quòd à solito statu beneficii receditur,quando ecclesia est depauperata, ita quod in solito statu conseruari non possit, allegat cle. ne in agro. §.ad hæc.de statu monachor.& sequitur Phil.deci.in.d. c.cùm accessissent,in.8.col.

¶Summarium.50.priuilegij.

1 *Omissio narrationis defectus natalium in collatione iure Regaliæ facta,nõ facit quòd collatio sit nulla si super hoc impetrans per prius dispensatus reperitur.*

2 *Rex Franciæ in tẽporalibus neminem recognoscit superiorẽ.*

3 *Rex & princeps est amator castitatis & legitimi thori.*

4 *Interest principis scire quòd promotus ab eo non sit paternæ incontinentiæ imitator.*

5 *Nemo tenetur prodere seipsum quando peccatum est occultũ.*

6 *Princeps habet uim Apostolici.*

7 *Emendatus bono præfertur in beneficiis consequendis.*

QVinquagesimum priuilegium est, * quòd 1
licet in prouisione regalistę,nulla reperiatur defectus naturalium,'quem patitur impetrans mentio facta in collatione regis, si qui prius per Romanum pontificem su-

per prædicto defectu natalium ad obtinenda quæcũque beneficia fuerit dispensatus, nihilominus valida est talis collatio. hæc quæstio occurrit pro præbẽda ecclesiæ Bel uacen. inter magistrum Nicolaum de Parciaco, contra Petrum de Ruella, eo quòd dicebatur ex parte dicti de Ruella, non esse verisimile, seu præsumẽdum, quòd rex tam notabile beneficium ecclesiæ cathedralis ipsi Nicolao, qui erat illegitimus, contulisset, aut conferri voluisset. Præsertim cùm de ipsius Nicolai statu & inhabilitate certificatus nõ fuisset, quódque insequendo formam statutorum dictæ ecclesiæ procurator ipsius Nicolai in receptione sua iurauerat eũdem Nicolaum de legitimo matrimonio procreatum, his tamen nonobstantibus die

Are 4. Iunii, anno domini. 1389. per arrestum curiæ, dictus Ni

stũ. colaus in possessione & saisina dictorum canonicatus & præbendæ, & iurium eorundem manutentus & conseruatus fuit, & ab impetitionibus ipsius de Ruella absolutus, ipséque de Ruella ad restitutionem fructuum per eum perceptorum cum expensis condemnatus. hæc decisio visa est quibusdam dura, & contra eam multa vrgere.

2 Primò, quia licet * rex Franciæ neminem recognoscat superiorem in temporalibus, tamen in spiritualibus recognoscit Romanum pontificem. cap. per venerabilem. §. insuper, qui fil. sunt legiti. vbi in legitimatione fienda. textus ille vult, quòd princeps, seu rex Franciæ, se conformet ordinationi summi pontificis, certum est autem quòd in collatione papæ debet fieri expressa mentio de defectu natalium, aliàs gratia corruit, & est subreptitia, vt est tex. in cap. innotuit. de electio. in cap. primo. §. illi verò, de fil. presbyterorum. in 6. ita similiter

liter in collatione regis debet fieri mentio defectus natalium.

Secunda ratio, quia cùm rex * & princeps sit amator castitatis & legitimi thori. tex.in.l.ita nobis pudor.C. de adulter.text. in authen.de lenonib. non præsumitur velle, quòd illegitimi & sordes admittantur ad dignitates, & præbēdas ecclesiæ cathedralis vnà cum legitimis: quia canonicatus & præbēda ecclesiæ cathedralis reputatur dignitas.tex.in.c.statutū.de resc.in 6.arg.l.neq; famosis.C.de dignita.l.12.& in.c.inter dilectos. de excess. prælato. insurgeret enim inconueniens, & generaretur scādalum illorum, inter quos promoueretur illegitimus. scriptum est enim quòd non erit filius ancillæ cum filio liberæ.tex.in cap.satis.extrà de sepul. & idem dicit text. in cap.accedens.extra de purga.cano. 3

Tertiò, quia * interest principis scire, quòd promotus ab eo, sit nō paternæ incōtinentiæ imitator, cùm sæpè soleat filius similis esse patri. textus in cap.2. 56.distin. idem textus in.§.verò.6.quæst.1. ita eleganter decidit Ioan.Andr.in.c.fina. de fil.presbytero.in 6. subiiciens quòd stilus Romanæ curiæ ita se habet, quòd debet exprimi clausula, dummodo paternæ incontinentiæ non sit imitator.idem intellige si natura vel ætas dispēsati id patiatur. 4

Quartò, ob detestationem paterni delicti generetur successio in ecclesia Dei, contra text.in.c.Moyses.8.q.1. tex.in.c.ad abolendam.& in.c.ad extirpādas. de fil.presbytero.cùm scriptum sit, quòd hæreditate non possidetur sanctuarium Dei.

Quintò, facit quòd eleganter disputauit Marti.lauden. in solenni dispuatione, in materia legitimationis, in

tracta.de legitima.in quæst. incipiente Augerius Scio, vbi dicit quod licet sit in potestate principis secularis reddere quem habilem ad bona temporalia,honores,& successiones, tamen non potest disponere de his quæ non sunt suæ iurisdictionis,vt sunt spiritualia, quãtum ad legitimandum aliquem,& reddere illũ capacem, qui aliàs est inhabilis,allegat ad hoc capitulum qui in ecclesiarũ. &.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de constitu. Præsertim quia in casu nostro duo specialia cõcurrerẽt in vna & eadem persona,videlicet quòd princeps laicus conferat beneficia iure Regaliæ,& quòd habilitet illegitimum aliàs incapacem ad tenendum beneficiũ,quæ duo specialia non debent cõcurrere,vt est tex.in.l.1.C.de dot.promis.Bar. in.l.Meuius.§.duobus.de lega.2.

Contrariam opinionem pro arresto lato in senatu Pariensi puto veriorem,quia licet defectus natalium repellat illegitimos ad honores & beneficia, tamẽ intelligitur nisi secum dispensatũ fuerit,vnde si sequatur postea collatio,non dicitur nisi executio voluntatis, id est dispensationis summi pontificis. ista est decisio elegans & notab.dominorum de Rota,in deci.208.in titu.de fil.presbyter.in antiq.eandem opinionem tenuit Dominic. de sanct.Geminia.in.c.fina.in fin.eod.titu.vbi refert Ioan. And.dixisse.ita fuisse iudicatum in Rota:quia per restitutionem natalium factam à summo põtifice habetur talis illegitimus tãquam si ab initio fuisset legitimatus. argu.l.imperial.§.si nullo.C.de nupt.

Facit quòd sufficit,quòd quis reperiatur habilis tempore collationis factæ.tex.in.c.si eo tempore. de rescrip. in 6.Panor.in cap.dilectus.le.2.in prima col. de præben. Facit.c.is cui.eo.titu.in 6.& per istam rationem tollũtur omnia

omnia obiecta in contrarium facta, quia ſublata eſt om
nis macula illegitimiatis per diſpenſationem ſummi
pontificis.

Secundò, facit quòd dicit Auguſtinus, quòd vndecũ-
que homines naſcantur, ſi parentum vitia nõ ſequuntur,
ſalui & honeſti erunt, nec repudiandi. dicit tex. in ca. vn-
decunque. 56. diſtin. & refert Hieronymus, quòd domi-
nus noſter Ieſus Chriſtus voluit non ſolùm de alienige
nis, ſed etiam de adulterinis naſci, magnam nobis fi-
duciam præſtans, vt qualicunque modo naſcamur, dum
tamen eius veſtigia imitemur, ab ipſius corpore nõ ſe-
paremur. Iudas enim patriarcha concubuit cum Tha-
mar nuru ſua, & ex illo cõcubitu nati ſunt Phares & Za
ram, inde Obech, inde Boh. Inde poſtea Iſaii, qui fuit
pater Dauid. ſubiicit idem tex. quòd qualicunque ordi-
ne natus ſit, ſi quòd fide tenet, operibus impleat, nequa-
quam repelli debeat. legitur etiam quòd Damaſus papa
reſcribit Hieronymo presbytero, multos ſummos pon
tifices illegitimos, vt de Ozio papa, qui fuit filius Stepha
ni ſubdiaconi, multi alii quos enumerat. c. Ozius. eadẽ
diſtinct. 56.

Tertiò, inducitur tex. pulcher in ca. ſi is cum quo. de
fil. presbyte. in 6. vbi tex. vult quòd is cum quo per ſedẽ
Apoſtolicam eſt diſpenſatum de defectu natalium, non
tenetur in aſſecutione primi beneficii facere mentionẽ,
niſi velit impetrare ſecũdum beneficium, quia tunc te-
netur exprimere defectum natalium, propter vitiũ am-
bitionis, quia prima collatio non eſt niſi executio gratię
ſummi pontificis, vt ſupradictum eſt.

Quartò, quia * nemo tenetur prodere ſeipſum, quãdo 5
peccatum eſt occultum, vt eſt tex. in. c. quis aliquãdo vi-

det.in.§.his authoritatibus.de pœniten.distin.1.glo. nota.in.c.ex pœnitentibus.50.dist.quia dominus occultat peccatum, de quo aliquis penituit, 1.c.apud.32.q.1. sicut licitum est alicui redimere sanguinem suũ, quocunque modo potest.ff.de bo.eo. qui sibi mort. consci.l.1. sic & honorem suum, pro hoc est tex.in.c.fin.de tempo. ordina.licet Archid.& Inno.in.c.inquisitionis.de accusa.dicant, quòd ordinãdus tenetur pãdere delictum quod impedit ordinis executionem, idem si defectus ille impediret beneficii retentionem sine dispensatione, & sufficit dispensatio semel habita, vt cum bona conscientia possit beneficium obtinere: secus si inest peccatum occultum, vbi non requiritur dispensatio, quia sufficit quòd apud eum agat pœnitentiam, vt est bonus textus in.d.c. fina.de tempor. ordina. & sic in casu nostro ex quo regalista iam erat dispẽsatus de natalibus suis, si rex postea ei contulerit præbendam, etiam non facta mentione de defectu quem patiebatur valuit collatio: quia dispensatio præcedens summi pontificis abstulit omnem maculam, ita quòd collatio principis non fuit nisi executio dispensationis summi pontificis. Et an quis teneatur prodere seipsum quo ad honores, beneficia & officia. Bar. tractat in.l.2.C. si ser.vel liber. ad decuriona. aspira. dicens quòd si defectus non erat aliis notus, tunc tenetur manifestare tempore promotionis, per tex. illius legis. & latè domi. Abbàs Panorm.in cap.innotuit. in.2.col.de elect.vbi dicit, quòd sufficit dispensatio illius qui habet potestatem tollendi irregularitatem, vel incapacitatem, ad hoc vt collatio subsequens validetur. & in illa decretali fit mentio de illegitimo qui habebat electionem ad petitionem populi, & euidentem meritorum prærogatiuam,

tiuam, qui propterea dispensatione ad episcopatum promotus est.

Vnum tamen non est omittendum, quod si quis obtinet beneficiũ, & habet crimen occultum, non inducẽs incapacitatem vel irregularitatem, tale crimen non inducit nullitatẽ prouisionis ipso iure, sed requiritur sententia cassationis. tex. est notab. secundum glos. in ca. inter dilectos. de excessib. prælato. sequitur Calder. in. c. super eo. de elect. vnde dispensatio superueniens antequã priuetur, cùm licitè teneat beneficium cum bona conscientia, rehabilitabit illum.

Quintò facit, quia * princeps habet vim Apostolici, vt dicit no. glos. in. l. adigere. §. quanuis. ff. de iure patrona. & eadem glo. in. l. fina. ff. qui satisda. cogan. intantum quòd si concessio sit facta principi, quòd possit statuta facere, potest etiam remittere iuramenta quæ super illis aperiuntur, quanuis iuramentum sit spirituale. & illã glo. reputat singul. Bal. ĩ. c. 2. in penul. col. de proba. & in l. non dubiũ. in col. 2. C. de legibus. & in. c. 1. §. sacramenta. de pace iuramen. firman. idem tenet Petr. de Ancha. in. c. quãuis. de pact. in 6. & in regu. ea quæ. de reg. iur. in 6. dicens, quòd lex ciuilis vel statutum laicorum, potest dispensare super iuramento, vnde princeps qui est lex animata in terris. in authen. de consul. circa finem. Bar. in. l. Cæsar. ff. de publica. habens potestatem conferendi beneficia iure Regaliæ, videtur super illis beneficiis inhabiles & incapaces rehabilitare, licet ista sunt spiritualia, & sic illa conferre non habita acceptione personarum, siue sit legitimus, siue nõ, cùm apud Deum nõ sit distinctio Græci vel Iudæi. tex. ĩ. c. venerabilis. de præb. An princeps, vel lex ciuilis habeat vim Apostolici, latè 6

tractat Ias.in.d.l.fi.ff.qui satisd.cog.& Paul.de Castr.in authen.sacramenta puberum.C.si aduers.venditio.

Fortificantur prędicta authoritate Ioã. Chrysostomi super Matthæum,homelia.4.canonisa. in.d.c.nũquam. 56.dist. quòd si fornicatorem ipsum ad meliora conuersum, nequaquam prior vita cõmaculat, multò magis ex meretrice natus & adultera, si propria virtute decoretur parentum suorum,non decoratur opprobriis.

Accedat quòd in promotionibus & prouisionibus be-
7 neficiorum maximè attenditur,quòd emendatus * pręferri debet ei,qui semper bonus est, vt dicit glo. magna, ad fi.§.fin.63.dist.& hoc tenet Abbas in.c.at si cle.§. de adulter.ad fin.de iudic.Ad hæc facit illud euangelicum relatum in.c.quia sanctitas.50.dist.vbi habetur,Gaudiũ est angelis super vno peccatore pœnitẽtiam agente,magis quàm super 99.iustis,qui non indigent pœnitentia. Præsertim vbi cõcurrit emendatus, & in eo præponderant plura alia merita cõpensantia errores,quia tunc debet præferri alteri,quanuis semper bono, nõ tamen tot meritis decorato per.c.fidelior.50.dist.latè disputat Fely.in.c.eam te.in ver.infidelitas. de rescrip.à fortiori in nostro casu procedit,in quo non est macula filii,sed parentum,vt supra dictum est. igitur rex cõferendo præbendam ei qui habet dispẽsationem de defectu nataliũ, licet hoc non exprimatur in ipsa collatione, valet & tenet collatio,nec dicitur subreptitia.& ita remanet firmũ & rationibus multis roboratum arrestum.

¶Summarium.51.priuilegij.

1 *cappellanias,& alia simplicia beneficia in hospitalibus existentia, rex iure Regaliæ confert.*

Accessorium

2 *Accessorium debet sequi naturam sui principalis.*
3 *Cappellania est beneficium si consueuerit dari in titulum.*

QVinquagesimũprimum priuilegium est, & alia specialitas, quòd licet * hospitalia 1
non comprehendantur appellatione beneficiorum, quia non sunt beneficia, sed administrationes temporales, vt est tex. ĩ clemen. per literas. de præbend. & appellantur loca pia, quorum fructus sunt deputati pro vita pauperum, vt est tex. in cle. quia contingit. de religio. domib. tamen si in hospitali reperiatur capellania, vel aliud beneficiũ simplex deseruiri solitũ per clericos, & intitulatum, mortuo pontifice rex conferet iure Regaliæ, quemadmodum & alia beneficia ipsius prælati. istud fuit decisum per arrestum pro capellania sancti Iacobi, sita in hospitali de Lu Arestũ.
zarchiis, collata per regem aperta Regalia ecclesiæ Parisien. per translationem Nyuebii episcopi, ad cardinalatum pronunciati, anno domini 1483. die. 6. April.

Dubium faciebat, quia cùm ecclesia sit accessoria ad hospitale, & * accessorium debet sequi naturam sui prin 2
cipalis, vulgatis iuribus. Vnde quemadmodum hospitalia non conferuntur per regem, aperta Regalia, cùm nõ sint beneficia, sed administrationes: ita nec ecclesiæ, quæ sunt annexæ hospitali, aliàs minus dignum traheret ad se maius dignum. contra. c. quod in dubiis. de consecra. ecclesiæ vel alta. sed in hoc datur responsio, quòd interdum nescitur, quòd sit neque principale, vel hospitale, vel ecclesia, ita quòd ecclesia conceditur in titulum, & deseruitur per clericos institutos per episcopum, hospitale verò datur ad administrationem, isto casu sicut prælatus potest conferre illas ecclesias, ita & rex subro-

gatus sede vacante in locum ipsius iure Regaliæ,ita pulchrè determinat glos.in.d. clemen. per literas. in verbo ecclesias.de præb. sic concludit Paulus de Leaza. in clefina.de offic.ordina.arg.c.cùm de beneficio. de præbē. lib.6.& in.c.per tuas.de proba. pro hoc videtur text.in c.super eo.de præben. lib.6.& hanc.q. formant domini de Rota in decisi.antiq.decisio.584.incipiente, quidam
3 in ciuitate,vbi dicunt quòd reputatur talis * capellania beneficium,ita vt conferri posit. Primò,quia inest honorabilior causa,id est titulus beneficialis ex quo cõsueuerit dari in titulum.

Secundò,quia non est capellanus remouibilis,sicut in hospitalibus qui remouentur,quia committuntur duntaxat viris probis.& aliud est committere ad tempus,aliud conferre.

Tertiò,quia ministerium quod ibi deseruitur in missis & officiis,magis proficit animæ fundatorum,& sic principalis videtur, hæ sunt rationes dominorum de Rota. Vnde resolutio commis est,quotiescũque beneficia, vt capellaniæ quæ adhærent hospitalibus dantur in titulũ, adeo reputantur beneficia, vt conferri posint per episcopum,vel per eum qui ĩ ius eius succedit, vt rex aperta Regalia. ita eleganter declarat Cardi.de Zabarel. in clemen.1.in.4.q.de rerum permuta.Fely.latissimè in.c. de quarta.in.3.col.de præscript.& idem Fely.in.c.in nostra,correla.23.extra de rescrip.& Feder.de Senis,in tractа.permutatio.q.4.

¶Summarium.52.priuilegij.

1 *Beneficia ad decanum & capitulum,ac archidiaconum,siue coniunctim siue diuisim spectantia, non comprehenduntur sub iure Regaliæ.*

Aliud

2 *Aliud est ius uniuersitatis, aliud ius singulorum.*
3 *Ius Regaliæ est exhorbitans à iure communi.*

QVinquagesimumsecundum priuilegium notandum est in materia iuris Regaliorum, quòd * beneficia spectãtia decanis, 1
capitulo & Archidiacono, siue coniunctim siue diuisim, nõ comprehenduntur sub iure Regaliæ, sed tantùm illa quæ spectãt ad episcopum sede vacante. ita fuit pronunciatũ per arrestũ, an- *Arre*
no domini.1384. *stũ.*

Hæc decisio est conformis iuri communi, quia in mandatis Apostolicis, non veniunt beneficia quæ spectãt ad decanum, capitulum, & archidiaconos, si dirigantur soli episco. tex. est solẽnis in. c. fin. de præb. in 6. etiam si Archidi. & canonici existẽt præsentes, tẽpore insinuationis mandati. tex. est pulcher in, c, eã te. & ibi Fely. de resc. qui subiicit, ꝙ si mandatum dirigatur decano, capitulo, & archidiaconis, nõ veniũt collationes beneficiorũ quæ occurrũt in hebdomada alicuius canonici separatim, nisi expressa & specialis facta sit mentio. aliud * enim est ius 2
vniuersitatis, aliud ius singulorũ. l, intãtum. §. vniuersitatis. ff. de rer. diuisi. & hoc super verbo, aliud singuli.

Ratio adducitur, quia rex subrogatur duntaxat loco præsulis mortui, & ista * iura sunt exhorbitantia à iure 3
communi, vnde non debent extendi, argu. c. quanuis. de præben. in 6. prout videmus in rescriptis gratiosis, quæ etiam non extenduntur ad capitulum, & alios inferiores. tex. in ca. cùm in illis, §. fina. de præbend. in 6. idem in nominationibus, vt dicit glos. pulchra in. §. statui. in glo. super verb. spectat. in tit, de collatio. in prag. sanct,

¶Summarium.53.priuilegij.

1 *Aperta Regalia, an rex pensionem super fructibus episcopalis dignitatis reseruatam, pensionario soluere teneatur.*
2 *Obligatio ad solutionem alimentorũ de se habet tacitam hypothecam.*
3 *Res transit cum suo onere.*
4 *Rescriptum cuius effectus ad unam personam dirigitur, aliã non comprehendit.*
5 *Quod gratiose concessum est in instituto non uidetur repetitum in substituto.*
6 *Appellatione hæredum, uel successorum, non comprehendun tur extranei.*
7 *Resolutio iure datoris resoluitur ius acceptoris.*
8 *creditor qui habet fundum & fructus pignoratos, non tenetur ad onera, neque ad fundi expensas.*

QVinquagesimumtertiũ, & singulare priuilegium est, quòd * si pensio sit reseruata per summum pontificem super fructibus episcopatus de consensu prædecessoris episcopi, non tenetur rex aperta Regalia eam soluere, etiam quando ad successores beneficii vel episcopatus extenditur prædicta pẽsio.

Hæc quæstio est satis dubia & obscura, quia fuerunt diuersæ opiniones, vtrum obligatio pensionis sit personalis, vel realis, & an transeat ad singularem successorem, qui momento est duraturus.

Imprimis hanc.q. tetigit Ludouicus Roma. in consil. 188. in casu propositi thematis, pro pensione super redditibus Hyspalen. archiepiscopatus cõstituta, an trãsiret in singularẽ successorẽ, & an sit actio ꝑsonalis, an realis.

Prima

Prima facie cōcludit quòd transeat cum re, & quòd sit potius realis, quàm personalis, dictio enim superiuncta certæ rei cui adiungitur, denotat hipothecā. Si enim dico, mutuas mihi centum super illo fundo, censeor illū pignorasse. text. est notabilis in. l. codicillis. §. instituto. de lega. 2. quem ad hoc præcipuè ponderaui Bart. in. l. fundum. ff. de annuis legat.

Secundò, quia pensio illa succedit loco alimētorum, ne nimium dispendium patiatur, vnde surgit conclusio iuris, quòd * obligatio ad solutionem alimentorum ha- 2
bet de se tacitam hipothecam. casus est in. l. liberum. tex. in. l. cum hi. §. idem est. ff. de transactio.

Tertiò, stringit multū tex. in. l. 2. ff. de alimen. & cibar. lega. specialiter loquēs in fisco, qui succedit in bonis in quem transit hipotheca, iuncta regula communi, ꝙ res * 3
transit cum onere suo. l. via cōstitu. §. si fundus. ff. de ser uitu. rustico. prædiorum. hanc opinionem tenuit Fely. in. c. ad audientiam. le. 2. in col. fina. extra de rescrip.

Contrariam sententiam tenuit Paul. de Cast. in cōsil. 442. incipiente, videtur prima facie, pluribus rationibus motus, imprimis quia * rescriptum cuius effectus ad v- 4
nam personā dirigitur, aliam non cōprehendit, quia strictissimi iuris est, vt sunt pēsiones. c. P. & G. de offi. deleg. c. fina. de præben. in 6. & in. c. eam te. de rescript. sed ex quo Romanus pontifex dicit se assignare pensionem super dictis fructibus per archiepiscopum, vel eius successores soluendam, quos ad hoc vult efficaciter obligari, videtur inhibuisse facultatem actionis instituendę contra alios non nominatos.

Secunda ratio, aut volumus dicere quòd sunt annuæ præstationes, & tales sunt personales, vt est tex. singul. in

hoc dicto in.l.fina.§.fi.ff.de cõtrahen.emptio. tex.in.l. gaius.ff.de annuis lega.tex.in.l.liberto.ff.eo.tit. Aut volumus dicere quòd est tacitè hipothecatum, & certũ est quòd hipothecaria non potest institui contra tertium 5 possessorem,in authen.hoc si debitor.C.de pignorib.

Tertiò,quia * quòd est gratiosè concessum in instituto,nõ videtur repetitum in substituto. tex.in.l.si plures. de lega.3. & in.l.prima.§.in substitutione.ff. ad leg. Fal- 6 cid.& * appellatione hæredum,vel successorum,non cõprehenduntur extranei. vt est tex.in.l.ex facto.§.si quis ita.ff.ad Trebel.Bar.in.d.l.liberum.§.lucius.

Quartò,quia vasallus ĩ re feudi,quæ potest reuerti ad dominum,non potest in præiudiciũ domini constituere seruitutem, vel onus pensionis, quin feudo reuerso ad dominum expiret & extinguatur pro rata temporis, quo feudum apud eum reuersum est. textus est notab.in cap.primo.§. quid ego,in titulo de inuestitura, de re aliena. fact.not.in.l.in prouinciali.C. de seruitu. & aqua. per glo.magnam in suo principio in.c.primo.§.preterea,in titulo de capit.corra. in lib. feud. istud idem tenet domi.Iacob.de sancto Georgio in sua feudali inuestitu. in verbo ita etiam quòd ipsi vassalli,in.3.colum. & dicit quòd ex hoc sequitur magnus effectus, quia si feudum aliqua iusta causa reddeat ad dominum,non tenetur pa- 7 ti illam seruitutem, seu pensionem in re feudali, quia * resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris.l.lex vectigalis.ff.de pigno.in.c.primo.§.rursus.in titu. de controuersia inuestitu. Vnde cùm episcopus sit vassallus regis donec fecerit illi iuramentum fidelitatis,non potuit per constitutionem pensionis imponere onus in præiudicium regis,qui percipit iure Regaliæ integros fructus

sine

sine aliqua diminutione ex natura Regaliæ, ita quòd non astringatur rex tempore quo aperta est Regalia ad solutionem prædictæ pensionis.

Quintò, videmus in simili, quòd creditor * qui habet 8 fundum, & fructus pignoratos, nõ tenetur ad onera neque ad expensas fundi: imò si quas fecit necessarias, vel vtiles, potest repetere.l.necessarias.in prin. & in.l.si seruos.ff.de pignora. actione. & ita soluit præd. Paulus de Castro, in præfato consil.442.in primo volu.quod incipit, videtur dicendum.

Sed in casu nostro rex saltem censetur habere in pignus fructus episcopatus, donec fuerit ei de sacramento fidelitatis satisfactum. Quinimò secundum constitutionem Philippinam, etiam per summos pontifices approbatam, videlicet Gregorium & Vrbanum quartum, recolligit omnes fructus integrè, & est singularis successor, & habet alio iure & titulo quàm successorio. Propterea obligatio pensionis constitutæ non transit in eũ. latè tractat Fely.in.d.c.ad audiẽtiam.l.2. in vltima col. de rescript.

¶Summarium. 54. priuilegij.

1 *Receptores & alii officiarii Regalia durante deputati, non alienant animalia, aliáque mobilia in locis dignitatum existentia.*

2 *Nunquam in obligatione generali, ueniunt ea quæ pro commoditate domus sunt destinata.*

3 *In executione iudicatæ rei non sunt auferenda arma militibus, neque libri scolaribus.*

4 *Agricultores non debent turbari, neque interrumpi ab agricultura.*

1 QVinquagesimumquartum priuilegium nõ tabile est, quòd * vacãte Regalia, receptores & officiarii deputati, non possunt animalia posita in grangiis locorum episcopatus extrahere, nec de his disponere, quia talia animalia sunt conscripto loco data, sicut oues, boues & iumenta cum pullis, & reseruantur futuro successori, quia sine illis deterioraretur commoditas fundi, vel domus. ita fuit decisum contra receptores Regaliæ archiepiscopatus Bituricen. qui posuerunt ad manum suam animalia locorum. Secundò fuerunt condemnati ad illa restituendum, vel eorundem æstimationem, per arrestũ curiæ parlamenti latam in parlamento sancti Martini, anno domini. 1282.

Arestũ.

2 Pro arresto potest adduci iuris maxima ratio, quia * nunquam in obligatione generali veniunt ea quæ sunt destinata pro commoditate domus, & sine quibus non potest fundus carere, alias deterioraretur. text. est. in l. obligatione generali. ff. de pignorib. quam quæstionem format Bald. in l. certi iuris, in 6. notabili. C. locati. idem Bar. in l. 1. C. quæ res pigno. obliga. possunt, vnde voluit Ioan. Fab. in. §. idem seruiana. insti. de actionib. quòd vestes quotidianæ, lecti, reliquáque supellectilia & animalia, quæ non est verisimile quempiam esse obligaturum, & sine quibus homo nõ potest honestè & commodè viuere, nunquam veniunt sub nomine temporalitatis, vel obligationis. refert, & sequitur Ias. in. d. §. idem seruiana, in. 9. col.

Pro qua opinione facit, quod alibi dicit glo. quæ vulgo allegatur pro singulari, in. l. nepos proculo. in verbo

3 dignitate. ff. de verbo. signific. quòd * in executione iudicati

dicati nō sunt auferenda arma militibus, neque libri scolaribus. quam glosam reputat singularem Bald. in rubr. C. qui bona ceder. possunt. similiter nec oues, animaliáque inducta in possessionibus, sine quibus ager redderetur inutilis, & faciunt fundum fertiliorem.

Corroborātur ista ex cōstitutione noua Federici imperatoris, posita in authenti. agricultores. C. quæ res pigno. obliga. possunt. vbi voluit Federicus, quòd boues, & agrorum instrumenta, & si quid aliud ad operam rusticalem pertineat, nullus capere vel cōferre præsumat: & qui aliter fecerint, restituere teneantur ablata in quadruplum, vel infamię notam ipso iure incurrant. hoc idē statuit imperator Constantinus, in. l. executores, eodem tit. vbi prohibet oues, & boues aratorios, aut instrumenta aratoria de possessionibus & terris extrahi, quibus cōuenit ordinatio Caroli 8. regis, facta Turonis, mēse Martio, anno. 1383. & renouata anno. 1385. vbi voluit & prohibuit expressè, ne pro quocunque debito boues aratorios, oues, & alia instrumēta, etiam de consensu agricultoris capi, cùm sint animalia pars fundi, sine quibus fundus in totum redderetur sterilis, & hoc pro bono publico regni fuit ordinatum, quia in agricultura status republicæ consistit & conseruatur, propterea pacto priuatorum tale ius tolli non potēst. l. ius publicum. ff. de pact.

Accedat quod scribitur Hieremiæ, vltimo cap. vbi ponitur de Nabugodosor, qui capto rege Zedechia omníque suo exercitu prostrato, agricolas, boues, & alia in possessionibus & fundis existentibus pro futura cōmuni vtilitate in pace reliquit, hoc idem confirmat Diodorus siccvlus lib. 3. referens apud Indos esse consuetudinem, vt agricolis tempore belli hostes nulla in re noceāt,

ſed intactos relinquant tanquam communi vtilitati miniſtros. ita ſoluti metu agricolæ in bonis in inſtrumentis,& animalibus eorum terram liberè colentes rerũ afferunt vbertatem, iſtud idem quod inſtrumẽta & boues non veniant,neque extrahi poſsint à poſſeſsionibus,teſtatur Guillel. Benedicti in repetitione ca. Raynutius. in verbo & vxorem nomine Adelaſiam.numè.905.

Eleganter facit quòd ſcriptum eſt apud iuriſconſul-
4 tos,qui volunt ꝙ agricultores nõ debent turbari, neque interrumpi ab agricultura.tex.eſt pulcher in.l.1.ff.de pigno.ibi,vel vinearum culturæ turbantur.

Vnde receptores Regaliæ nõ debent extrahere oues, boues,& alia animalia,vel inſtrumẽta aratoria,quæ impingueſcũt fundum & poſſeſsionem, & agricultores ab agricultura diuertere,alias fundus omnino ſterilis relinqueretur.alibi dicit tex.quòd deſtinatione patrisfamilias in fundo relictum, eſt id facere partem fundi. text.in.l. quod in rerum.§.fina. de lega.primo. text. in.l.item legato.in princip.de lega.3.in.l.vxori.ff.de auro & argento lega.

Ex quibus concludendum eſt,quòd arreſtum quod ordinauit,quòd durante Regalia commiſſarii non abſtrahant à poſſeſsionibus epiſcopalibus,oues, boues, & alia animalia,ac alia inſtrumenta deſeruiẽtia poſſeſsionibus epiſcopalibus,& quæ reddunt fundos fertiliores,iuſtè& ſanctè prolatum eſt,vtinam haberet in quamlibet ruſticorum executionem, obſeruantiam virilem, quia hodie melius ſubuenitur reipublicæ.

¶Summarium.55.priuilegij.

1 *Cuſtodes Regaliorum uacante ſede,decimas auctoritate regis*

gis recipere non possunt, sed illas successori reseruare tenentur.

2 *Decimæ sunt spirituales, & nihil temporalitatis habent.*

3 *Fructus decimarum bene competunt laicis.*

4 *Fructus decimarum bene possunt præscribi, non ius decimãdi per laicum.*

5 *Laicus an decimas possit præscribere.*

Qvinquagesimumquintũ notabile priuilegium est, quòd custodes* Regaliorũ non 1 possunt vacãte sede, decimas authoritate regis recipere, quinimo tenẽtur illas futuro successori cõseruare. ista quęstio mota est, & cõtigit pro ecclesia Cõstantiensi: quia receptores Regaliorũ volebant sub nomine tẽporalitatis comprehendere decimas: determinatũ fuit per arrestum,* quòd 2 decimæ sunt merè spirituales, & nihil tẽporalitatis habent, vnde durante Regalia, nõ debent custodes se immiscere in percipiendis decimis. quod arrestũ fuit pronuntiatum in parla. beati Martini, anno domini. 1282. licet videatur contrariũ inter Regaliæ memorialia cameræ ratiocinorum in libris eorũ antiquis. Quia licet ius decimãdi nõ cadat in laicum, tamen * fructus decimarũ 3 bene cõpetunt laicis. vt est tex. & gl. in. c. 2. de locato. & Anto. de Butrio in. c. ex parte de restit. spolia. in. c. quãuis. de decimis. & hanc opinionem tenent do. de Róta in decis. 46. incipiẽte, capitulũ. in antiq. qui adũt, quòd* 4 fructus decimarũ possunt præscribi, licet ius decimãdi nõ possit præscribi per laicũ. allegãt. c. causam quæ. de presc. & q̄ ita fuit determinatũ p relationes suas ĩ Rota.

Arestũ.

Præterea nonnulli dicunt, eo quòd rex sacro chrisma te inungitur, participat plus de spiritualitate, quàm de

laicali statu,vt in cap.vnico,de sacra vnct. & Ioan.And. pulchrè in.c.licet.de præbend.in 6. loquens quòd sit capax decimas tenere & possidere. Contrarium tamē fuit decisum, quia verum est quòd fructus decimarum possunt cōcedi ex causa laico,sicut factum est ante Lateranen.consilium,vt ecclesia obsessa ab hæreticis defendederetur per laicos,tamen indistinctè non potest decima cōcedi,& laici sunt incapaces iuris spiritualis,vt est tex. in.c.messana.& in.c. sacrosancta. de elect. & est melior tex.in.c.hanc consuetudinem.10.q.2.ita not.Abbas in.c. quanuis.in.2.notab.de decimis.

Et istud adeo est verum, quòd si decima sit reuersa ad ecclesiam,nunquam potest trāsire in laicum,& sequitur primordialem naturam suam.vt est tex.in.c.cum apostolica.de his quæ fiunt à præla.sine consen.cap.

Quantum verò ad illud quod dicunt, quòd reges & imperatores ex quo inunguntur fiunt capaces iuris spiritualis,contrarium est veritas:quia dicit domi.Abbas in ca.tua.in primo not.de decimis.licet imperatores & reges inungantur, nihilominus non consequuntur potestatem disponendi de iuribus ecclesiasticis merè spiritualibus, nec recipiunt ordinē ecclesiasticum, sed in laicorum numero continentur.idem notat do.Abbas in.c. dudum.in.4.not.de decimis.

5 An autem * laicus possit præscribere decimas,scribit copiosè domi.Fely. in.c.causam quæ. de præscript. dicens pro resolutione,quòd licet laicus ex diuturno cursu non possit præscribere decimas ,quia est omnino incapax,& spacium temporis non reddit eum incapacem, etiam si mille annis percepisset, vt dicit dom. Abbas in cap.quanto,in primo not.de consuet.& glo.in.c.nobis.

in verbo

in verbo iurisdictione, in fin. de iure patro. Ex quo tem pus non est modus tollendæ obligationis.l.obligationum ferè.§.placet.ff.de actio.& obligatio.tamen si cum possessione tanti temporis concurrat fama priuilegii(ne propter difficultatem probandi rem adeo antiquam pereat ius partis)præsumitur pro priuilegio,probata diuturnitate famæ priuilegii,ita elegãter Imol.& Card.ĩ.c. cùm Apostolica.in.9.col.in vers. nec obstat.de his quæ fiunt à prælato. Fely.in.d.c cuiuscunque.in.1.col. Dominic.de sanct.Gemi.in.c.2.§.fine.de decimis,in 6.

Et an decimæ possint obligari laicis, donec præstiterint homagium prælati.declarat Iason ĩ.§. item seruiana.col.20.insti.de actio.vbi videtur resoluere quòd commoditas,& fructus decimæ,potest pignori obligari, remittit se ad dicta per Bar.in.l.si is qui.in.§.fina.ff.de pignorib.& ad ea quæ tenet Specula.in titu. de pignorib. §.si.circa fi.& Ioan.Fab.in.d.§.item seruiana,in.14.col.

¶Summarium.56.priuilegij.

1 *Custodes Regaliorum nõ possunt arbores cæduas cedere, neque uiuaria prælaturæ piscari.*
2 *Fructus non debent colligi, nisi suo tempore.*
3 *Vsufructuario, nec emphiteotæ, licet arbores cedere.*
4 *Non licet alicui immutare statum antiquum.*
5 *Vsufructuarius non potest rei formam immutare uel alterare.*

QVinquagesimumsextum notabile priuilegiũ est,quòd * deputati custodes Re 1 galiorum vbi cõtingit sedes vacare, durante Regalia,non possunt incidere arbores cæduas,neq; piscari viuaria pre-

laturæ ante tẽpus, neque alia agere per quæ deterioraretur redditus annuus prælaturæ. hæc constitu. facta est per regem Philippum pulchrum, anno domini. 1302. in mense Martio, & recepta est inter ordinationes in curia parlamenti approbatas.

Hæc etiam constitutio est conformis iuri communi,
2 quia * fructus non debent recolligi nisi suo tempore. vt dicit tex. pulcher in. l. si merces. §. cõductor. ff. loca. idẽ tex. in. l. qui seruus seruum. §. si oliuam immaturã. ff. ad leg. Aquil. de hoc etiã est alius tex. in. l. hæc distĩctio. §. cùm fundum. ff. loca. vbi Bart. notat contra colonos qui vltimo anno exfructuant agrum quantum possunt, nam tenentur domino ad damna & interesse. istud idem posuit Bart. ac Paul. de Castro, & alii in. l. si quis merè causam. §. res pignora. ff. si certũ petatur. vbi Paul. de Castro inuehit cõtra rusticos, qui nolunt amputare capita vitibus, vt colligãt plures vuas, & cõsequenter demoliũtur illas. idem tenet gl. in. l. in fructu. ff. de vsufruct. lega. vbi dicit, quòd si colonus in vltimo mense locationis colligit fructus immaturos, vt dominus non habeat maturos, tenetur. allegat. d. l. & hæc distinct. §. cùm fundũ. idẽ tenet Ias. in. d. §. res pignori, subiiciens, quòd tales furtum cõmittũt. allegat. l. inficiẽdo. §. si. ff. de furt. Reperio tamen quòd Bal. in. l. si pater. C. de vsufruct. disputat istam quæstionem in vsufructuario, qui vult colligere vuas tempore mẽsis Augusti, quæ sunt immaturæ & acerbæ, & videt quòd si non colligat vindemia pertinebit ad proprietariũ, & videtur tenere prima facie quòd licitè potest, quia licet sint immaturæ, tamen sunt prope maturitatem: ita quia possunt esse in vsu hominis, vt est tex. in. l. in fructu. ff. de vsufruct. lega. vbi videtur casus.

sus.& postea concludit,quòd si vsufructuarius,vel conductor præuenit in tempore,vt domino officiat,nõ potest. secus si fructus erant adeo proximi maturitate, vt per talem separationem non aufert minorem reditum, nec vtilitatẽ separando,& hoc facit vt sibi proficiat,vel propter suas necessitates,& potest.allegat.l. in fundo. ff.de rei vendic.& dicit,quòd ista opinio est satis æqua. eandem sententiã tenuit Lancelot.Decius in.d.l.in fructu.vbi dicit ꝙ si plus noceat domino quàm sibi prosit, tenetur.allegat tex.quẽ reputat singularem in.l.2.§.tracta.ff.ad Tertul.vbi format quæstionẽ, si quis destruit frumẽtũ in herba,quia tenetur domino prædii ad æstimationẽ herbæ & frumẽti,quod inde percipere potuisset,& æstimabitur secundum dubiũ euentum,quòd frumentũ vendi potuit illo anno.ita eleganter Paul.de Castro, post Cy.in.l.fi.C.ad leg.Aquil.

Quantum verò ad arbores cæduas, quæ renascuntur de quinquennio in quinquennium: quia prohibitio facta est, quòd ante tempus non possunt inscidi,neque extirpari,quoniam materia est pulchra & notabilis,decreui amplissimo hic stillo declarare,nedum pro commissariis durante Regalia, sed etiam pro prælatis, qui hodie arbores cęduas,vel glandes de alto fustagio,& sic glandiferas diripiunt,& extirpant,contra mẽtem & intentionem eorum,qui ecclesiis contulerunt & donauerunt.hanc quæstionem imprimis tetigit Bar.in.l.diuortio.§.si fundũ.ff.solu.matrim.quærẽs in illo textu,de marito,vtrum possit in re dotali arbores suscidere.hoc idẽ tetigit Bald.in auth.qui rem.C.de sacrosanct.eccle. loquens de vassallo, & emphiteota,an possunt incidere arbores,& etiã ille istud reassumpsit in additio.ad Specu.

in titu.de locato.in princ.col.2.eandem quæstionem te-tigit Angel.in.l.si colonus.C.arbo.furt.cæsa. & est com munis opinio conformis ordinationi regiæ, vt arbores cæduas ante tempus,& glandes & glandiferas nunquam posint incidere imprimis Bal.in consilio suo.299. red-dit rationem,quia non sunt in fructu, sed in proprietate fundi.d.l.diuortio.§.si fundum.

Secundum rationem addit Guillel. de monte Laudu no in extrauagan.execrabilis.in versi.vnde inter cętera. in glo.super verbo magnificentia,sub titu.de præbend. dicens, quòd si hæc permitterentur omnis pulchritudo, magnificentia, & decus prælaturæ extingueretur, & ea quæ ob necesitatem & magnificentiam ordinata sunt, in desolationē & ruinam conuerterentur,& inuehit con tra prælatos, qui nemora antiqua nō cædua propria au-thoritate incidunt,& destruunt,talia enim de proprieta-te ecclesiæ dicuntur, quemadmodum non licet emphi-
3 teotæ vsufructuario, * vel vassallo incidere arbores,licet vtile dominium habeant.l.arboribus.l.hactenus,in fine. in.l.sed si grandes.ff.de vsufruct.idem tenet Bald. in ca. fina.in penul.col.de re iud. & illum sequitur Geminia-nus,in cap.ad Apostolicam.§.sed licet.eodem titul. de re iudica.lib.6.

Tertia ratio est quàm ponit textus optimus in.l. ele-ganter.§.non solùm.ff.de dolo malo.vbi à pari iudican-tur diruere domum, arbores incidere, & vineas extirpa-re,vnde quemadmodum non licet cuiquam eruere do-mum,ergo nec arbores excidere.& ita text. illum pon-derat Bald. in addit.ad Speculato. titul.de locato. in.2. col.in princip.

4 Quarta ratio est,quia * non licet alicui immutare sta-

tum

tum antiquum, sed habētes custodiá temporalitatis tenentur conseruare, vt eleganter dicit domi. Abbas in.c. de monachis.in.1.col.de præben.idem reassumpsit in.c. querelam, in.1.col.de elect.& in.c.pastoralis.post Innoc. de priuileg.& non datur temporalitas, vt extirpantur nemora, & arbores, in perniciem & desolationem proprietatis ecclesiæ. Vnde datur eis simplex commisio custodiæ & gardiæ, * sicut vsufructuarius non potest rei for 5 mam immutare, vel alterare.l.vsufruct. nouum riuum.ff. de vsufruct.& Bal.in.l.prima.C.de iure emphiteoti.igitur simplex custos non habet illam potestatem incidendi arbores, & nemora antiqua, cum in eum nihil transferatur.

Quinta ratio, est casus formalis in materia nostra loquens in fisco vel conductore fisci, qui non potest arbores pomiferas incidere.tex.in.l.ī fraudem.§.cōductor.ff. de iure fisci.vbi illum tex.multum cōmendat Bar. quinimò detur, quòd si inciderit teneatur in quadruplũ, vnde licet ordinatio regis non apponat pœnam, sed solùm prohibet, tamen posset dici, quòd custos Regaliorum si syluam vel nemora deteriorauerit, teneatur in quadruplum per illum textum.

Limitando tamē notabiliter supradicta, dicit quòd custos potest incidere arbores non cæduas, pro reparatione ædificiorum ecclesiæ.Bal. in.d.l.diuortio.§.l.si fundum.ff.soluto matrimo.Adducit text. in.l.arboribus. in prin.ff.de vsufruct.melius probat tex.in.d.l.sylua cædua. ff.de verbor.signifi.ibi, ex non cædua in vineam assumpturum.& glo. exponit in vineam, id est ad necesitatē tantùm, idem tenet Alexand.in.d.§. si fundum.circa finem, per.d.l.arboribus. idem tenet Ioan. Camphezius,

in tract.de dote.q.29.in fine.quod videtur etiam de mẽte glo.in.d.§.si fundũ,in verb.tenebitur.Paulus de mõte pico in sua solenni repetitione.l.titia,col.77.de leg.3.

Regula est igitur,quòd pro reparatione ecclesiæ, vel domorum,potest custos incidere arbores, quod sublimitat idem Paul.de monte pico. nisi per hoc fundus esset deterior factus,puta si vellet reparare domunculam parum valẽtem,& incidere aliquas arbores,quarum incisio maius afferet damnum,quàm comodum afferet reparatio,tunc non licet eidem hoc facere, quia fatuum est cooperire vnum altare & aliud discoperire.contra.l. cætera.§.sed si quis.de lega.primo.

Quod etiam debet intelligi quando custos vellet reficere,secus si de nouo vellet ædificare ad pompam.iuxta legem æquissimum.§.si fortè.ff.de vsufruct.

Secundò restringe principaliter,quando arbores fructiferæ essent vetuste, taliter quòd melius esset incidere eas,& alias substituere,tunc custos poterit incidere subrogando alias.ita dicunt eleganter Paul. de Cast.Raph. & Alexand.in.d.§.si fundum.adducunt tex.nota. in.d. l.qui in fraudem.§.conductor.ff.de iure fisci.& est tex. melior de iure,in.l.agi.de vsufruct.

Tertiò intelligũt doctores, nisi arbores essent euulsæ, vel vi ventorum deiectæ,& vellet vti custos pro vsu lignorum ardendorum,tunc potest:vel si tales arbores nõ re remouerentur per prædecessorem episcopum, veluti derelictæ,ad regem pertinerent.tex. est,& ibi gloss. in.l. proculus.§.fin.ff.de vsufruct.ita Paul.de monte pico,in d.repetitione.§.titia,in eadem col.

Quartò,prædicta debent interpretari nisi custos arbores cæduos,quæ in breui renascuntur incideret, vel arbores

bores quæ annuatim refrondescunt, & faciunt ramos, quia tunc non tantum pro vsu, sed potest etiam ad libitum facere custos durante suo tempore, quia sunt infru ctu. vt est tex. in. d. l. ex sylua cædua. ff. de vsufruct. iuncto. § .si fundũ. l. diuortio. ff. solu. matri. & do. Alexand. in. d. consil. 118. in. 5. volu.

Quintò procedit, quòd custos potest incidere nemora secundum modum quo vtebatur paterfamilias, non secundum quantitatem: vnde si episcopus prædecessor solebat cædere syluam de quinquennio in quinquennium, ita similiter debebit obseruare custos durante Regalia. idem pulchrè decidit Alex. per tex. in. l. item si fundi. § .fi. ff. de vsufruct. vbi dicit tex. quòd debet cędere sicut paterfamilias cædebat, quod intelligitur pro modo, vt supra dictum est. & istud sequitur & commendat Paul. de monte pico, in. d. §. titia in sua repetitio. colum. 89

Vnum tamen non est omittẽdum, quòd deterioratio semper attenditur circa rem, ad hoc vt posit argui custos per prædictam ordinationem regiam, secus si tenderet in perceptione fructuum, puta quia malè faceret culturari, vel arari prædia. ita egregiè declarat Bal. in. l. 3. in. penult. col. C. loca. & moder. in authen. qui rem. C. de sacr. sanct. eccle. & dicit glo. Alexan. quòd tua requiruntur, ad hoc, vt posit custos reprehẽdi. Primò, quòd damnum sit in notabili quantitate. Secundò, quòd concernat perpetuam rei deteriorationem, & nõ fructuum. Tertiò, quòd tale damnum sit datum dolo, vel lata culpa custodis, aut vsufructuarii.

Summarinm

¶Summarium. 57. priuilegij.

1 *Rex durante Regalia quæ ministrare prælatus consueuit, non tenetur præstare.*

2 *Onera concomittant possessorem.*

3 *Inspicitur tempus quo res est obligata, nō quo uenit soluēda.*

4 *Quando aliquid debetur in signum uniuersalis dominii, fructus intelliguntur sine deductione expensarum & alicuius oneris.*

1 Qvinquagesimumseptimum priuilegiū est, quòd rex * durante Regalia, non tenetur facere seruitia, atque onera, quæ tenebatur episcopus facere in vita sua. hæc quæstio contigit in persona cācellarii Baiocen. qui vacante sede volebat, quod rex ministrari sibi faceret ea quæ episcopus tenebatur, ratione sui officii cancellariatus. determinatum fuit per arrestum, quòd rex nō tenebatur, vt cauetur inter arresta pronunciata in parlamento Pentecostes, anno domini. 1261.

Arestū.

Hanc quæstionem imprimis tetigit domi. Antonius de Butrio, in. c. proposuisti. extra de consecrat. eccle. vel altar. dum quærit, vtrum patronus laicus teneatur cōtribuere ad onera ecclesiæ incumbentia. eandem quæstionem format domi. Rochus de Curte, in suo solenni tractatu de iure patro. super verbo onerosum. in. 4. q. Bar. in diuersis locis. primo in. l. quæro. ff. de vsufruct. lega. idē Bar. in. l. qui concubinam. §. qui hortos. de leg. 3. in. l. his verbis. §. idem testator. eo. titu. de lega. 3. & legistæ, in. l. apud Iulianum. §. hæres. de leg. primo. dum quærunt, si vsufructuarius qui percipit fructus teneatur ad onera, an verò spectent ad proprietarium.

Dubium facit in isto arresto, quòd rex durante Regalia percipit fructus temporalitatis, ergo tenetur contribuere pro rata commodi.argu.regu.qui sentit.de regul. iur.in 6. sicut vsufructuarius tenetur soluere præstationes annuas, vt in.l.hactenus. in.l.si pendentes.§.si quid cloacarii.ff.de vsufruct.cùm * onera concomitant pos- 2
sessorem.tex.in.l.cum possessor.ff.de censibus.in.c. à nobis.c.pastoralis.&.c.cum nõ sit.de decimis.tex. in.l.neque stipendium.ff.de impen. in reb.dotal.fact. dum dicit, onus enim fructuum hæc impendia sunt.

Tamen pro arresto multa considerari debent. Primò, quòd illud quod debetur cancellario ratione seruitii, est quædam personalis obligatio quæ non sequitur singularem successorem.l.fina.de contrahen. emptio.l.fideicõmissum.§.tractatum.ff.de iudiciis.l.prima.§.si hæres.ff. ad Trebellia.

Secundò, quia istud onus ad quod tenebatur episcopus debebatur in vita episcopi, vnde si tempus solutionis faciendæ euenerit post mortem prælati, postquã Regalia est acquisita regi, solutio debet fieri per successorẽ episcopum & non per regem: quia inspicitur * tempus 3
quo res est obligata, non autẽ tempus quo venit res soluenda.tex.est in.l.defuncta.ff.de vsufruct. ita est glo.notab.& ibi Bart.in.l.incola.le.2.ff.ad municipal. istud egregiè determinat Paulus de Castr.in.d.l.apud Iulianũ. §.hæres.de lega.1.vbi decidit, quòd si onus fuit inductũ in vita testatoris, sed tempus solutionis faciẽdæ euenit post mortẽ, postquam res fuit tradita legatario, solutio spectat ad hæredem, & non ad legatarium.

Corroboratur hæc opinio per dictum Ioan.Andr. in regu.non est in mora.de regu.iur.vbi loquitur de onere

imposito per papam, tempore quo quis erat episcopus Bononiensis, & tempore solutionis amplius non erat, quod talis solutio spectat ad ecclesiam Bononiensem, vel successorem. hoc idem Bal. in l. prima. §. quod si nemo. ff. quod cuiusque vniuersita. in. 3. quæstio.

Tertiò, quia ista seruitia & onera imponuntur dignitati episcopali, sequitur quod successorem in dignitate respiciunt & sequuntur. text. in ca. quoniam Abbas. de offic. delega. Quia dignitas non moritur. tex. in. c. si generosè, de rescrip. & hæc est regula Ioan. Andr. in. d. regula non est in mora, in. 2. col.

4 Quartò, quia quando * aliquid debetur in signum vniuersalis dominii fructus, intelliguntur sine deductione expensarũ, & alicuius oneris, vel seruitii. iste est tex. pulcher in. c. tua nobis. de decimis. idẽ tex. & ibi Panor. in. c. pastoralis. eo. titu. idem tex. in. c. reuertimini. 16. q. 7. ita decidit Ias. in. l. fructus. ff. solu. matri. Sed ius Regaliæ, quod percipit rex vacãte sede, donec fuerit sacramentum fidelitatis præstitum habet authoritate canonis. Adrianus. 63. distinct. in signum recognitionis, debet igitur esse liberum ab omni onere & seruitio, cum sit apud regem momentanea possesio temporalitatis, & imputetur prælato quare celerius iuramentum fidelitatis non præstiterit.

Quintò accedat, quia possent tot esse seruitia & expẽsæ in ecclesiis, si rex durante Regalia astringeretur ad illa persoluenda, dictę expensæ æquiualerent fructibus, quos modico tempore percipit: propterea ad istud non tenetur, vt dicit glo. ordinaria in. d. l. qui concubinam. §. qui hortos. de legat. 1. hãc doctrinam tradit Bar. in. l. his verb. §. idẽ de testa. eo. tit. l. quęro. ff. de vsufru. lega.

Sextò

Sextò,quia hæc onera sunt realia,vnde prædia prælaturæ sunt obligata ad talia seruitia. tex.ĩ.l.imperatores. ff.de publica.l.1.C.in quibus caus.pig.vel hipothec.tacitè contrahen.vnde si ex præterito debeantur.ista onera non est æquum quòd rex teneatur si in futurum prædia sint obligata, quæ sunt satisfactura, sicut hæres tenetur obligatum liberare,non autem legatarius:sic prælatus liberare prædia,quæ obligãtur ad seruitia ecclesiæ. tex. in.l.res obligata . de legat.1. ita decidit Ias.in.d.l.apud Iulianum.§.hæres,eo.tit.

Septimò considerandum est,quòd possessio ista quæ est apud regem durante Regalia momento durat,& hos fructus percipit negligentia prælati nõ facientis sacramentum fidelitatis, vnde omnia veniunt in dãnum purum episcopi,quia imputandũ est ei quare citius nõ offert,& præstat fidelitatẽ.vt dicit in simili Bal.in.l. si pater.C. de vsufruct. Quemadmodum videmus,quòd in odiũ contumacis vassali, qui est negligens in facienda fidelitate,dominus facit fructus suos, & applicat vt cauetur in multis cõsuetudinibus regni Franciæ, vnde dicitur quòd per non præstationem fidelitatis feudum amittitur,& fructus perdũtur.vt est tex.in.c.primo.quæ fuit prima causa benefi.admit.Subdunt tamen consuetudinarii,quòd expensæ,laboragii & culturæ debẽt ante omnia deduci.per tex.pulchrum in.l.si à patre.§.fin. cùm.l.seq.ff.de petitio.hæred. non desunt qui dicunt, quòd debet fieri diuisio pro rata tẽporis inter eos. arg. diuortio.&.l.diuisione.ff.soluto.matri.arg.c.à nobis.de decimis.c.ad Apostolicæ.eo.tit.c. cùm quis,in secundo responso.de sepult.in 6.& hanc senten.tenuit Io. And, in leg.non est in mora.de reg.iur.in vlt,col.

quiritur quòd actualis & realis traditio fiat tẽporalitatis per officiarios regios, qui in gubernanda dicta temporalitate ipsius episcopatus fuerint commissi, & deputati, nec sufficit quòd leuetur manus regis per gentes cõpotorum: & hoc vt prælatus possit cõferre præbẽdas & dignitates suæ ecclesiæ, & vti temporalitate sua.

Maxima enim videtur specialitas esse, quia * eo ipso 2
quòd princeps dat, vel reponit aliquem in statum suũ, illico transfert dominium, nec requiritur aliqua traditio vel possessio. ita egregiè dicit Bal. in præludiis feudo. in. 10. col. vbi formaliter inquit, quòd * ex beneficio 3
principis transfertur ius sine apprehensione possessionis. idem tenet Bal. in. l. fina. in principio. ff. de constitu. principum. idem in. c. ad audientiam. de præscript. Alibi dicit Bal. ipse in. c. primo, quid sit inuestitu. in vsib. feudo. quòd si princeps assignat castrum, non est necessaria facti possessio. hanc eandem opinionem tenuit Ioan. And. in. c. olim. de verb. signifi. vbi dicit, quòd est speciale in principe, quòd ex solo contractu principis dominium sine traditione transferatur. eandem opinionem sequitur Bar. in. l. in concedendo. ff. de aqua pluuia arcẽ. dicens quòd princeps quando concedit alicui gratiam, vel beneficium, nõ inspicitur apprehensio possessionis, sed qui prior est tempore, potior est iure.

Mouentur omnes ratione, quia * princeps est lex ani 4
mata in terris. §. penultimo, in auth. de consulibus. latè Bar. in. l. Cæsar. per illum tex. ff. de publica. sed per legẽ transfertur dominium sine traditione, notat Bal. in. l. 1. circa principium, in primo notabil. C. communia. de lega. canonistæ in. c. 2. de consuetu. & idem Bal. in. l. fi. in 4. col. C. de sacrosanct. ecclef.

Confirmantur prædicta per authoritatem eiusdē Bal. in.l.1.in 3.not.C.de leg.vbi dicit quòd si princeps concedit alicui benemerito castrū,si posteaillud cōcedat aliis: secunda concessio non tenet,quia prima incōtinenti habuit effectū sine traditione.allegat glo.ordinariam in.l. si qua locor.C.de fund.& saltib.reipubl.lib.11. & subdit ibi Paul.de Castro, quòd istud cōtigit in personam Bal. quia papa Vrbanus sextus,donauit Baldo castrū in comitatu Hugubiensi,postea donauit alteri idem castrū: prætendebat Bal.concessionē secundā nullam esse,esto quòd non apprehendisset possessionem.& longo tempore in curia Romana litigatum fuit.

5 Rursus,quia * nihil est quod luce præclariore præfulgeat in principe quàm recta fides, tex.in epistola inter claras.C. de summa trinita. vnde receptio principis ad sacramētum fidelitatis debet operari vim traditionis & possessionis,vt euitetur circuitus.vt est tex. in clemen. auditor.de rescrip.l.bene à zenone.C.de quadri.pręscri. istud idem tenet & sequitur Ludo.Roma.in terminis,in consil.298.incipien.circa præmissam dubii cōsultationem mouetur præcipuè,quia sicut videmus in beneficiis ecclesiasticis, ex quo natura collationis gratiosè est, vt dominium trāsferatur sine traditione,immediatè quòd collatio facta est,possessio nihil facit in spiritualib⁹.tex. est in.c.si tibi absenti.de præb.in 6. Propterea videretur dicendum,quòd postquam est receptus ad sacramentum fidelitatis per principē,quòd incontinenti recuperare debet suam temporalitatem absque alia traditione: præsertim,quia res de facili reuertitur ad suam naturā. tex.in cano.ab exordio.35.distinct.

6 Accedat secunda ratio, quia * manus regis apposita, non

non priuat aliquem possessione sua. vt dicit eleganter Henr.Boh.in.c.examinata.de iudi.

Vnde quando ordinatur sequestrū,non censetur quis deiectus à sua possessiōe,quia sequester colligit fructus nomine alieno,quos habet restituere victori. vt est text. in clemen.1.de sequestra.poss & fruct.tex. & ibi canonistæ in.c. cùm Bertholdus, de re iudic. & latè legistæ in.l.interesse puto.ff. de acqui.poss.si igitur manus regis apposita non priuat aliquem possessione, videretur dicendum quòd postquam præstitit sacramentū fidelitatis,non opus est alia apprehensione possessionis. arg.§. interdum,institu.de rer.diuisio.

Tamen ex priuilegio singulari,opus est quòd prælatus postquam iurauerit fidelitatem regi, accipiat temporalitatem per officiarios regios ciuitatis illius, in qua est situatus locus episcopatus, cui constitutioni Philippinæ videtur conformis text.in canone Adrianus.63. distinctio.ibi, insuper archiepiscopos episcopos per singulas prouincias à rege inuestituram accipere diffiniūt, vel nisi inuestiatur episcopus,à nemine consecretur.idē facit rex Apulus,qui dat inuestituras,episcopis sui regni.de quo loquitur glo. in summa.16.quæst.7.in fi. de quo priuilegio meminit Ioan. And.in additio. ad Specula.in tit.de lega.§.nunc tractemus.versiculo,sed nunquid legatùs.vbi dicit,quòd rex Franciæ in hoc habet priuilegium, quòd prælati sui regni accipiūt temporalia per manus suas, idē prouidit Gregorius vndecimus in concilio generali posito.in.c.in generali.de electio. in 6.vbi ordinat,quòd reges qui antiquo iure habēt custodiam ecclesiarum vacantium remaneant, contra autem vsurpantes,& de nouo abutentes sententiā excōmu

nicationis eo ipso decernit ea tamen lege, quòd reges qui asserunt se habere custodiam redditus prouenientes delabi non permittant,sed in bono statu conseruēt. eandem opinionem sequitur do. Anto. Siculus,in trac. solenni de potestate regia,in.11.q.vbi dicit,quòd per inuestituram factam per regem,prælatus post sacramentū fidelitatis recipit vassalagia, & alia temporalia de manu regis.

Corroborantur prædicta,quia alibi glo.ordina.in. d. c.in generali, in verbo fundatione,dicit quòd rex,vel patronus laicus,tempore fundationis,potest disponere quòd fructus ecclesiæ,quando contigerit illam, vacare ad eum spectant. quam glosam magnificat & sequitur Roch.de monte,in suo solenni tractatu, de iure patro. in verbo,& vtile.in.2.q.principali,sed sic est quòd collationes beneficiorum censentur esse in fructu.vt est glo. ordinaria in.c.cum olim. de maioritate & obediē.ideo oportet quòd leuetur manus regia per officiarios antequam prælatus post sacramentum fidelitatis percipiat fructus,& vtatur collationibus beneficiorum,& temporalitate sua:sicut in simili videmus,quòd legatum accipitur post mortem defuncti de manu hæredis,id est domini.§.legatum.insti.de lega.cum aliis similibus.

6 Ad quem * autem spectat custodia ecclesiæ vacātis, ponitur per gl.ordinar.in.c.cui vos.& ibi do. Abbas in glo.penult.de offic.ordina.ibi tenet quòd ille qui habet ius prouidendi ecclesiæ de pastore,debet habere curam rerum ipsius ecclesiæ,donec fuerit plenè prouisum. & allegat bonum tex.in.c.fi.de offic.ordina.in.6.& sic videretur dicendum quòd cum hodie rex prouideat de episcopatib9 ex priuilegio Apostolico per noīationem suam,

suam, quòd debet installare vel inuestire per se vel officiarios suos, quem præficit episcopatui. & idem no. glo. in. cle. 1. de negligentia. prælato.

¶Summarium. 59. priuilegij.

1 *Rex non tenetur electum confirmatum, non consecrat, *admittere ad fidelitatis iuramentum.*
2 *Quis non dicitur episcopus, nisi sit consecratus.*
3 *Electus non consecratus potest concedere indulgentias, & alia quæ sunt iurisdictionis, non quæ ordinis.*

QVinquagesimumnonum priuilegium, est quòd rex * non tenetur electum confirmatum in episcopum si non sit consecratus ad iuramentum fidelitatis admittere, 1 nec Regalia cessat per confirmationem: quia adhuc ecclesia dicitur vacare, sed claudetur per cõsecrationem secuto iuramento.

Ex quo infertur, quòd si minores promoueantur dispensatiuè ad episcopatus, & non possint consecrari ob defectum ætatis, rex non tenetur eos admittere ad præstandum dictum fidelitatis sacramentum. & sic Regalia longo tempore durabit.

Ratio est, * quia episcopus non dicitur, nisi cõsecratus sit. in ca. licet. de translatio. episcopi. in ca. tua. de his 2 quæ fiunt à præla. sine consensu capit. Panor. in. c. eam te. de rescript. & semper potest repelli per exceptionem ne fiat episcopus vsque ad consecrationẽ. c. super his. de accusa. & in. c. nosti. de elect. licet electus * non consecratus, possit concedere indulgentias, cõferre beneficia, 3 quæ non sunt ordinis, sed iurisdictionis. vt do. Abbas

in ca.suffraganeis. in vltimis verb. de elect.in antiq. & quæ differentia sit in hoc,inter Abbatem& episcopum, ponitur per glo.in.§.censuit.in glo.super verbo, benedictionis,in tit.de elect.in pragma.sanct.

Et ratio huius dicti est,quia si potest electus confirmatus repelli per exceptionem donec sit consecratus, à fortiori per regem pendente Regalia,qui habet plenissimam potestatem in episcopatibus donec sit consecratus,idem in intrusis qui non intrant in ouile per ostiũ. videatur latè Fely.in.c.veniẽs. de accusatio.& nota.in c.eum qui.de præben.in.6.& quod tales qui symoniacè ingrediuntur in ecclesiam Dei,sunt repellendi.est hodie extrauagans Pauli.2.incipiens,cum detestabile.

Tractatus iuris Regaliorum cum arrestis, finis.

Quæstiones 63. Lectori VIAM AD IVRIS REGALIAE intelligentiam præbẽtes, Non solùm Iuris cõmunis dictamine, verùm & supremę Parlamenti curiæ arrestis, firmatæ,

Per Do. Philippum Probum Bituricum, sacri Iuris Canonici doctorem, editæ, Priuilegiisque dicti iuris Regaliæ, pro illius ampliori elucidatione, iunctæ.

¶Etiam & prò ea intelligentia, Tractatus duo, Do. Petri Bertrandi, episcopi Eduen. & sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyteri Cardinalis, additi.

Primus quorum, Contentionẽ ratione Iurisdictionum spiritualis, uidelicet & temporalis, coram Christianissimo Frantiæ rege, inter eundem Bertrandi, pro dominis ecclesiæ Gallicanæ prælatis: & magistrum Petrum de Cugneriis, pro dominis temporalibus regni, habitam, continet.

Secundus uerò, earum iurisdictionũ originem amplectitur.

¶Non desunt Summaria quæstionum, & duorum huiusmodi tractatuum, prout nec Index alphabeticus, materiarum in eis quæstionibus contentarum.

Parisiis, apud Galeotum à Prato, ad primam regii Palatii columnam.

1551.

Cum gratia, & priuilegio.

D. PHILIPPO PROBO EXImio iurium doctori, ac in ſenatu Pariſiórum aduocato conſultiſsimo, Remundus Ruffus I. D.

Plurima non meritis illuſtria nomina quondam
Faſtus barbaricus, plauſus, & aura dedit.
At tibi non tam ſors tua, quàm probitas tua nomen,
Præclarum tribuit, dignius haud aliud.
Quod licet eximium ſit per ſe, & nobile nomen,
Vis tamen id ſcriptis nobilitare magis.
Guameriúſque ſuos tibi cunctos cedit honores
Nam tu pragmaticæ gloria, laus, & honos.
Non eſt Guamerius nunc pragmaticæ amplius author,
Amplius, & non eſt flaminis illud opus.
Cuncta probi ſunt, qui iſta probe nunc cuncta probauit,
Hæc tibi non tribuis, quæ tribuenda tamen.
Hic liber additur illis quo nunc ordine recto
Regia commonſtras aſpera quæ fuerant.

Θ ἀυτος φιλοθεσμῷ
Θσις δ' εἶ ἱερωσυνέων νῦν τῶν πρὸς ἄνακτα
ἱέμενος διδαχῆς, ὧδε προσελθῶν ἔχεις.

Reuerēdo patri Domino

DO. NICOLAO DE PELLEVE, deuoti monasterii diui Cornelii de Compendio, abbati commendatario, in supremáque Parisien. curia cōsiliario meritissimo, & benefactori suo Philippus Probus S. D.

Consuetudo inoleuit apud ueteres (pater reuerende) si quid operis noui, in lucem emisissent, ut robur & firmitatem reciperet perpetuā, id uiris dicare præstantibus, quatenus æmulorum lingua uenenata, lumine maiestatis reuerberata dentem praui morsus nusquam ualuisset infigere. Nec fallebat eorum opinio, quæ ex humilitate processit, cum doctis semper amica sit in subdictos laudibus attollēda benignitas, quæ bonorum studia remunerat, prauorum cohercet: Hoc nostri quoque uetustatis exemplū proposse imitantes, opera quæ scribunt, dicata ecclesiarum prælatis, ac doctissimis & generosis uiris solent submittere, ut eorum auctoritate cōprobata, securè ualeant in publicum prodire. In lucem enim sine timore prodeūt, quæ testimonio sapientissimi iurisconsulti fulciuntur. Nemo quippe (ni stolidus) facilè accusat, quod iudicio maiorū comprobari non ignorat. Equidem tuto quiescit innocentia ouium, quàm boni pastoris miseratio contuetur. Cùm igitur exēpla ueterum nobis sint incitamenta uirtutum, dignum est ut imitemur eorum sacros mores. Et licet minor sim, quàm meis opusculisquempiā delectari confidam, id tamen quòd habeo, in domini gazophilacium, humiliter offerre institui. Cum itaque, nuper à plurimis iurisperitis, etiam à prouido uiro, & insigne bibliopola Parisiensi Galioto à Prato rogatus fuerim, ut pro ampliori iuris Regaliæ cognitione, aliquas ad tractatum ipsius iuris, per quēdam recolendæ memoriæ dominum Arnulphum Rusæum, in ea curia consiliariū, etiam meritissimum, editum. adderem quæstiones, ad quod pre-

cibus uinctus, libēti animo annui, laborémque ī eo peragēdo sumpsi, quem alicui uiro doctissimo, & in dignitate præstati submittere decreui, cuius auctoritate, & beniuolentia, dentes inuidorū, sine morsu transiret. Cumque hinc mihi multa cogitatio succreuisset, eundem laborem considerem gratiorem, se multi obtulerunt uacilanti, de quorū doctrina, & beniuolentia, spes non modica promissa uigebat, inter quos, uos pater reuerēde, mihi potior, eminentior, doctiórque occurristis, in uobis nobilitas generis relucet, pastoris auctoritas eminet, honestas morum cōspicitur, bonarumque artium omnimoda scientia collaudatur, prout noui, quod testantur opera uestra, nominisque fama clarissima, maximè in ea suprema curia, in qua excellēs ille & clarissimus senatus, uos in fractione panis, sicut dominū cognouerūt discipuli. Animat igitur me uestra doctrina, quam benignitas & humanitas uestra, cunctis reddit amabilem, quippe quæ literas nullius abhoret, neminémque senset suo alloquio. Ad famā ideo uestram claram, quanquā infirmus & debilis sim accedo, uobisque præsens opusculum ad laudem Christianissimi Francorum regis, & eius coronæ editū, humiliter submitto, & uos iudicē, ac defensorē constituo, quod suscipite quæso, pater reuerende, & hanc nostram qualēcunque lucubrationem examinate, iudicate, à morsibus æmulorū defendite. Eamque si dignam iudicaueritis, benigno prosequamini fauore, & pro maximis computabo delitiis, si uos meis laboribus agnouero delectari. Valete reuerēde pater, & clarissime senator, & me famulum uobis deditissimum, cum destinato labore, habeto commendatum. Ex Lutetia Parisius dicta, Anno à partu Virgineo millesimo quingentesimo quinquagesimoprimo, Idibus Octobris.

¶ Index Quæstionum finis.

FINIS.

IN CELEBRE REGALIO-
rum opus Philippi Probi, iurium doctoris eximij, & in senatu Parisien. patroni fœcundissimi. Decasthicon Caroli de Monceau. I. D.

Ad lectorem.

Ardua perlustras quicunque uolumina iuris,
Et tentas longo tramite iuris iter.
Hunc unum teneas, cernas, laudesque libellum,
Quem nuper luci prodidit ipse Probus.
Cæsareo iuri nectens præcepta canonum,
Omnia persoluat quo breuitate sua.
Gallica scire docet, quæ nos Regalia iura
Dicimus, è sceptro munera missa patrum.
Pontificésque suum quis non renuere fauorem,
Pensantes pia quam munera regis erant.
At pius hic princeps sanctum ditare sacellum
Atque magis Christo cuncta referre uolens.
Omnes hos fructus (quos sede uacante fruendos
Pro meritis dederant) retribuere iubet.
Ista Probus claro legum candore salutat,
Verò disponens ordine quæque suo
Clio gesta canit, gaudet lasciua Thalia,
Tristia declarat, tragica melpomenæ.
Nymphæ Amadriades, necnon consultus Appollo
Aeterna mandant laude fouere librum.

¶Summarium.

1 *Pauperibus & peregrinis, messibus factis, & uindemiis, relinquendæ sunt spicæ, prout & racemi dimittendi.*
2 *Antecessores nostri, per sua scripta non capiunt omnia, sed suis successoribus quædam derelinquunt.*
3 *Sæpè etiam olitor, ualdè opportuna est loquutus.*
4 *Iuniores, quanto perspicatiores.*
5 *Exempla præstantia, plus mouent quàm præterita.*
6 *Qui nimis effuso sermone loquuntur, in promptum incidunt periculum.*
7 *Qui pluribus & inutilibus uerbis utitur, in iacturam temporis cadit, & mentes auditorum disturbat.*
8 *Plus est puero quinque ferre, quàm uiro forti uiginti.*

Præfatio.

LIcet dominus Ruseus (vt ex præinsertis constat) clarè, & perquàm abundè, hanc materiam iuris Regaliæ nisus fuerit elucidare, si tamen rectè senseo, illum fuisse insequutum domini præceptum sub sequẽtibus verbis. Leuitici 19. & 23.c. scriptũ, Cúmque * messueris segetes terræ tuæ, nec remanentes spicas colliges, neque in vinea tua racemos, & grana decidentia congregabis, sed pauperibus & peregrinis carpẽdã dimittes, quod est dictu si glo. ibi astipulemúr, quòd nostri antecessores, * omnia per sua scripta non capiunt, sed quædam suis successoribus derelinquunt: quia sæpè Deus reuelauit paruulis, quod occultũ fuit magnis, & vni quod latet aliis, Matthæi cap. 11. ibi, Abscondisti hæc sapientibus, & reuelasti ea paruulis, vrgent quæ de fatuo Parisien. tradunt Petr. de Ancha. Ioan. And. Card. & Panor. in ca. ad nostram. de consuetu. & de alio, de quo per glo. 1 2

in.l.2.in.§.exactis.ff.de orig.iur.Nunquid aliquando au-
3 distis vulgatum, & vetus verbum ſæpè * etiam eſt olitor valde opportuna loquutus. Etiam detegitur hodie, quod non fuerat cognitum.l.1.§.ſed neque.C.de veteri iure enucle.& magis modernis,quàm antiquioribus. Nam iu-
4 niores * quãto perſpicatiores.ait gl.in.l.gallus,in prin.in verbo ſi filius.ff.de libe.& poſthu. Equidem ſolent homines recentioribus factis turbulentius excitari,dicit Ioan.
5 de turre crema in.c.ſi habes.24.q.3. Et * exempla præſentia plus mouere quàm præterita, quod patet de exemplo Elizabeth ad Sarram,quia potius Gabriel adducit Mariæ virgini exemplum Elizabeth,quàm Sarræ,& Annæ vxoris Helcanæ. Eia igitur poſt terga meſſoris.Ruth.c.2.in principio,aliquas ſpicas colligam,& colligendo,media no ua(aperto & familiori ſtillo) ad ipſam Regaliæ materiam ſpectantia ſub 63.quæſtionibus adducam, ſpiritusancto operante, quarum primam verbis ſequentibus exordior,
6 non longo,nec breui ſermone,ſed mediocri.Nã qui * nimis effuſo ſermone loquuntur in promptum incidunt periculum.l.fi.in fine.C.de dot. promiſ.l.2.§.deinde.C.de veteri iure enucle. vbi dicitur,quòd multo melius eſt pau ca idonee effundere,quàm multis inutilibꝰ,homines prægrauari. hinc Alber.in.l.quiſque.C.de poſtul.inquit, * ꝙ
7 qui pluribus & inutilibus verbis vtitur,in iacturam temporis cadit,& mentes auditorum diſturbat.

Dicitur idonee,id eſt nõ magno ſermone,prout nec modico,quia vulgare eſt,dũ brèuis eſſe laboro, obſcurus fio, & aliud,ne quid nimis,ne quid minus,mediũ tenuere bea-
8 ti,Potius tamen modico quàm magno,cũ * plus ſit puero quinq; ferre,quàm viro forti vigĩti.gloſ.Marci.12.c. Et ſi quãtos debeo ferre nõ valeo manipulos,certè,vel paucos, vel duos,aut vnũ in areã, ego ipſe Philippus Probus ferã.

¶Summarium.

1 *Triplex eſt dabilis regaliæ ſpecies.*
2 *Qui cuſtodiam habet, non conſumere, ſed cuſtodire debet.*
3 *Homagium fit pro temporalitate, non pro ſpiritualitate.*
4 *Præſtatio homagii, ſpeciem habet ſeruitutis.*

Quæſtio prima.

AN multiplex dabilis ſit Regaliæ ſpecies, vt ſuper hoc breue & congruum reſponſum habeas, dic * triplicem dabilem, ſeu reperiri 1
ſpeciem, quarum prima eſt propter cuſtodiam eccleſiæ vacantis introducta, quam rex in omnibus eccleſiis ſui Fräciæ regni habet, & quas defendere ex debitóque ſuæ ſupremæ dignitatis cuſtodire & tueri debet, ne ille, & earum miniſtri, ab aliis indebitè opprimantur, vtque bona & iura futuris ſucceſſoribus conſeruentur, & ratione ſpeciei huius, rex aliquos non facit fructus ſuos, imò illos ipſis ſucceſſoribus conſeruat.

Sic ſuccedit iuris doctrina * qui cuſtodiam habet, non 2
conſumere, ſed cuſtodire debet. c. cum vos. de offic. ordi. vbi glo. fi. & l. is cui. §. qui legatorum. ff. vt in poſ. lega. Pone in ſequeſtro. vt probat domi. Ruzeus ſuprà priuilegio 58. nume. 6.

Secüda regaliæ ſpecies dicitur, illa quæ prouenit ratione caſtrorum, terrarum, & domorum, à rege mouentium, eccleſiiſque cathedralibus & metropolitanis ſpectantium, & tunc ſede vacante, rex ratione huius Regaliæ facit fructus ſuos, ex temporalitate proueniëtes, quouſque nouus epiſcopus, regi homagiü fecerit, quod tenetur facere ipſe epiſcopus, niſi aliàs ei per regem illud fuerit remiſſum, quod quidem * homagium fit, ſeu præſtatur, pro ſola tem 3
poralitate, non autem pro ſpiritualitate, quia illud pro ea

facere est simoniacum,inquit glo. in.c.1.§.verum. de statu regal.lib.6.ideo dicit tex.in.c.fi.de regu.iur.quòd indignum est,& à Romanæ ecclesiæ cõsuetudine alienum,vt pro spiritualibus facere quis homagium cõpellatur, tum
4 quia * præstatio hæc seruitutis speciẽ habet. Feli.1.c.meminimus.nu.7.de accu.& ecclesia libera est, libertatísque mater,& ex cõsequenti eius filii.i.ministri.arg.rub.de seruis nõ ordi.& ad Galat.c.4.quod maximè ꝓcedit in episcopis,qui dicũtur ecclesiæ sponsi, alii verò quasi sponsi, aut mariti, ait glo.in.c.per venerabilem.in verbo adulterinis,qui filii sint legiti.

Tertia Regaliæ species, illa est quæ collationẽ beneficiorum ecclesiasticorũ concernit,quàmrex in ecclesiis cathedralibus & metropolitanis sui regni(sede vacante maximè)habere dicit,à tẽpore immemoriali, pluribúsq; mediis,rationibus,& causis in quæstione proximè sequẽti tactis.Et de ea principaliter,in præsentiarum fiet sermo noster,&de qua sunt recordati Io.Mo.in.c.generali.de elec. lib.6.& Bal.in.c.quãto.in fi.de iudic.& post eos Guiller. Benedic.in repeti.c.Raynutius.in verbo & vxorẽ.nu.37. de testa.idem Ioan.Mo.in.c.2.de præbẽ.in 6.& Malleret. in tract.de elect.carta mihi.23.& latius supra in præfatione tracta.Regaliarum. ad quos omnes breuitatis causa te remitto,vt ad sequentia descendam.

¶Summarium.

1 *Quibus rationibus & causis, ius Regaliæ ad regem Christianissimum dicatur pertinere.*

2 *Ius eligendi, & episcopos nominandi, quando regibus Franciæ datum fuerit.*

3 *Decimæ,quando laicis,per ecclesiæ prælatos fuerũt infeudatæ.*

4 *Quo tempore reges Franciæ, nomen Christianissimi sumpserunt.*

Ius

5 *Ius Regaliæ per quempiam non potest reuocari.*
6 *Episcopi Franciæ, ante consecrationẽ regi tenentur iurare, quòd illi erunt legales, & fideles in suo episcopali statu.*
7 *Episcopi Galliæ, quare dicantur regis consiliarii.*
8 *Electus in episcopum, sub pœnis formidabilibus sacramentum fidelitatis regi præstare tenetur.*
9 *Cognitio collationum iure Regaliæ factarum, à regibus curiæ parlamenti in primo ressortu committi consueuit.*
10 *Inhibitum est episcopis, ne electio in episcopum munus consecrationis cõferant recusantem iuramentum fidelitatis præstare.*
11 *Ratione iuris Regaliæ, rex dat capitulis permissionem episcopum eligendi.*
12 *Rex Franciæ est in ecclesiis cathedralibus canonicus præbendatus.*
13 *Rex Franciæ plures fundauit abbatias, de præbendis, quas in ecclesiis cathedralibus regni obtinet.*
14 *Preciosa mobilia, rex habet episcopo mortuo.*
15 *Episcopi mediterranei in Francia qui dicantur.*
16 *Regalia non transit Ligerim.*
17 *De decẽ ecclesiis metropolitanis regni, tres solum sunt in Regalia.*
18 *Qui episcopi, & archiepiscopi, à Regalia sint exempti.*
19 *Vna ecclesia, à Regalia, non debet plus esse exempta, quàm alia.*

Quæstione secunda.

QVibus * rationibus, causis, & mediis, ius Regaliæ ad regem Christianissimum pertinere dicatur. Respondeo, dicẽs post regalistas quòd multiplicibus, quarum prima est, quia regis prædecessores, totiúsque nationis Ga 1

liæ homines,vltra quã alia regna chriſtiana,& illorũ principes,pro defenſione & augmento fidei Chriſtianæ multipliciter laborarũt,libentérque ſanguine vſuũ ſuũ,cũ eorum bonis effuderũt,ob quod regi Clodouæo,primo Frãciæ regi Chriſtiano, à clade Alarici Viſgotorum regis hæreticorum Arrianorum in Aquitania regnãtium,per epiſcopos & alios eccleſiæ Gallicanæ clericos, cæteróſq; re-
2 gni ſtatus,ſimul in conſilio Aurelianen. cõgregatos, ius * eligendi, & epiſcopos nominandi,per modum cuiuſdam recompẽſationis ceſſum fuit,prout & noſtris temporibus, vt patet in concorda.in titu.de regia ad præla.nomina.facienda,vbi in tit.præced.ponuntur rationes prædictis,nõ ſimiles.quæ ceſsio eccleſiæ Gallicanæ nõ profuit,ſed magnum,etiam & regno præiudicium attulit,quod experientia patuit,& ea non ceſſante multomagis patebit.
3 Secundam adducunt cauſam præfati regaliſtæ,quòd * Carolo Martelo rege Franciæ regnante, dicti epiſcopi, & clerus, per totam Galliam, decimas nobilibus infeudarunt,& lapſo tempore,videlicet 576.anno.in primo Late-
4 ranen.concilio,Carolo magno * (à tempore cuius reges Galliæ nomen Chriſtianiſsimi regis ſumpſerunt)qui iam octo annis regnauerat,& 25.antequam imperium regeret, ſuíſque ſucceſſoribus Franciæ regibus, fuit conceſſum, quòd ipſi epiſcopi impoſterum, antequam conſecrationis munus ſumerent,ſacramẽtum fidelitatis ipſi Franciæ regi,præſtare tenerẽtur,ſuarúmque dignitatum epiſcopalium inueſtituram etiam ab eo recipere,per modum feudorum,aut inſtar illorum,ſcire licet in capiendo ab eo manum leuatam,& permiſsionem intrandi gaudentiam exercitii ſuarum prædictarum dignitatum,tam in ſpiritualibus quàm in tẽporalibus vltráque, plura alia iura ſuper dictis epiſcopis, tunc coronæ regiæ Franciæ in perſonã dicti

dicti Caroli magni, fuerunt concessa, quæ tunc, & ab eo tempore, semper per propriam & particularem vocationem iura Regaliæ, non imperialia, nec Regalia (vt patet ex Cronicis Philippi primi Franciæ regis) vocata fuere. Quæquidem iura Regaliæ, sic dicto Carolo magno, suísque successoribus regibus, donata per modum remunerationis, & pro meritis temporis præteriti fuerunt, & cōcessa, & ex consequenti (vt dicunt) illa non esse * reuocabi- 5
lia, etiam per papam, prout nec per concilium, etiam nec quoquo modo corruptibilia. Quorum iurium vigore, dicunt ipsi regalistæ, episcopos regni Frāciæ teneri, ante eorum consecrationem, iurare, * quòd regi erunt legales, & 6
fideles in suo episcopali statu, & populum eorum ciuitatū & episcopatuum, inquantum poterunt, in obediētia & recognitione supremæ potestatis, erga regem & suam successionis sanguinis posteritatem tenebunt.

Ob quod, * non ob causam aliam subdūt, omnes epi- 7
scopos regni, fideles cōsiliarios regis appellari, illósque dictum fidelitatis iuramentum (prout plurimi existimant) ratione eorum temporalitatis: imò solum ratione status episcopalis, & officii pastoralis præstare, esto quòd in temporali pratum, nec herbam habeant, quódque rex ad hūc finem super eos habere aliquas gratiosas summationes, etiam pœnales, & in casum refutationis, certas executiones & cohertiones. Quæquidem summationes pœnales sunt hæ, quòd * si in episcopum electus, aut de episcopatu de 8
nouo prouisus, dictum fidelitatis sacramentum, ad regem in quauis parte regni existentem præstiturus non venit, tūc fructus & reuenuta sui episcopatus, in manu regis manent, prout per antea, & ab instanti vacationis sedis erāt, eósque ab illa hora facere suos, prout etiam omnia beneficia suę diœcesis, & aliorum locorum ad suam plenā dispo-

sitionẽ pertineret, exceptis parochialibus ecclesiis illáque iure Regaliæ posse cõferre. Quódque si ratione huiusmo
9 di beneficiorum superueniat litigium: * illud à suis prædecessoribus Regibus curiæ parlamenti in primo ressortu tanquam præcipuum, & speciale ius coronæ committi consueuit.

Insuper quòd si per tales summationes pœnales episcopi ipsi, dictum fidelitatis Regaliæ sacramentum non veniant præstituri, certum quæ sit, quòd hoc facere, aut præstare recusent, tunc per textũ dictæ donationis iuris Re-
10 galiæ, aliis * episcopis nummus cõsecrationis talibus recusantibus impendere est prohibitum: eáque de causa, quòd rex, potest tales tanquam de proditione suspectos reiicere, & patriç inimicos declarate, ad nouáque electionem procedere debere, aut de nouo ad episcopatũ nominare, quod prosequere, vt per Io. Ferault in tracta. de priuileg. regni Franciç, priuilegio. 9. & sequẽti, vbi subdit formam hoc iuramentũ fidelitatis continentem, & aliter per episcopos Regis vassallos, præstari quàm per laicos.

Præterea, ius ipsum Regaliæ sic dicto Carolo magno, prout & Ludouico eius filio, ac Carolo caluo concessum,
11 alio firmant medio, videlicet quòd * ratione illius rex dat capitulis ecclesiarum cathedralium, permisionem suum eligendi episcopum, & quòd Reges sunt ordinarii collatores omnium beneficiorum fundationis Regalis, in
12 loco quo alii fundatores solum sunt patroni, * canonicíque titularii & præbendati, adeò quòd etiam diuino possunt assistere seruitio in habitu Regali vel canoniali, in qualibet ecclesia cathedrali Regni. Et quòd gaudent de vacantibus omnium præbendarum ipsarum ecclesiarum cathedralium, eáque vacantia suo possunt applicare fisco super quibus fundarunt reges ipsi plures abbatias, maximè

mè * abbatiam sancti Victoris prope muros Parisiens. 13
quæ nunc gaudet dictis iuribus vacantiorum, per concessionem ipsi abbatiæ per eosdem reges, earum abbatiarum fundatores factam. Hanc præbendarum obtentionem per Regem, prosequitur firmando Ioan. Ferault, priuilegio.7.in tracta.de iurib.regni Franciæ, vbi numerat certas ecclesias regni, in quibus rex præbendas obtinet.

Vltráque prædicta asserunt idem regalistæ, quòd ea ratione iuris Regaliæ * le buffet (vt cum vulgaribus lo- 14
quar) episcopi decedentis, prout & tapeta, aliáque mobilia delicata & pretiosa ad regem pertinent, adeò quòd nihil in hospitio, seu episcopali palatio, ac plateis episcopalibus, pro suis successoribus debet remanere, saltem nisi grossum mobile, & suppellectilis cõmunis, quod ius datum obliuioni fuisse dicunt, sub vmbra quarundem particularium remissionum, non tamen tollerabilium quas fecerunt prædecessores regis, & quòd quouis vsu, aut dissuetudine existente, iura ipsa Regaliæ, antiquitus habebat fiscus, & pro recepta eorum, erant status, & officiarii particulares in qualibet prouincia regni, qui appellabantur custodes Regaliorum regni.

Consequenter asserunt magnam esse impudentiam, quòd * prælati mediterranei, vtpote Trecen. Bituricen. 15
Lemouicen. Pictauen. Petragoricen. Claromonten. & totius Aluerniæ, ac linguæ Occitanæ, Vasconiæ, & Guienniæ episcopi, prætendunt iuramentum fidelitatis Regaliæ regi non teneri facere, sub vmbra alicuius leuis propositi per aduocatos partium Regalistis collatoriis aduersariorũ in plena audiẽtia parlamẽti adducti, per quod dixerũt, ꝙ * 16
Regalia non transit Ligerim, de quo non cõtenti, eorum limites extẽderunt ad omnes episcopatus Britaniæ, etiã &

ad Andegauen.& Cenomanen.qui sunt centrum regni, sub colore quòd eorum metropolitana ecclesia.i.Turonē. sita& vltra Ligerim,ad quam alias cathedrales ecclesias de prouincia reputant conformes, & eiusdem prærogatiuæ, taliter quòd de decem prouinciis, & ecclesiis metropoli-
17 tanis regni, * tres solum sunt,videlicet Remensis,Senonen.& Rothomagen.quę recognoscũt regē,dictũ ius Regaliæ habere,exceptis Ambianen.& Atrabaten.Et in Senonen.Antisiodoren.& Niuernen.quarum episcopi allegant dicti iuris remissionem, prout & episcopus Aurelianen.quantum ad mobilia preciosa.Etiam archiepiscopus Burdegalē.cum suis suffraganeis episcopis, de quibus est Petragoricē.qui pariter similem allegat remissionem.
18 Equidem * archiepiscopi Lugdunen.Narbonen.&Tholosanens. etiam & eorum suffraganei, ab eo iure Regaliæ dicunt se exemptos per nõ vsum,& præscriptionē.Quantum verò ad archiepiscos Auxitanen.Bituricen.& Turonen.cum suis suffraganeis se(vt dictum est)esse asserũt vltra Ligerim.Quæ omnia,præfati regalistæ, exceptionem manifestæ abusiuam esse dicunt,& directæ contrariá concessioni generalitatis dicti iuris Regaliæ, ipsis regibus Frãciæ & coronæ per singulas prouincias modis præmissis factæ.Ex quibus omnibus inferũt præfati regalistæ,dictum ius Regaliæ,ad regem Franciæ,ratione suæ coronæ pertinere,non solùm in vna ecclesia cathedrali,vel pluri-
19 bus,sed etiam in omnibus regni,& quòd * vna nõ debet esse plus exempta ab eo iure,quàm alia,& ex consequenti, quòd omnes archiepiscopi, & episcopi Galliæ, prout nec alii sunt recipiendi ad allegãdum contra ius ipsum, exemptionem,præscriptionem,vsum,ac possessionem,in cõtrarium,aliàs est allegare cõtra ius,& rationem, quæ omnia (vt subdunt)sunt vexatio,expensæque & onera importa-
bilia,

bilia, & plus quàm collatariis regalistis perniciosa, & per quàm grauis pœna, in probatione verificationis particularis, quòd ius huiusmodi ad regē pertineat, & reges prædecessores, eo iure vsos, siue gauisos fuisse in qualibet ecclesia cathedrali regni & prouinciis adiacentibus, Tum etiam, quia communiter curia parlamenti, huiusmodi litigia, ad consilium appunctuat, quod facere, non solùm est paruum riuum iuris regalistarū, sed etiam regis fontem in totum ad sicitatem reducere, à deo quòd melius esset regalistis beneficia ecclesiastica eo iure non impetrare, aut ius sibi quæsitū remittere, quàm processum medio collationis dicto iure obtento intentare, ita sub his, aut similibus verbis, quidam regalista, regi supplicationē porrexit: requirēs quòd per edictum generale, & perpetuum, ordinaretur, ac declararetur ius Regaliæ sic ad regem pertinens esse per totum regnū vniforme. Omnibúsq; archiepiscopis, episcopis, cæterísque ipsius regni & prouinciarū adiacentium, & sub obedientia regis existentium, inhiberetur sub pœna quòd declararentur inimici Reipublicæ, & crimine læsæ maiestatis irretiti, ne imposterum dicere haberēt, nec in iudicio proponere, quòd dictum ius Regaliæ, rex non habeat in omnibus sui regni, archiepiscopatibus & episcopatibus, & patria obedientiæ suæ, siue in perceptione fructuū sede episcopali vacante prouenientium, aut fidelitate nō facta per electū, aut de nouo in episcopū prouisum: etiā quantū ad dicto iure beneficia conferēdum in Regalia vacantia, & vltra, etiā illis pariter inhiberi, quòd possessionē, pręscriptionē, aut aliud simile contrarium, nō præsumant quoquo modo allegare, adeò quòd regalistis opus nō sit, aliud q̃ habilitates suas verificare, & ꝙ dicta beneficia dicto iure impetrata tēpore aperte Regaliæ vacarunt. Et finaliter quòd ipsum edictū, non solùm habeat lo

cum pro tẽpore futuro,sed etiam pro præterito,quantum ad beneficia litigiosa. Quid autem super his fuerit per regem responsum,aut dictatum, nobis est incognitum:ideo non damus congruum responsum.

¶Summarium.

1 *Regalia quando dicatur aperta.*
2 *Ordinatio Regis aperturam Regaliæ prouentis, describitur.*
3 *Mors dicitur,quando anima à corpore separatur.*
4 *Ad ualiditatem collationis,sufficit uacationem esse ueram,licet illa à collatore ignoretur.*
5 *Mors, est omnium resolutio, & necessarius terminus, omnia mundana dissoluens.*
6 *Mors omnia soluit.*
7 *Mortuo actore, in causa beneficiali, cum eo sua moritur petitio.*
8 *Beneficium datur propter officium.*
9 *Locus quando de iure, & de facto,dicatur repletus.*
10 *Vacatio per mortem naturalem,est uera.*
11 *Sponsa,sponsum ressuscitatum,non recuperat.*
12 *In uacatione per mortem,nulla potest fieri fraus,sicut in aliis uacationibus.*
13 *Obitus,solùm comprehendit mortem naturalem, non ciuilem.*
14 *Quando concurrunt duo impetrantes per uacationem mortis, neuter illorum mortem probare tenetur.*
15 *Præsumitur præcedere illud, quod est ad ualiditatem actus necessarium.*

¶Quæstio tertia.

Nunc

NVnc ordine conuenienti, aut congruo, videndum eſt, quando * Regalia dici poteſt 1
aperta, vt medio illi⁹ aperturę, rex iure Regaliæ poſsit beneficia, & dignitates eccleſiaſticas conferre, breuiter dic eã eſſe apertam, quando epiſcopus vita eſt functus mortali, vel ab inſtãti quo ab humanis deceſsit, quia ab eo tẽpore, rex loco boni & legitimi adminiſtratoris, etiam in omni tẽporalitate, & beneficiorũ ad plenam epiſcopi diſpoſitionem pertinentium, etiam & dignitatum eccleſiaſticarum collatione, ſuccedit, & ex conſequenti quandiu apertura illa durat, id eſt donec Regalia ipſa fuerit clauſa de iiſdem beneficiis & dignitatibus eccleſiaſticis tunc vacantibus, & quæ reperiũtur vacare, liberè, & plenè diſponit, aut prouidet quod probatur ordinatione regis in libris cameræ cõpotorum Pariſien. regeſtrata ſub tenore ſequenti, aut verborum ſequentium forma.

DVm * epiſcopus alicuius epiſcopatus vbi dominus 2
rex habet regaliã, ab humanis decedit immediatè per obitum, ſeu mortem ipſius, regalia in dicto epiſcopatu eſt aperta, & ſuccedit rex loco boni & legitimi adminiſtratoris, in omni temporalitate dicti epiſcopatus, cõfertque beneficia, non curata, & hoc durante tẽpore ipſius Regaliæ. Quæquidem Regalia, dicitur vigere, & habere locum in dicto epiſcopatu, donec & quouſque futurus ſucceſſor epiſcopus legitimè intrans, ſuũ debitũ fidelitatis iuramentũ dicto domino noſtro regi (prout tenetur) fecerit. Quódque literæ Regiæ, atteſtãtes dictũ iuramẽtũ ſic fuiſſe factũ, præſentatę, regiſtratæ, & expeditæ fuerĩt ĩ camera cõpotorũ. Et ꝙ receptor, ſeu cõmiſſus ad receptã ipſius regaliæ, receperit mãdatũ à dicta camera emanatũ, ꝑ ꝙ mandetur, ꝙ leuet manũ regis, & permittat dictũ epm vti & gaudere,

ponendo ipsam temporalitatem ad plenam deliberantiá. Nec ante receptionem huiusmodi mandati, à dicto receptore, seu commisso, reputatur dicta Regalia clausa, sed vsque ad diem ipsius receptionis, tenetur reddere compotum, & rationem, de fructibus huiusmodi temporalitatis, & confert rex beneficia tanquam in Regalia vacantia, & hoc de iure, & consuetudine Regis, & suæ coronæ Franciæ.

Ex prædictis igitur patet, quòd Regalia aperitur per
3 mortem naturalem, quæ fit, * aut accedit, quando anima à corpore separatur, cum mors illa, aliud non sit. Dixi ab illo instanti quo decessit, Regaliam aperiri, sic nõ requiritur ad aperturam faciẽdam, quòd Rex sit de ea vacatione
4 certioratus, vt in simili dicitur, quòd * ad validitatem collationis, sufficit vacationem esse veram, licet illa ignoretur per collatorem, vt latè probat Gomes in Regula de verisi. noti. q. 1. in prin.

Ratio autem, quòd vacatio episcopatus per eam mortẽ
5 causetur, videtur multiplex. Prima quarũ est, quia * mors illa, est omnium resolutio, ac necessarius terminus omnia mundana dissoluẽs. not. Hostien. Ioã. An. & Card. in. c. 2. de presb. nõ bap. Ea enim appellatur ingressus vniuersæ carnis, & principium viatoris, quia tendit ad vitam, ait Bal. in. c. bonæ. 1. in prin. de postul. præla.

6 Secunda, quæ prima conuenit, * quia mors illa omnia soluit. §. deinceps. in auth. de nup. col. 4. quem text. Bellamera decisio. 75. Si lite beneficiali, allegat ad hoc, quòd eo ipso, quòd quis est mortuus dicere verum est, ipsum in beneficio ius non habere, quia mors sibi imponit silentium, & suæ petitioni viam præcludit, quod in actore maximè procedit: subdit idẽ Bellamera, decisi. 156. mortuo actore,
7 subiungens, quòd * mortuo actore in causa beneficiali,

moritur

moritur cum eo ſua petitio, cum ſit perſonalis.d.§. deinceps. Ideo finita eſt lis, niſi reus velit plus proſequi, quod non eſt præſumandum: ſecus in actore, quia ille donec habeat ſententiam, non dicitur finem litis habere, ſed durat eius petitio, quæ dirigenda eſt contra eos quorum intereſt.

Tertia ratio poteſt aduci, * quia beneficiũ datur propter officium.c.fi.de reſcri.lib.6.ſed mortuus naturaliter non poteſt facere officium, ergo per eius obitum vacat beneficium, & datur illi qui poteſt facere officium. Ideo oportet, quòd per prius vacet, quia ſolum vacans conferri poteſt, non quod non vacat. Cum locus repletus, alia non indigeat repletione, ſeu aliam patiatur repletionem, vt patet in naturalibus. Dico quando * eſt repletus de iure, & de facto, vt quia mortuus eſt prælatus, ſeu rector, & nemo in poſſeſsione reperitur, quo caſu vacat de iure, quo ad titulum, & de facto quo ad poſſeſsionem. Aliquando enim dicitur vacatio de iure, ſed non de facto, vt quando mortuo rectore aliquis reperitur in poſſeſsione, ſaltem colorata.c.cum noſtris. de conceſſ.præbendæ. dicam latius in 26.quæſtio. 8 9

Iſtæ enim vacationis modus per mortem naturalem, * 10
vera vacatio dicitur, ait Ceſar Lamber.in trac.de iure patro.2.art.6.q.princ.primæ partis.2.lib.ſubdens, quòd adeo vera eſt vacatio, quòd ſi titularius reſurgeret, ius priſtinum, id eſt beneficium, non recuperaret.Bald.in.c.iura.el.1.ff.de legib.Roma.in rubr.ff.ſolu.matrimo.Panorm.in.c.fraternitatis.in fine.de frigid.Guil.in extrauag.ſuſcepti, in verb.vacantiũ.col.1.quæ eſt ſub titulo ne ſede vac.
In ſimili habes, quòd ſponſa * non recuperat ſponſum 11
reſſuſcitatũ.l.non vt à patre.ff.de capti.Ratio, quia nouus homo eſt.l.ſi ſeruo.ff.de adi.lega.l.interdicit.ff.de condi.

& demonstra. Ad idem, quod not. Bal. in. c. 1. nu. 7. de elec. quòd si papa omnino ecclesiam destruat, postea illam restaurat, nihilominus rector illam non recuperabit, quia ille est similis sponsæ.

Vera quidē vacatio, non ex volūtate hominis, sed Dei facta dicitur, inquit idem Cæsar in. d. trac. q. 9. ar. 13. partis
12 3. lib. 2. etiam subdens, quòd * in ea nulla sit fraus, vt fieri potest in quibusdam aliis vacationibus, puta causa permutationis. Dictū est supra, per obitum, siue mortē naturalē, quia obitus differt à morte, qui est verbum ambiguū, mortem naturalem comprehendens, & ciuilem, obitus verò solum naturalem, vt vtrunque probat glo. concor. in titu. de
13 reg. ad præla. no. in verbo per obitum. Et quòd * obitus solum cōprehendat naturalem, non ciuilem, habes text. in c. primo. 2. q. 1. not. in. c. fi. de secundis nupt. & per Gome. in regula de public. resig. q. 19. vide text. in. c. fi. de peculio cler. qui loquitur de obitu & decessu. & tex. in. c. si apostolica. de præbend. lib. 6.

Et in puncto huius modi vacationis per obitum, habes attendere ad vnum quotidianum, & ex consequenti attēdendū. l. legaui. ff. de libera. lega. & frequentiora sunt speciali fauore prosequenda, quòd si ego, & tu diuersis diebus obtinuerimus prouideri de certo beneficio per obitū Petri, ille qui prius obtinuit ius potius dicetur habere,
14 nec * ad illud fouendum, tenebitur probare, quòd tempore suæ prouisionis Petrus ipse erat mortuus: quia ex quo conuenimus, quòd vacauit per obitum præsumptio est: quod tempore primæ prouisionis erat mortuus, id est quod mors præcesserit impetrationem, etiam si eadem die reperiatur facta impetratio, id est die mortis, quia ad validitatem ipsius prouisionis est necessaria mors, cum super illa sit baptizatus vacandi modus, dicit

dicit Caſſador.decisi.21.titu.de præben.in dubio * enim 15
præſumitur illud præcedere quod eſt neceſſarium,ad validitatem actus.l.cum teſtamento.§.hæc verba.ff.de hæredib.insti.vbi Cy.& Bald.dicunt, id fingi præceſsiſſe quod facit actum valere,facit.l.quotiens.ff.de reb.dub.&.c.abbate ſancti Siluani.de verb.ſignifi.gloſ.vbi Floren.in.l.& qui.ff.de ſeruitu.vrba.prædio. Secus ſi non conuenimus, quia tu per obitum obtines,ego verò per contractum matrimonii:nam tūc præſumptio prædicta ceſſat, quia mea, id eſt quòd viuat, magis conuenit naturæ cum ille præſumatur vſque ad centum annos viuere,& tua eſt contra naturam,id eſt quòd ille ſit mortuus ante tempus mortis ſolitum,id eſt centeſimum annum.

Summarium.

1 *Regalia an dicatur aperta,per uacationem per contractum matrimonii carnalis cauſatum.*

2 *Beneficiatus matrimonium cōtrahens cum impubere undecim annorum per uerba de præſenti,ſuum perdit beneficium.*

3 *Cytara cum pſalterio malè concordat.*

4 *Obtinere beneficium, & matrimonio eſſe copulatum, ſunt incompaſsibilia.*

5 *Proximus eſt pubertati,qui undecim annos cum dimidio habet completos.*

6 *Per acceptationem ſecundi curati,non uacat primum, niſi ſequatur poſſeſsio, uel quo minus per acceptantem ſtet, quòd illam habeat.*

7 *Beneficiatus,eccleſiæ dicitur maritus.*

8 *Epiſcopus propriè non dicitur eccleſiæ ſuæ maritus,ſed ſponſus.*

9 *Actus nulli,inducunt effectum iuris.*

10 *Actus nullus,in præiudicium facientis eſt ualidus.*

11 *Si de facto episcopus matrimonium contrahit, rex alium præsentat in episcopum.*

12 *Verbum uacare, adaptatur cuilibet uacationi.*

Quæstio quarta.

1 Regalia an dicatur aperta, per vacationẽ * per cõtractũ matrimonii carnalis causatũ. Respõdeo, ꝙ sic, dũmodo ad eum contractũ per verba de pręsenti (etiã nõ secuta copula carnali) fuerit ꝓcessum, not. do. de Rota ĩ no. deci. 26. Si impetretur. & in antiq. deci. 103. Nota ꝙ vbi clericus, vbi dicunt,
2 ꝙ si beneficiatus * cum impubere. 11. annorũ per verba de præsenti matrimonium cõtrahit, suum perdit beneficium, licet matrimoniũ non fuerit cõsummatũ, quia per eum nõ stetit ꝙ nõ cõsummaretur, tum etiã, quia videtur habuisse animũ ꝑdẽdi beneficiũ. c. nuper. de biga. iuncta. l. quid ergo. §. cum autẽ. ff. de his qui not. infa. glo. prag. in tit. de cõcub. in. §. & nihilominus. in verbo dispẽsatũ. Et sic illi
3 renũciare, quia * cytara cum psalterio malè cõcordat, id est vita actiua, siue laicalis, cum vita cõtemplatiua, siue clericali. c. diuersas. de cleri. cõiug. ibi, vir cogitet quomodo posſit placere vxori, ideo min⁹ quę Dei sunt. Sic auferẽdũ est stipẽdium. i. beneficiũ, ab eo qui Deo (à quo stipen-
4 dium recepit) militare plenius nõ poteſt. Sunt * enim incõpatibilia obtinere beneficiũ & matrimonio esse copulatũ siue affectũ, ideo ꝑ electionẽ vnius alteri, renũciatur.

Prædicta decisio aliquibus videtur dura, tum, quia matrimonium per verba de præsenti, cum impubere nõ valet cõtrahi, de iure, nisi sit proxima pubertati, id est quod dẽptis mensibus sex duodecimum habeat annum, ait glo. cõmuniter approbata. in. c. continebatur. in verbo proxima. de despon. impuber. vbi Innoc. dicit talem esse circa duodecimum

decimum annũ,sic proximum pubertati * quę habet vn- 5
decim annos cõpletos cum dimidio, subiiciens hoc esse tenendum quicquid dicant alii,quod placet Car. con.3. Ideo Rota.d.deci.103.nõ procedit sine dubitatione, cũ tunc nõ dicantur nisi verba in futurum resoluta.c.vno. de spon.lib.6.sic nõ vacat beneficiũ, quod dic locum habere in beneficiato minore.14.annis,cũ maiore per verba de præsenti contrahente.ita in terminis firmat Ioan. And.in.c.Ioãnes.in versi.de secũdo cum quæris.de cler. coniug.pro quo duas adducit rationes,quarũ prima est, quia sicut per * acceptationẽ secundi curati nõ vacat pri- 6
mũ, nisi sequatur possessio, vel per eũ stet quo minus illã habeat.c.licet episcopus.de præben.sic nec solã sponsionẽ de matrimonio cõtrahendo, dicitur vacare beneficiũ.

Secunda quæ magis pungit, quia sicut sponsalia per verba de futuro non dissoluunt matrimonium.c.sicut.de spon. ita nec debent dissoluere primum cõiugium spiritualiter,cum * beneficiatus ecclesiæ maritus dicatur, tex. 7
in.c.Cenomanẽsem.56.dist. Panor.in.c.innotuit.nu.19. de elec.& in.c.dudum.el.2.nu.33. eo.tit. Dixi latè in tract. pensio.parte.1.q.2.nu.21.not.glo.in.c.per venerabilem.in verbo adulterinis,qui filii sint legit.ibi,cum sint quasi mariti ecclesiarũ. Episcopus * autem nõ propriè maritus 8
per iura appellatur,sed sponsus,tex.in extrauag.ad cuiuslibet.ibi,vt sponsi solatio lætaretur.tit. de præben. Et sic ecclesia dicitur illius sponsa,c.sicut.7.q.1. cum similibus.

Quod sic dictũ est de maiore,cũ minore cõtrahẽte, videlicet ꝙ eius beneficiũ nõ vacet, etiã videtur durũ,tum quia ille fecit qđ potuit,etiã quãtũ ad suã ecclesiã q̃ ꝓ derelicta habuit.arg.eorũ quæ not.in.c.admonet.& ĩ.c.quod in dubiis.de renunciat.ideo ex derelicti capite vacare,per ea quæ diximus in tract. dispen.membro.11.in princi.

9 Tum etiam,quia * actus nulli effectum inducunt iuris.c.1.de spon.lib.6.vbi dicitur quòd matrimonium nulliter cõtractum,publicæ honestatis iustitiæ inducit impedimẽtum. Et prima electio inualida,impedit secundã, nisi prius prima cassetur,not.Roman.in consil.335.col.2. & de Biacio in trac.directo.elec.parte.1.c.5.doc.in.c.inter dilectos.de excessib.præla. Sic adiornamẽtum nullum inducit interruptionem præscriptionis,pro quo interuenit arrestum quod reperies in stil.parla.nu.376. quod pluribus firmo in tract.pensio.parte.1.q.18.nume.41. & sequen.vbi etiam videbis pro parte contraria.

10 Tum quia * actus nullus,in præiudicium faciẽtis est validus,prout etiã latè firmamus in.d.trac.pẽsio.parte.3.q.5. Ad idem actus licet sit nullus,aliquo respectu,attamẽ quo ad illum qui dedit causam alicui,valet.Hippol.cõsi.19.nu.15.& Rota deci.866.in antiq.Vacat igitur beneficium per matrimonii cõtractum,etiã si ad illud de facto solum fuerit processum,vtpote per presbyterum,vel diaconum, aut subdiaconũ.probat.d.glo.prag.in.d.verbo dispẽsatum,& quæ diximus in scala benefic.parte.3.artic. clericus sacris initiatus,qui de facto matrimoniũ carnale contraxit,quod

11 nota, quia * si de facto episcopus matrimonium contraxerit, rex iure concordatorum, alium in episcopum papæ poterit nominare,dicit glos.concorda.in rubr.de regia ad prælat.&c.in verbo vacantibus.col.fi.subdẽs, quòd qualitercunque vacet episcopatus,potest rex nominare, ideo & regaliam dic aperiri,per omnem modum vacandi.

Quæ glos.vacantibus, in princi. dicit, quòd verbum

12 vacare, * adaptatur cuilibet vacationi.l.si quis sic stipuletur.ff.soluto matrimo.glos.in.c.si propter.de rescr.in 6. Baldus in cap. ex parte primo per illum textum, colum.1. de offic.delegat.

Summarium.

¶ Summarium.

1 *Regalia, an dicatur aperta per resignationē simpliciter, uel causa permutationis factam.*
2 *Per resignationem, beneficium dicitur uacare, quo ad resignantem, tam quo ad titulum, quàm quo ad possessionem.*
3 *Verum quo ad possessionem iuris non facti.*
4 *Secunda admissio in canonicum, nouum requirit iuramētum.*
5 *Resignatio in sui principio est uoluntaria, & ex post facto necessaria.*
6 *Per resignationem, uera inducitur uacatio, etiā tituli, & possessionis.*
7 *Collationes solum fiunt de beneficiis uacantibus.*
8 *Cedens beneficio, mortuus quo ad beneficium cessum censetur.*
9 *Cessio beneficii, operatur effectum mortis.*
10 *Quæuis uacatio, quauis ex causa facta, operatur ad Regaliæ aperturam.*

Quæstio quinta.

APertura Regaliæ * an per resignationem 1
simplicem, vel causa permutationis factam fiat, aut aperiatur ipsa Regalia, simplicem quidem, quando beneficiatus, vel ecclesiæ prælatus, spontè & liberè in manibus superioris resignationē admittendi potestatem habentis, resignat, nam * tunc quo ad resignantē beneficium vacat re- 2
signatū, tam quo ad proprietatē.i.titulum, q̄ quo ad possessionē.glo.prag.in tit.de elec.in.c.sicut.§.ad tollēdum. in verbo liberè.col.3.non tamen quo ad superiorem, nisi ille admittat resignationem, quia ante eam admissionem potest resignātem (etiam inuitum) ex causa in beneficio retinere.c.admonet.&.c.quod in dubiis. de renuncia. dico quo * ad possessionem iuris, non facti, ait Innoc.in di 3
cto.c.quod in dubiis. & Rota in no.decisio.168. quæ in-

cipit,licet reus.Pro hoc facit quod tradit Frede.in cõsi.
4 264.Si canonici. Quòd si canonicus iurauit * in sua pri
ma institutione,postea renunciauit,si iterũ receptus fuerit in canonicũ,non est ligatus antiquo iuramento,ideo de nouo iurabit tanquam nouus nũquam receptus,quia per eam renunciationem videtur mortuus,vt in sequẽtibus dicetur,& per Rotam in antiq.deci.67.nota quòd
5 resignãs dixi spontè & liberè,videlicet ab initio, quia *
ex post facto est necessaria ipsa permutatio postquã partes consenserunt liberè permutationi faciendæ.nam tũc possunt ille se iuramento ligare.c.cum inter. vbi Innoc. de renuncia.vrget quod dicit cap.Tholos.deci.45.si minor conuentus.& deci.49.Si minor agens.& Rota deci. 104.in antiquis.

Permutationis autem causa, vt quando quis resignat episcopatũ,vel illi cedit aliũ,& dicta causa recipit,nã per
6 eam * resignationẽ,etiam vera inducitur vacatio,etiam
possessionis & proprietatis, id est tituli.c.vnico.de rerũ permut.lib.6.not. glo.in verbo debeat. in.c.inter cætera. de præb.quod placet Cæsari Lamb.in trac.de iure patro. ar.6.q.6.princ.primæ partis.lib.2.nu.2.& nu.17. ac ar.27. d.6.q.prin.primæ partis.2.lib.Vera quidem,aliàs superior ipse resignationes admittens non posset copermutantibus
7 conferre, cùm * collationes solum fiant de beneficiis va
cantibus.ca.1.&.2.de conceff. præbendæ quod prosequere,vt per Staphil.in tract.de variis mod.vac.§.primo. nu. 10.& seq.Etiam nec vniri.c.consultationibus.de do.not. cap.sicut vnire.de excess.prælat.

Hæc enim vacatio non potest dici non vera, per iuris
8 doctrinã, quòd * cedens beneficio, quo ad ipsum beneficium censetur mortuus,probat Roma.in consi.374.Præsens.& Gomes in regula de annali possef.q.62.& Auffre.

apud

apud cap. Tholosa. decisi. 264. & Freder. in consi. 264. Si canonici. & Calder. in consil. 2. titu. de rebus ecclesi. non alienand. glo. in. c. 1. in verbo prædecessor. de renunciatio. lib. 6. Pauinus in tract. de po. capi. sede vac. præludio. 7. nu. 4. & . 5. Sic * cessio beneficii operatur effectum mortis, 9
quia in ea parte habet similem iuris efficatiam. firmat Aeneas de Falco. in tracta. reseruatio. q. 5. prin. nume. 8. versi. octauo quæro.

Si igitur per ipsas duas resignationes, fiat iuris & facti vacatio, sequitur dicendum, quod Regaliæ fiat apertura, ideo rex suo iure Regaliæ vtetur, perinde ac si vacatio per mortem naturalem esset facta, cum sola * vacatio, quauis 10
ex causa causata attendatur, igitur non solùm vacationes per nos in præsentiarum citatæ operātur aperturam Regaliæ, sed etiam aliæ per quas fit, & tituli, & possessionis abdicatio, quas citare poti⁹ esset laboriosum, quàm subtile, etiam & vtile, ideo ratem sisto, vt solum ad alias tres notabiles & scitu dignas vacationes descendam.

¶Summarium.

1 *Ingressus religionis, an operetur uacationem, & ex consequenti Regaliæ aperturam.*

2 *Monachus nihil potest possidere, cùm à suo possideatur superiore.*

3 *Excommunicare, nihil aliud est, quàm aliquem extra ecclesiam ponere.*

4 *Qui sub tutela debet esse, sub se alium non debet habere.*

5 *Ingressus religionis fit per professionem trium uotorum in aliqua religione approbata.*

6 *Ingressus religionis causa probationis, uacationem non inducit beneficii.*

7 *Monachus licet Deo uiuat, mortuus est tamen mundo.*
8 *Professionem regularē facere, & beneficium obtinere, uidentur incompatibilia.*
9 *An beneficiatus profitens, de licentia abbatis, & dispensatione episcopi, beneficium retinere possit.*
10 *Sub nomine beneficii, episcopatus comprehenditur.*
11 *Si sponsus ante cognitam sponsam, religionem ingreditur, illa statim cum alio contrahere potest.*
12 *Monachus agnatis non succedit in patria consuetudinaria regni Franciæ.*

¶ Quæstio sexta.

1 Religionis ingressus,* an episcopatus vacationem, & ex consequenti Regaliæ aperturam, operetur, breuiter dic quòd sic, siue īgressus ille, id est ꝓfessio sit tacita, siue expressa, tex. in. c. beneficium. de regula. lib. 6. Ratio, quia beneficiatus possidet beneficiū, cum dicatur esse suum. c. si tibi absenti. de præb. eo. lib. 6. & c. vnico. de
2 rerum permu. eo. etiam lib. Et religiosus siue monachus * nihil potest possidere, cū à suo possideatur superiore, arg. l. sic eueniet. ff. de adult. vrget simile, quòd episcopus excō
3 municatus, alios excommunicare non potest, quia * excommunicare, nihil aliud est, quàm extra ecclesiam, quem vel quos ponere, & qui extra est eam, aliam in illa existentem, ab ea non potest eiicere. not. doct. post glo. ibi in. c. fi.
4 de ordi. ab epi. qui epi. renuncia. Et aliud, * qui sub tutela debet esse, sub se alium nō debet habere. l. vlti. C. de legiti. tutor. & qui sub alio est, alium sub se habere non potest, vel nō debet. l. filium habeo. ff. ad Macedo. & c. estote. 1. q. 1. cum aliis similibus penè infinitis.
5 Is enim religionis * īgressus fit, per professionem trium votorum

votorum, in aliqua religione approbata, votorum quidem paupertatis, quæ ligat auaritiam, castitatis quæ ligat luxuriam, & obedientiæ quæ ligat superbiam. Qui ergo trãsit ad religionem, nulla præsumitur ambitione motus, cum transeat ad locum deiectionis & humilitatis.

Et sic ingressus * religionis causa probationis, vacationem non inducit beneficii, dicit post tex. d. c. beneficium. Domi. ĩ prin. qui, col. 3. inquit, quòd talis habet cõsensum & dissensum, quia potest consentire, quòd beneficiũ suum conferatur. d. c. beneficium. versi. 5. nisi. 6

Præterea, * monachus licet deo viuat, mortuus est tamẽ mundo, vt probamus in tract. pensio. parte 2. q. 6. & 7. Ideo sicut per mortem naturalem inducitur vacatio, vt probatũ est supr. q. 3. Ita & per ciuilem. l. regularẽ professionem. d. c. beneficium. Sic * professionem regularem facere, & beneficium obtinere, videntur incompassibilia, cum per electionem vnius quis dicitur alteri renuntiare. 7 8

Alia hunc punctum concernentia videre licet post Staphi. in tract. de var. mod. vaca. §. fi. vbi inter alia ponit, an beneficiatus * profitens, possit de licentia abbatis & dispẽsatione episcopi beneficium retinere, quem vide ad partes ambas distinguentem, quia aliter nõ refero, sed breuitatis causa sisto. 9

Quod si diceris episcopatũ ĩ iure nõ appellari regulariter beneficiũ, nec etiã dignitas, sed culmẽ dignitatis, quia imò hoc in casu, * sub nomine beneficii, episcopatus comprehenditur, nam in d. c. beneficium sumitur largè, vt etiã maiora comprehendat, facit. c. pen. de verb. signi. & c. primum. de reg. iur. lib. 6. not. Domi. in d. c. beneficium. nu. 5. subdens de sponso, * qui ingreditur religionem antequam sponsam cognouerit, quòd illa statim contrahere cum alio potest, si apparet illum voluisse mutare seculum, 10 11

quia fruſtra expectaretur tempus cuius euentus nihil ope raretur.l.aliquando.C.ad velleia.cum aliis vulgatis.

Prædicta faciunt pro conſuetudine regni Franciæ,quæ
12 dicitur, * quòd in patria conſuetudinaria ipſius regni,mo nachus non ſuccedit agnatis, vt habes in 56. arreſto ſtilli parla.ſecus in patria iuris ſcripti. Bal.in.l.3.C.de hæredib. inſti.cum aliis adductis per apoſtil. dicti arreſti.

Summarium.

1 *Epiſcopatus uacatio,an fiat per promotionem,ad cardinalatus dignitatem.*
2 *Vacatio fit, non à die nominationis creationis, ſed à die conſenſus in cardinalem creati.*
3 *Priuilegium acquiritur,non à die conceſſionis,ſed à die ſcientiæ priuilegii.*
4 *Priuilegium ex quo eſt conceſſum & acceptatum, ſuum habet effectum.*
5 *Ciuilitas nō à die collationis,ſed à die illius ſciētiæ acquiritur.*
6 *Per adeptionem cardinalatus,priora beneficia non uacant.*
7 *Etiamſi ſint epiſcopatus, & archiepiſcopatus.*
8 *Epiſcopus in cardinalem promotus,epiſcopatum cum ipſo cardinalatū in titulum retinere non poteſt.*

¶ Quæſtio ſeptima.

1 VAcatio epiſcopatus * an fiat per aſſumptionem dignitatis Cardinalatus, & ex conſequenti Regalia aperiatur,vel nō. Breui ſecundum gallos, dic quòd ſic, ita pluries in puncto Regaliæ reperitur fuiſſe per curam parlamenti deciſum,vt patet ſupr.in priuilegio 13.no. Io. galli in.q.18. Etiā per arreſtū latū die 21. Iulii.1479. inter Guillel. Cardinalē de Stotanila nūcupatū,& magiſtrū Pe trum

trũ de serisay, vbi videre licet rationes pro vtraque parte aductas, ad quas te remitto breuitatis causa, prout & ad ea quæ leguntur in d.13. priuilegio. Et hoc ratione Archidiaconatus de Cõstantin, in ecclesia Constã. Alia arresta pene infinita his cõcordantia possunt citari, sed esset plus laboriosum q̃ vtile, ideo aliter nõ insisto, sed te remitto ad ea quæ latè sunt in hoc puncto tradita per Io. galli. d. q. 18. Arresta.

Fit igitur ipsa vacatio, * non à die quo quis est in cardinalẽ per pãpã cõsistorialiter nominat⁹, sed à die quo nominatus illi nominationi cõsensiit, vt perquã optimè probat Io. mo. in. c. generali, nu. 10. & seq. de elec. lib. 6. quod prosequitur Barb. in tra. de præst. Car. parte 1. q. 12. nu. 11. & seq. ratio, quia hæc assumptio dicitur priuilegiũ, & doctrina iuris est, quòd priuilegiũ * acquiritur non à die cõcessionis, sed à die sciẽtiæ. gl. post tex. in. l. fi. de cõsul. lib. 12. C. quod placet Bar. in. l. fi. nu. 4. C. de cõstitutio. prin. vbi Claud. de Seissello, col. 18. & Fel. in. c. 2. col. 4. versi. tertio limita, de cõsti. vbi allegat dictũ Io. mo. supr. citatũ, vide Rom. in cõsil. 345. circa primũ. & eũdẽ Io. mo. in. c. si super gratia. de officio dele. lib. 6. vbi ait, quòd priuilegiũ * ex quo est cõcessum, & acceptatũ, statim habet suũ effectũ. c. quia cunctis. de cõcess. præb. eo. lib. & ex eis, ab eo tẽpore potest agi, & excipi secundũ illius formã. Etiã in simili habes, quòd * ius ciuilitatis, non à die collationis, sed à die sciẽtiæ aquiritur. probat Pet. de Anc. in cons. 169. vsis pũcto & statuto.

2
3
4
5

Quod autẽ per eã assumptionẽ Cardinalat⁹ fiat vacatio episcopatus, nõ placet nostris doc. Nã inquit Firmia. ĩ tra. de episcopo, lib. 2. par. 1. q. 21. ꝙ per * adeptionẽ Cardinalatus priora beneficia nõ vacãti secundũ cõmunẽ doc. opinionẽ, maximè Host. Io. And. & Anth. in. c. ecclesia. el 2. de elect. licet Panor. ibi contradicat. & in. c. bonæ. ex primo. nota. 3. de postula. præla. dixi. infr. q. 8. nu. 8. 6

7 Et dic priora, etiã * ſi fuit epiſcopatus & archiepiſcopatus, ſecundum prædictos docto. meminit Hiero. Alb. in tract. Card. q. 42. priuilegio. 20. & glo. prag. in tit. de numero & qualita. Cardi. in prin. in verbo cardinales.

Hanc communem tenet Ceſar lamber. in tract. de iure patr. art. 15. q. 6. primæ partis. lib. 2. nu. 16. quæ placet Barb.
8 d. q. 12. vbi concludit, * quòd indiſtinctè epiſcopus in Cardinalem promotus, epiſcopatum cum ipſo Cardinalatu in titulum retinere poteſt, nec refert, an ſit Cardinalis, diaconus, presbyter, vel epiſcopus, qui ſunt Cardinalium qualitates, vt in. d. 13. priuilegio, nu. 20.

Pro vtraque parte habes motiua, id eſt an à die proclamationis, vel acceptationis per do. Ruzeum in. d. 13. priuilegio, ideo in hoc puncto amplius non inſiſto. Placet tamen quòd non niſi à die acceptationis cum opinio illa vrgentioribus motiuis, & rationibus poſsit per ſanum cerebrum firmari.

Summarium.

1 *An per. c. de multa, & extrauag. execrabilis modus uacationis cauſetur, medio cuius Regalia aperiatur.*
2 *Conſtitutiones priuationem inducentes dicuntur pœnales.*
3 *Per adeptionem beneficii reſidentiam requirentis, non uacat primum curatum.*
4 *Exorbitantia propter paritatem rationis, patiuntur extentionẽ.*
5 *Patientia in fauorem eccleſiarum uacantium diſpcnentia, extenduntur ad caſum non expreſſum.*
6 *Statutum pœnale extenditur de uno corelatiuo ad aliud.*
7 *Pœnalia ampliantur ex rationis identitate.*
8 *Per adeptionem ſecundi epiſcopatus, uacat primus.*
9 *c. de multa non procedit in cathedralibus, niſi papa hoc dicat.*

Differentia

10 *Differentia inter.c.de multa. & extarauag. execrabilis ponitur.*
11 *Non fit uacatio primi episcopatus per adeptionem secundi.*
12 *Episcopatibus, nec expresse nec tacite renunciari potest, sine papæ uoluntate, tacita, uel expressa.*
13 *Prouisio à sede apostolica obtenta, habet uim electionis, & confirmationis.*
14 *Electus non confirmatus liberè potest renunciare.*

Quæstio octaua.

PEr constitutionē.c.de multa, * de præbē.& 1
extrauagantem execrabilis, eo.tit.an modus vacationis causetur medio cuius Regalia aperiatur. Pone, episcopus Parisien.alium est episcopatum adeptus, an per huiusmodi secundi episcopatus adeptionem Parisien. episcopatus vacet, in puncto variæ, etiam & contrariæ reperiuntur opiniones, quarum prima laborat pro affirmatiua, quæ sequētibus firmatur. Quia licet huiusmodi constitutiones dicantur * pœnales, cum priuationem inducant, sequitur di 2
cendum quòd non sint ampliandæ, sed restringendę. probat Alex.in consi.194.in fine, consideratis, vol.2.& consi. 113.nu.9.visis instrumento, eo.vol. Roma.consi.337. Quo ad primum, Neapoli.deci.fi.nu.17.text.in.l.cum quidam. ff.de liber.& posthu.&.c.statutum. de elect.lib.6.Rota in antiq.deci.184.dum inquit, quòd si * habens beneficiū cu 3
ratum, assequatur aliud quod sit simplex, requirens tamen residentiam, per talem assecutionem non perdit primum, nec secundo spoliandus est, ex hoc capite, sed alio, fortè si nō resideat in eo, quia.d.c.de multa, est pœnale, & debet solum in suis terminis teneri.

Tamen sicut exorbitātia propter paritatem rationis pa-

tiuntur extentionem ad casum non proprium, sed qui sublata vocabuli significatione potest cōprehendi, vt patet in glo.eligatur.in cle.1.de elect.firmat Hiero. gigantis in tracta.pensio.q.86.in fine.& glo.prag.in tit. de excōmunic.nō vitan.in verbo excōmunicationis,col.2.ita
5 venit dicendum,quòd etiam iura * pœnalia in fauorem prouisionis ecclesiarum vacantium disponentia,ad aliū extenduntur casum,quā ad cōprehensum,vbi subest paritas rationis.gl.in.c.sciant.in verbo alias,de elec.in 6.vbi Dom. in consil.106.col.2.Panor.in.c. nihil. col.5.eo.tit. Decius in consi.496.in fine, in causa domini operarii, Rota in no.dec.288.in fine.Io.de Imol.in consi.123.nu. 5.in causa quæ vertitur,dū ille ibi ait,quia exprimitur ratio in lege contra agentem,trahitur etiam ad casum, qui comprehenditur sublata significatione,si ratio sibi locū vēdicat,gl.sing.iuncto tex.in.d.cle.1.de elect. in.d.verbo eligatur.Gomes in regula de triennali pos.q.29.in fine, qui adducit gl.c. primi.de tempor.ordi.in verbo Italiæ, lib.6.& Cassado. deci.4.nu.4.ti. de constitutio. & deci. vnica.col.3.ti.de rer.permuta.

Hanc partem,quòd in pœnalibus ex rationis idētitate fiat extentio.tenuit Bar. in.l.fi.C. de indi. vidui. tol.& Decius in consi.486.nu.3. visis, & consideratis dum in-
6 quit,quòd * statutum pœnale,quod de vno ex corelatiuis loquitur,etiā in alio procedere videtur.Bar.in.l. prima.C.de cupres.lib.11.Panor.in.c,quia clerici. de iure patro.firmat Signor.de homed. in consi.112. col.3. Thema
7 tale est, dicens, quòd * pœnalia amplientur ex rationis identitate.l.si quis.§.primo.ff.de iurisdict.om.iudic.ponit exemplum de.d.c. de multa, quia etiam habet locum in duobus beneficiis simplicibus sub eodem tecto existentibus, vt assecutio secundi faciat vacare primum,

vt ibi

vt ibi latè probat, quod videtur placere.d.glo. pragmat. in titul.de collatio.in.§. Item censuit, in verbò require-re.idem exemplum ponit Nicol. Euerard. in argumen. à ratione legis. in. §. tertio vero casu. colum.9. dicens quòd licet illud cap. de multa, sit pœnale, & non loquatur in pluribus episcopatibus, sed in beneficiis curatis & dignitatibus inferioribus, tamen * habet locum 8
in pluribus episcopatibus, ita quòd per adeptionem secundi episcopatus, vacat primus, quod placet Panormi. in cap. primo.in fine.de cleric. coniuga. & in cap.bonæ. el.primo.in 3.nota. de postul.præla. vbi etiam idem dicit de Episcopatu, & Cardinalatu in vno concurrentibus, & hoc quo ad mentem iuris, non quo ad verba, subdens, quòd potius debet vacare ipso facto vnus episcopatus, per adeptionem alterius, vel Cardinalatus, quam vacet vnus archidiaconatus, per adeptionem alteris inferioris dignitatis, vel curati. Dico debet, si fruct9 secundi percipiat, aliàs secus per ea quæ diximus in tract. pensio, parte prima.q.23.

Dicit tamen Gomes in prooemio commentarii regularum cancella. quæstio.4. colum. fin. quòd plerique consuluerunt * d.cap. de multa, non procedere in cathedralibus, nisi papa hoc dicat, licet contrarium sit 9
de mente. glos. & docto. in d.cap. de multa, esto quòd in modo vacandi sit differentia, vt ibi habetur, & in cap. cum in cunctis. §. cum vero. de electio. Hanc partem videtur amplecti Firmia. in tractat. de episcopo, libro. 2. parte prima. quæstione.21. dum inquit, habens duos episcopatus, si nolit alteri cedere, priuatur vtróque, d. cap. de multa, nisi de consuetudine habeat vnitos, vt videmus in episcopatibus Valentinen, & Diensi, in Delphinatus prouincia, quod antequam ad secun-

dam opinionem deſcendam, venit ad vnum attendendum, quòd licet in prin.q.dixerim ſimilem fieri vacationẽ per.d.ca. de multa.& per.d.extrauagantem execrabilis, eſt
10 tamen inter illa iura differentia, * quia per.c. de multa, ipſo iure vacat primum, ſed retinet ſecundum, niſi vtrunque retinere contenderit: nam tunc etiam ſecundo ſpoliandus venit, vt ibi.& per.d. extrauagãtem plus diſponitur in hoc, quia conſecutus ſecundum tenetur renunciato primo, & illud dimittere abſque more diſpendio, verbo & facto, in manibus ordinarii ſub teſtimonio publico, aliàs eſt inhabilis ad ſacros ordines, & quæcũque beneficia, vt ibi.§. quia vero, & hoc quando ſecunda aſſecutio eſt pacifica, nedum de facto, ſed etiam de iure, puta, quia non litigioſa, aliàs non eſt locus dictis iuribus, dummodo in limitibus legitimè poſſeſsionis moueatur lis. iuxta glo. in c.commiſſa. de elect. in 6.ait Bellemera, deci.597.non eſt locus, quem vide deci.pen.vbi ait ſufficere, quòd primum realiter, & cum effectu dimitatur, licet non fiat verbalis dimiſsio, quòd placet Staphi.in tract.de var. mod. vac.§. tertius vacationis modus, nu.6.& ſeq.

11 Secunda autẽ opinio, laborat ꝑ negatiua, id eſt quòd * non fiat vacatio primi epiſcopatus, per adeptionem ſecundi, & illam tenent in.c.cum noſtris. de cõceſ.præben. Petrus de Anchar.in 3.oppo. Antho.not.2.Imola.nu.4.& Panor.in not.3.ac Domi.& Præpo.in.c.in nomine domini.23.diſtin.& Henr.in.d.c.de multa, ſub nu.5. dicentes, quòd.d.c. de multa non habet locum in epiſcopatibus,
12 quibus * nec expreſſè, nec tacitè renuntiari poteſt ſine papæ voluntate, tacita, vel expreſſa. Domi.in.c.eum qui.de præb.in 6.tex.in.c.inter.de tranſl.epiſ.quod verum, ſi eſt cõfirmatus epiſcopus, vel à ſede apoſtolica prouiſus, quia
13 prouiſio * hæc vim electionis & confirmationis habet.

notat

notat Inno. in.c.constitutis,super verbo effectum.de appella.glo.in.c.primo,in verbo prouisionem.de elect. in 6. quæ dicit,quòd is ad quem spectat prouisio. prouidendo, eligit,& confirmat, idem in collatione quæ similiter habet vim electionis & confirmationis.c. cum olim.iuncto eo quod ibi not.Inno.de causa pos.& proprieta.

Secus si solum est electus per capitulum,aut alios ius eligendi habentes,quia * ille potest renũtiare liberè,vt pro- 14
bo latè in tract.deuolutiõ.parte prima.q.30. vbi inter alia dico,quòd si electus non confirmatus in curia moriatur, beneficium,seu dignitas in curia non dicitur vacare, nec alias reseruatum.not.Rota in deci.pe.in no.&Franc.in.c. quam sit.§.primo in prin.de elect.in 6.glo.& doct.in cle. 1.in verbo collato, in prin.vt lite penden.Sic durat prima vacatio,propter quam ille fuit electus, ait Collect.in.c.ecclesia.col.2. de sortileg. & in.c. cum in cunctis. versi.sed quid de electione.de elect.& d.gl.in verbo collato.

Quæ autem illarum opinionum sit verior,nobis videtur quòd prima,tanquam communi opinione doctorum firmata,rationibúsque vrgẽtibus munita,& hæc placet Regalistis, quia ad eorum fontem aquam ducit, seu illorum Molendinum,cum Regaliam aperiat, non mirum si ea illis placeat.

Aliam lõge ampliorem vacationis modum,etiam Regaliæ aperturam operãtem libẽter in medium adducerem, nisi ille latum & latissimum in sui declaratione haberet campum,qui dicitur per priuationem iuris, ministeriúmque hominis, exercitium iurisdictionis habentis fieri, eo etiam & maximè, quia ille in scala nostra beneficiali pro posse fuit deductus,ideo ratem sisto, vt ad alia materiam Regaliæ conuenientia descendam.

Non tamen est omittendum,an per rebellionem præla-

ti factam contra regem, aperiatur Regalia, de quo sup. in 35. priuilegio. Punctus est arduus, ideo in præsentiarum in eo non insistam, vt ad alia transeam, non minus vtilia.

¶Summarium.

1 *Quæ beneficia rex iure Regaliæ posſit conferre.*
Rex iure Regaliæ confert perſonatus capellanias, etiam & laicales matricularias.
2 *Etiam omnia beneficia ſimplicia, & duplicia.*
3 *Qui certum caſum excipit, de aliis cenſiſſe uidetur.*
4 *Rex an iure Regaliæ poſsit ad beneficia præſentare.*
5 *Collatio dicitur donatio, prout & præſentatio.*
6 *Iuſtitutus non habet titulum à patrono, ſed ab inſtituente.*
7 *Præſentatio eſt in fructu.*

¶Quæſtio nona.

1 QVæ beneficia rex * iure Regaliæ poſsit conferre, ad hoc reſpondeo dicens, quòd licet Philippina ſup. in prin. operis inſerta, ſolum loquatur de præbendis, & dignitatibus, ac beneficiis, eo tamen iure rex ipſe, perſonatus cappellanias, etiam & matricularias ſeculares legitur contuliſſe, quo ad perſonatus. probatur per arreſtum, de quo in quæſt. 44. nu. 2. dum in eo fit mentio, quòd epiſcopatus Baiocen. eſt Regaliæ affectus. De cappellaniis etiam hoc iure per regem collatis, etiam priuilegio. 15. numer. 5. & 29. vbi etiam de matriculariis. & priuilegio 40. & quæſtio. 44. etiam ſi cappellaniæ in hoſpitalibus ſint fundatæ, vt priuilegio. 51.

Arreſtū.

Quòd

Quòd si matricularias iure Regaliæ rex cõferat, videtur dicendum, quòd etiam poterit conferre hospitalia & alia pia loca, siue dicas ea solum esse officia temporalia, siue ecclesiastica, per ea quæ tradit domi. Petr. Rebuf. in tract. no. q. 15. prin. & sexta quæstio minus principali, & sequen.

In summa dic * quòd confert omnia beneficia, tam simplicia quàm duplicia, id est cum aliis incompatibilia, ad archiepiscopi vel episcopi sub Regalia existentis plenam dispositionem pertinentia, quod firmat in simili do. Rufæus in. d. 40. priuilegio. Et dic plenam dispositionẽ, id est pleno iure, id est in quibus cõferendis alterius non requiritur consensus, quod remissiuè firmat gloss. concorda. in forma manda. apo. in verbo plenam. 2

Dico omnia, exceptis parochialibus ecclesiis, vt infr. q. ꝓxima, quæ excipiũtur, sic succedit iuris doctrina, qui * certum casum excipit, de aliis sensisse videtur. l. quæsitũ. §. denique. ff. de fundo instruc. glo. post text. in. c. dominus. 32. q. 7. 3

Quid autem dicendum, si prædicta & consimilia beneficia & matriculariæ, solum (aut eorum aliqua) pertineant ad episcopi præsentationem, institutio vero ad episcopũ alium, in cuius episcopatu sunt fundata.

An his * vacantibus, rex aperta Regalia iure Regaliæ de illis possit disponere. Breuiter dicendum videtur quòd sic, & eo modo quo episcopus, clausa Regalia disponeret, videlicet præsentando. Moueor, quia constitutio Philippina loquitur simpliciter de donatione beneficiorum & dignitatum, sub qua comprehenditur præsentatio, prout & quæuis alia dispositio, dicit glos. concorda. in titu. de collatio. in. §. statuimus. in verbo conferantur. 4

Quia ſicut collatio dicitur donatio.c.quia. de conceſsio. præbend.&.c.pe.eod.ti.ita & præſentatio not.doĉto. poſt text.in.c.fi. de conceſſ.præbend.vbi verbum donationes apponitur.i.præſentationes,quia conferre vel donare nõ poteſt patronus, & etiam clericus. c.fi. de iure patrona. quod placet Rocho de curte in tracta.de iure patro.in verbo ipſe.q.21.

Igitur præſentatio dicitur donatio,cũ per illã fiat prouiſio,tanquam per præparatorium, de quo & præparato idẽ eſt iudicium tãquam de connexis,etiam quod ſit donatio. habes per gl.& doct.in.c.primo.de inſti.lib.6.vrget quod tradit Archi. in.ca. mandato.de præb. eo.lib. quòd ſi per papam,prælato ita ſcribatur, prouideas tali de beneficio ad tuam collationem ſpectãte, &is cui ſcribitur habet tãtum inſtitutionem,alius verò præſentationẽ,nõ poterit de tali beneficio prouidere, ſic non habet donare:ergo hanc donationem facit patronus, ſiue ius præſentandi habens, ideo rex hanc poteſtatẽ habet præſentandi tanquam loco epiſcopi ſurrogatus, in quo non fit præiudicium inſtituenti,ex quo donationẽ non facit,ſed velit nolit,tenetur idoneum inſtituere ad præſentationem præſentantis, qui præſentato inſtituto dicit opus manum mearum tu es, li-
6 cet dicamus quòd inſtitutus * non habet titulum & cauſam à patrono,ſed ab inſtituente,qui plus tribuit inſtituẽdo,quàm patronus præſentando.dicit Petr.de Anchar.in cap.querimoniam.de iure patro.quod fit, quia inſtitutio eſt actus perfectionis.dicit in ſimili de collatione Henrici. in cap. auditis. columna.4. de electione. & in perfectione,ſtat virtus omnis actus & potentia ac denominatio.

Moueor inſuper,quia rex durante Regalia percipit fru-
7 ctus,ergo præſentat,cum * præſentatio ſit in fructu. probat

bat Rochus de curte in tracta.de iure patro.in verbo ius. versi.sexto quæro.& Bellemera decis.752. colum.10. in fine. Supposito dici in tracta.pensi.parte prima. quæstione 28. vbi etiam idem probo de collatione.

¶Summarium.

1 *Rex an iure Regaliæ, posit parrochiales ecclesias conferre.*
2 *Iure communi, ad papam, & episcopum, ecclesias parrochiales spectat conferre.*
3 *Hierarchia curæ animarum dicitur in papa, episcopo & curato consistere.*
4 *Hi tres dicuntur proprii sacerdotes.*
5 *Qui non habet exercitium, illud non potest delegare.*
6 *Cura fori pœnitentialis datur per institutionem authorisabilem.*
7 *Rex iure Regaliæ, parochiales ecclesias aliis beneficiis unitas confert.*
8 *Priuilegium, principali datum, porrigitur ad eius augmentum.*
9 *Per collationem unius unitorum aliud intelligitur collatum.*
10 *Facilius res subiiciuntur quàm persona.*
11 *Vassallus se subiiciendo per iuramentum, uidetur omnia bona sua tacitè subiicere.*
12 *Qui habet rusticum, habet & bouem, & qui bouem, & uitam.*
13 *Qui se monasterio dedicat, bona uidetur dedicare sua.*

Quæstio decima.

ET quia supr. proxima quæstione non fuit
1 deductũ, * an rex iure Regaliæ parochiales
ecclesias posſit conferre, ideo illud occurrit
diſcutiendum, vt autem congruum
responſum habeas, dic non poſſe, teſtis eſt
gloſſ. pragma. in tit. de annatis. §. item quod dicta. in verbo
Regaliæ. quod placet do. Rufæo ſupra 39. & 40. priui-
2 legiis. Ratio poteſt eſſe, quia * illas conferre ad papam &
epiſcopum iure communi ſpectat priuatiuè, prout & ad
legatum de latere. c. 1. de offic. lega. libr. 6. Non autem ad
laicum propter cõmiſsionem exercitii curæ animarum,
quam laicus, prout nec alius, à prædictis tribus, prælatus
3 committit, Cum * hierarchia huiuſmodi curæ ſolum ſit
in papa & epiſcopo, ac ſubſidiariẹ in curato, dicũt Petrus
de Anchar. Card. Imola, & Antho. de Butrio in. c. cum nõ
ignores. de præbendis, qui ſubdunt non eſſe abſurdũ pluribus
inſolidum, curam populi competere, ſicut pluribus
tutoribus. l. prima. ff. de adminiſtra. tuto. quod firmare poteris
per ea quæ dixi in tract. penſio. parte. 1. quæſt. 14. numero
9. & ſequen.

Hunc punctum latè deduxi in tracta. diſpen. membro 5.
4 parte 2. nume. 81. 82. & ſeq. ſubdens, * quod hi tres dicuntur
proprii ſacerdotes. not. Collec. in. c. omnis. num. 15. de
pœniten. & remiſ.

Vt enim quis poſsit aliquid committere, illud debet penes
ſe habere per id quod not. glo. in. c. paſtoralis. de reſ.
5 quod qui * non habet exercitium, illud non poteſt delegare,
facit. l. traditio. ff. de acquir. rer. do. & quod not. Io.
Mo. in c. primo. nu. 8. de offic. ordi. lib. 6. & Panor. in. c. 3.
ne præla. vices ſuas.

Nec contra prædicta dicere obſtat, quod rex iure Regaliæ
archidiaconatus, aliáſque dignitates inferiores eccleſiaſticas

ſiaſticas confert,quibus eſt annexa cura, quia verum cura iuriſdictionalis, id eſt fori contentioſi, non cura animarum, & parochialis, quæ dicitur cura fori animæ, id eſt pœnitentialis,conſiſtens in ſacramentorum eccleſiaſticorum adminiſtratione, quæ * etiam ſolùm per pa- 6
pam, aut epiſcopi inſtitutionem auctoriſabilem datur, ait gloſ.pragma.in titu. de annatis.in princi.in verbo inſtitutione.

Inter eas enim curas, lata eſt differentia, vt videre licet per ea quæ in.d.parte 2. diximus,ad quem campum tanquam in propoſito fertilem te remitto, breuitatis cauſa dico.

Concludamus ergo parochiales eccleſias iure Regaliæ non conferri, niſi dico ille aliis beneficiis ad plenam epiſcopi diſpoſitionem pertinentibus * ſint annexæ,quia 7
tunc ex quo rex conferre poteſt beneficia quibus ipſe parochiales ſunt annexæ, ex conſequenti de illis parochialibus, (tanquam quid acceſſorium) dicto iure Regaliæ poteſt diſponere.argumen.c.ſuper eo.de præbend. in 6. Facit, quia * priuilegium datum principali, porri- 8
gitur ad eius augmentum, cum augmentum ſit eius naturæ, cuius eſt res quæ augetur, nota.Soci. in conſil.116. nume.10.& Domi.in.c.fina.col.3. de præbend.lib.6. merito Imola, in cap. propoſuit nume.15. de conceſsio. præbendæ, inquit,licet aliqua ſint diuerſa,ſi tamen connexa, non abſonum eſt quòd * per collationẽ vnius cõnexorũ, 9
aliud intelligatur collatũ,ſicut in ſimili dicimus,quòd qui ſubmittit caput,id eſt perſonã,ſubmittit & bona.l.ſi adoptauero.ff.de præcario.l.ex liberis.§.1.ff.de ſecundis tab. Bal.in.c.edoceri,in prin.de reſ.vbi ſubdit,quòd membra regulantur à capite.§.fi.inſtitu. de ſatiſdatio. Facilius * 10
enim res ſubiiciũtur quàm perſona.c.ſignificaſti.de foro

competen. nam bona sunt ad hominem antecedentia, id est, vt homo viuat, & in suo esse perfecto mortali manuteneatur, sic qui tollit vitam, tollit & bona necessaria ad eam.

Pro his habes quod tradit Io.de Ana.ī cōsi.7.col.2.visis
11 quod * eo ipso quòd vassallus personā suam per iuramentum & stipulationē domino subiecit, videtur etiā omnia bona sua tacito iure subiecisse, istud fuit dictum Specul. in ti.de feud.§.quicūque, versi.17.vbi Io.And. per hæc sit
12 verificatum vulgare, qui * habet rusticum, habet & bouē, & qui habet bouem, habet & vitam: iuxta illud, qui bona dat, vitam dare videtur. & qui bona defendit, vitam defendere dicitur. Barto.in.l. penul.ff. de conditio. ob turpem causam. Bald. in.l. interpositas. C. de transactio. glosa. in.l. aduocatis.C. de aduocatis diuerso. iudic. Et
13 qui * se monasterio dedicat, bona sua etiam videtur dedicare. ait Bonifa.in cle.1.nu.105.de deci.

¶Summarium.

1 *Rex an iure Regaliæ, uicarias perpetuas possit conferre.*
2 *Sicut episcopus non potest dispensare super ætate ad ecclesias parochiales, ita nec ad uicarias perpetuas.*
3 *Rationis identitas, operatur quod statutum in fauorabilibus habet in odiosis locum.*
4 *Sicut ecclesiæ parochiales solùm debent conferri graduatis, quando sunt in uillis muratis, ita & uicariæ perpetuæ.*
5 *Vicarii perpetui præsupponunt per prius fuisse rectores parochiales.*
6 *Vicaria perpetua, per mortem uicarii uacat.*
7 *c.de multa habet locum in uicariis perpetuis.*
8 *Ordo naturæ est, ut causa suum præcedat causatum.*

Rei

9 *Rei essentia, præsupponit essentialia naturalia.*
10 *Petitionem præsupponit mora.*
11 *Vbi non est lis, ibi non est iudicium.*
12 *Ratio naturalis, est optimus clipeus, & lex speculatur in natura.*

Quæstio vndecima.

QVid autem dicẽdum de vicariis perpetuis scire licet, * an illas rex iure Regaliæ con 1
ferre valeat, si quæ tempore apertẽ Regaliæ vacent, aut reperiantur vacare, quæ ad plenam ẽpiscopi dispositionem pertineãt. Breuiter dic, quòd nõ, per ea quę supra ꝓxima quęstione de parochialibus sunt dicta, cũ vicariæ ipsæ, & parochiales ecclesiæ, à iure sint regulariter parificatę. tex. ĩ cle. vnica. de offi. vica. Panor. in. c. cum non ignores. nume. 6. de præben. Hinc Milus in verbo dispensatio inquit. Sicut * 2
episcopus non potest dispensare in ætate cum rectore parochialis ecclesiæ, ita nec cum perpetuo vicario. glos. est in. d. cle. vnica. in verbo ætate, quam ibi Imola. sequitur. nume. 18. similis. glos. in. c. licet canon. de elect. in 6. & in c. vnico. de æta. & qualita. eo. lib. & in. c. dilecti. & in cap. nihil. de electio. istud operatur rationis identitas, ideo idem ius est statuendum * etiam in odiosis. probat Sta- 3
phil. in tract. de præroga. expect. in. §. Secundo principaliter. dixi latius in tracta. pensio. parte. 3. q. 1.

Prædicta prosequitur Gomes in regula de idioma. q. 11. concludendo. d. regulam habere locum in vicaria perpetua. Alia media istud firmantia poteris videre per nos citata in tracta. dispen. membro. 5. parte. 2. nume. 43. & sequentibus, quibus adde quæ tradit Roma. in consil. 356. quod incipit circa primum. Et per hoc sit firmatum verbum do. Petri Rebuffi in tract. no. q. 16. num. 15. vbi ait * 4

quòd ſicut eccleſiæ parochiales debent ſolum conferri graduatis, quando illę ſunt in ciuitatibus & villis muratis,ita & perpetuę vicarię.Dico parificatę,etiam in pœnalibus,& odioſis,ait Caſſado.deciſi.4.num.2.tit. de conſtitutio. Etiam in effectu executionis officii, non tamen
5 eodem modo deriuantur,quia * vicarii perpetui eccleſiarum parochialium, præſupponunt per prius fuiſſe rectorem parochianum omnimodam curam animarum habẽtem,qui ſemper dicitur curam habere habitu.ait Car. in cle.prima.q.15.de iure patro.rectores autem parochialium eccleſiarum, aliquem non præſupponunt, quia dicuntur primi,ſeu curati primitiui.

6 Vacat igitur * vicaria perpetua per mortem vicarii, aut alium modum vacandi,quia licet eccleſia, principali prælato non careat,vacat tamen,ex quo ſecundario prælato eſt viduata,inquit Bellamęra deci.702.Suppoſito ꝙ epiſcopus, quæ repetita eſt per Rotam in no. deciſi.470. ſuppoſito,quam vide in deciſi.474.ibidem dico vacat,ſi non eſt vnita menſe epiſcopi:nam tunc tranſit in temporalem,& beneficium menſale cẽſetur. Rota vbi ſupra deciſi.273.fuit dubitatū. Ex quibus prædictis infero,quòd licet diſpoſitio.d.c.licet canon reſpectu vacationis,& penę,ipſo iure incurrendę ſolum habeat locū in parochialibus,prout probat Staph.in tracta.de variis mod.vac.§.
7 quartus principalis.nume.3.tamen * identitate rationis locum etiam habet in vicariis perpetuis, eſto quòd ſit ius pœnale,per ea quæ diximus ſupra in.q.8.

Vicarius ergo perpetuus præſupponit quem aliàs fuiſſe primitiuum,qui dicitur tāquam cauſa, vicarius autem effectus,per id quod dicitur, quòd * ordo naturæ eſt, vt cauſa præcedat ſuum effectum.l.moribus.§.prius.ff.de vulga.& pupil.ſubſti. Et quòd in ordinatis per eſſe naturæ,

ræ, moris est & rationis, quòd secundum præsupponit primum, vt filius patrem & matrem. Et rei * essentia præsupponit essentialia naturalia, super quibus illa fundatur, ar. cap. cum Paulus. 1. q. 1. ca. veniens. de cleri. non bap. l. Iulianus. §. sed & si. ff. ad exhib. Et similitudo etiam præsupponit imaginẽ, quia nulla potest fieri similitudo, cuius imaginẽ nõ videmus. l. in testamento. ff. de condit. & demonstratio. & mora * petitionem præsupponit, quia vbi petitio non est, non potest dari mora. l. si pupillus. ff. de verb. oblig. & vbi non est sententia non potest dari cassatio. Bal. in. c. cõsideramus. i prin. de elec. vbi nullus est prælatus, nõ est negligẽtia. gl. in. c. 2. ne sede vac. vbi * nõ est lis, ibi nõ est iudiciũ, & vbi non est habitus, nõ est priuatio, cum non entis nullæ sint partes. l. eius. ff. si cert. peta.

9 10 11

Hæc & consimilia verificãtur per solam rationem naturalem, quę debet attẽdi, etiam in causarũ decisionibus. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excu. tut. ideo dicit Bal. in l. vnica. §. 1. i primo not. C. de caduc. tol. quòd ratio * naturalis est optimus clipeus, & quòd lex speculatur in natura, quàm & rationem habet pro pedagogis. Non indiget igitur absolutione qui non est ligatus, & hæc sint pro animi solatio dicta. 12

¶ Summarium.

1 *Rex an iure Regaliæ, beneficia ad dispositionem episcopi, & sui capituli pertinentia, conferre ualeat.*

2 *Præbendæ ecclesiæ cathedralis, iure communi ad collationem episcopi & sui capituli spectant.*

3 *Pleno iure dicitur quis conferre, quando confert nulla præcedente præsentatione.*

4 *Rex iure Regaliæ non confert beneficia, quæ ad solam episcopi institutionem pertinent.*

5 *Rex loco episcopi subrogatus, nõ potest plusquã ipse episcopus.*
6 *Limitata causa limitatum producit effectum.*
7 *Dispensatio super uno defectu concessa, ad alium non extenditur defectum.*
8 *Priuilegium suos non egreditur terminos.*
9 *Vestigiis maiorum est inhærendum.*
10 *Priuilegium Regaliæ, ab aliquibus dicitur usurpatum fuisse.*
11 *Si rescriptum contra ius cõmune concedit, dicitur priuilegiũ.*
12 *Quando priuationis pœna imponitur, illa dispositio, nisi in casibus expressis est intelligenda.*
13 *Priuatio est pœna.*
14 *Commune nõ est meum, nisi quo ad dispositionem partis meæ.*
15 *Ius conferendi, est indiuiduum.*
16 *Etiam & ius patronatus.*
17 *Spiritualitas non potest diuidi.*
18 *Suspenso episcopo, tota potestas conferendi ad capitulum dicitur deuoluta.*
19 *Beneficia ad præsentationẽ clerici & laici spectantia, non debentur mandatariis apostolicis, prout nec nominatis.*
20 *Quis iure sine culpa, non debet suo priuari.*
21 *Indultum episcopo facto, non extẽditur ad beneficia episcopi, & sui capituli pertinentia.*

Quæstio duodecima.

1 REx * an iure Regaliæ beneficia ad episcopi, & sui capituli, aut alterius tertii dispositionem plenariam coniunctim spectantia, conferre valeat. Pone in præbendis illius ecclesiæ, quarum * collatio iure com-
2 muni ad eos spectat, ait Rota in nõ. deci. 167. de collatione. tex. in. c. postulastis. de concess. præbend. glo. in. c. cum ecclesia vulterana. de elec. vbi Imol. not. 5. dicit, quòd hæc est

est communis opinio antiquorum.glo.in.c.irrefragabili. de officio ordi.Franc.in.c.vnico.ne sede vac.lib.6. ideo glo.1.in.c.si capitulo.de concess.præbend.lib.6.ait,quòd si ad solum capitulum reperiatur pertinere, illud est speciali priuilegio,vel præscripta cõsuetudine,vide pro hoc Henr.in.c.1.de elec.& Panor.in.d.c.cum ecclesia.& Bellame ra deci.69.Palatium. & Cassad.deci.22.titul.de præbẽdis. dico an conferre valeat. Breuiter dic quòd non cõfert,tum primo, quia de talibus priuilegiũ Regaliæ nihil dicit, sed solũ simpliciter loquitur de beneficiis quæ episcopus pleno iure confert,id est * nulla præcedente præsentatione,aut alio simili adiuncto, ait Guill.in.c.cũ singula.col.3.de præb.lib.6.& Barba.in cle.ne Romani.col. 73.versi.Secundo modo,de elect.Archi.in.c.frater.col.2. 16.q.1.quem vide in summa.16.q.2.& glo.in.c.primo.ea. q.2.& do.Rufæum supra in.8.priuilegio.nu.3. 3

Sic rex * non confert ea quæ ad solam episcopi institutionem pertinent.probat do.Rufæus supra in.d.8.priuilegio,in fi. quem vide in priuilegio.52. dicit tamen cogitandum. Quòd si priuilegium regis,nihil dicat de prædictis,ita nec nos dicere debemus,iuribus vulgatis.hoc ꝓbatur,tum secundo,quia rex aperta Regalia in eo collationis actu,loco episcopi est subrogatus,ideo * plus non potest quàm posset episcopus Regalia clausa,vt in simili dicitur quòd non potest plus esse in causato quàm in causante. Tum tertio,quia ipsum priuilegium est limitatum ad beneficia ad episcopum pleno iure spectantia, ergo limitatum habet effectum, vt nõ possit alia conferre, iuxta iuris doctrinã, *quod limitata causa,limitatũ producit effectũ.l.in agris.ff.de acquir.rer.domi.l.age. vbi Bal.& Saly.&.l.si de certa.C.de transac.Et quæ limitata sunt non debent extendi.Bald.in.l.nõ modus per illum 4 5 6

textum.C.de seruitu. & aqua. ideo dispensatus ad vnum
7 effectum, seu * super vno defectu, non extenditur ad alium defectum. Petrus de Anchar. post text. in cap. quia diligentia. de elect. quod fit, quia dispensatio est contra ius commune, & quæ sunt contra illud, non extenduntur, pone in statuto contra ius commune facto. Bar. in l. 1. quæst. 6. principali. C. de summa trinita. & fide catho.

8 Tum quartò, quia * priuilegium suos non egreditur terminos. Bar. in simili, de cōsuetudine, in l. post dotem. colum. penulti. ff. solut. matrimo. Alexand. in consi. 9. viso themate. volumi. 3. dixi in terminis non extentionis priuilegii, in secundo præludio tractatu pensio. isti enim sunt termini antiqui, qui non debent transgredi, scriptura sic attestante. Nec transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui, Prouerb. 22. & cap. primo. 9. quæstio. 11. cum sequentibus. dicit patres non pa-
9 trem, vt illud firmius teneatur. Ideo legitur * quòd vestigiis maiorum est inhærendum. §. fina. institu. de adoptio. l. testamenta. C. de testa. l. apud Iulianum. §. constat. in fine. de lega. primo. cum similibus.

10 Tum quintò, quia * priuilegium Regaliæ (tanquam vsurpatum, vt aliquibus placet) est pœnale, quia priuat episcopum iure suo conferendi, quod habet, eo ipso quòd est per sedē apostolicā de episcopatu prouisus, vel postquam eius electio est per superiorem confirmata, vt probo in scala benefic. parte secunda. art. Electus qui ante electionis confirmationem. Equidem priuat papam, & eius de latere legatum, iure præuentionis, prout & superiores ipsius episcopi iure deuolutionis; quod habent ex concilio Lateranen. transumptiuè in cap. 2. de concessio. præbendæ.

Ideo ius illud potest dici priuilegium, in eo quòd mu-

tat

tat naturam legis, vt in simili dicitur per glos. in cap. primo. in verbo noscatur. de constitu. lib. 6. quòd si * rescriptum concedit aliquid contra ius, iam in eo mutat naturam rescripti, & dicendùm est priuilegium. ca. priuilegia. distin. 3. & cap. abbate. de verbo. significa. 11

Sic priuilegium Regaliæ debet in suis terminis teneri per theoricam, quòd vbicunque * pœna priuationis imponitur, illa dispositio nisi in casibus ab ea specialiter expressis est intelligenda, tex. quem ita ponderat Alexand. in cõsil. 222. col. 2. volu. 2. in. §. cum igitur. ibi, nec est tale quid dicens in authen. de non elig. 2. nuben. facit glos. in cap. fina. de iure patro. & glo. in summa. 15. q. 8. quod prosequitur Cæsar Lamber. in tracta. de iure patro. ar. 2. q. 6. partis. 2. lib. 2. 12

Quòd autem priuatio * sit pœna, est plusquam in iure vulgatum, textus in cap. non imputantur. prima quæstio. quarta. dixi latè in tracta. pensio. parte. 1. quęst. 33. & in tractatu deuolu. parte. 2. q. 17. 13

Præterea firmando prædictam negatiuam, habes vltra prædicta, quod commune * est, meum non est, nisi quo ad dispositionem partis meæ, dicit Ioan. Mona. in c. cum in illis. in fine. & ibi dixi post eum, de præben. in 6. ergo quo ad dispositionem alterius partis, nihil habeo. 14

Sic rex in locũ episcopi subrogatus, nihil habet in parte alterius, ideo non confert solus, * cum ius conferendi sit indiuiduum, tanquam incorporale, quodlibet quorum dicitur indiuiduum, cum illud sit in mente, intellectu, & cogitatione, dicunt Ioannes Fabr. & Angelus, institu. de reb. corpo. & incorpo. Regula enim est, quòd omnes res incorporales, quę sui natura tangi nõ possunt per naturã sunt indiuiduę, quia homo nõ potest diuidere id quod nõ videt, & quod palpare nõ valet. l. prima. §. quædam. ff. de 15

16 rerum diuisio. idem dic de iure patro. * quod sit indiuiduum,quia cuilibet competit insolidum,dicit Bal.in.l.familiæ,C.communia vtriusque iudic. quod latè prosequitur Cæsar Lamb.in tract.de iure patro.in 8.ar.3.q.princ.1.partis.1.libri,quem vide ar.17.q.7.prin.1.partis 2.lib.vbi.
17 ait,quòd * spiritualitas non potest diuidi. Et quòd ius patro.sit indiuiduum,habes text.vbi gl. & doct.in.c.1.de iure patrona.& glo.in.c.piè mentis,16.q.7.quæ subdit rationem, quia est incorporale, & incorporalia diuidi non possunt.l.1.§.vsufructus.ff.ad leg. Falcid. &.l.fi.ff.de iure patrona.

Videtur tamen ex præmissis inferendum,quòd rex & capitulum debent insimul conferre, non vnus sine altero, prout poterant ante Regaliæ aperturam episcopus & capitulum,per ea quæ traduntur.sup.30.priuilegio. nu.8.quòd non admitto, si concludamus quòd rex iure Regaliæ solum prouidet de beneficiis ad plenam episcopi dispositionem pertinentibus,non de aliis,per prædicta.

Hoc igitur in casu per solum capitulum de talibus beneficiis prouidebitur.c.vnico.in prin. ne sede vac.lib.6. facit quod not Inno.in.c.quia,col.2.de concess. præben.
18 quòd * si ad episcopum & capitulum pertinet collatio beneficiorum,& episcopus sit suspensus,tota potestas ad capitulum deuoluitur,quod prosequitur ibi Host.col.2. circa finem.& doct. post Ioã.mo.in.c.cum in ecclesiis.de præbend.lib.6.idem dic,si omnes canonici sunt excepto vno suspensi, quia pœnes talem consistit totius capituli suffragium.glo.& doct.in.c.2.de postul.præla.

Et pro ea negatiua habes quę not.sup.in 40.priuilegio. nu.3.& seq.& quæ tradit glos.pragma.in titu. de collat.§. item quo ad dictas,in verbo ecclesiastico,vbi loquitur de clerico & laico insimul præsentantibus,quod reassumpsit

Domi.

Domi. Rebuf. in tracta. nomi. q. 15. prin. & 3. minus principali, dicēs quòd beneficia quorum præsentatio * spectat 19
ad clericū & laicū simul, in nominationibus, nec in mandatis apostolicis comprehēduntur, quia clericus habens præsentationem cū laico gaudet priuilegio laici, argu. l. si communem. ff. queādmo. seruitus amitta. cum similibus. Et ecōntra vt per glo. in. c. 1. in fi. de iure patro. in. 6. vbi dicitur, quòd si laicus habet ius patro. cum clerico, habet sex menses ad præsentādum ratione clerici. not. Panor. in. c. transmissæ. & in. c. eam te. eod. titu. quos non habet, si de per se præsentat, sed tantum quatuor. d. c. 1. §. fina. de iure patro. lib. 6.

Præterea si talia beneficia in themate quæstionis descripta, per regem iure Regaliæ conferrentur, conditio capituli, vel alterius tertii cum episcopo conferentis, fieret deterior: quia * iure suo, sine culpa, ea vice confe- 20
rēdi priuaretur, quod non est iuri consonum, argu. cap. sacris. de sepul. cum aliis vulgatis iuribus & doctrinis.

Consequenter succedit id quod in simili notat consulendo domi. meus de Ripa lib. 2. respon. cap. 34. indultum. Quod si * episcopo est indultum, vt nullus conferat be- 21
neficia ad suam collationem spectantia, non extenditur mandatum ad beneficia quæ episcopus confert cum capitulo, quando mandatum est soli episcopo directum, quod prosequitur glo. concorda. in forma manda. apost. in verbo singulis.

Summarium.

1 *Rex an iure Regaliæ beneficia ad episcopum, & suæ ecclesiæ capitulum, alternis uicibus conferri consueta, possit conferre.*

2 *Ius conferendi, & præsentandi, est penes quemlibet collato-*

rum & patronorum tanquam insolidum.
3 *Ecclesia est indiuisibilis, & partem non habet.*
4 *Iurisdictio est indiuidua, & fructus illius diuidui.*

¶Quæstio XIII.

BEneficia quæ episcopus, & suæ ecclesiæ capitulum, alternis vicibus habent conferre, An * rex iure Regaliæ de illis va-
1 cantibus tempore illius aperturæ possit disponere. Pone, episcopus Parisiens. & ecclesiæ suæ capitulum, aliàs conuenerunt, quòd primũ beneficium vacans post ipsam conuentionem, episcopus plenè conferret. Secundum verò, ipsum capitulum, sic deinceps, tempore futuro procederetur, modo accidit, quòd aperta est Regalia, qua durante vacat beneficium, quòd episcopus conferret si Regalia clausa esset, an tunc rex eo iure Regaliæ poterit illud conferre. Breuiter dic quòd sic, probat Domi. Rufæus supra in.8.priuilegio.&.15.nume.16.& sequen. De qua vice alternatiua inter episcopum Parisien.& ipsum regem, habes supra in 35.priuilegio, in fine.

Nec obstat, quòd ius conferendi est indiuiduum, prout & ius patrona.vt supra quæst.proxima.num.16.di-
2 ximus, quia * est penes quemlibet collatorum, & patronorum respectiuè, tãquam insolidum, & indiuisibile.doc. in cap.vnico.de iure patro.in 6.& cle.2.eod.titu. Cardi. in clemen.fina.q.1.de præbend.vrget.quod not.domi.de
3 Rota in no.deci.474.quòd * ecclesia est indiuisibilis,& partem non habet, nec ipsa, nec ius corporale quod in ea habetur, habet partem.ca.dilecto.de præbend.c.cum M. de constitutio.

Tamen fructus illorum iurium, seu effectus potest diuidi,

uidi,per conuentionem, quòd tu conferes vel præsentabis hac vice, & ego altera, quando continget beneficium vacare,cle.plures.de iure patro.

Et in hoc cõuenit cum iurisdictione,quia etiam * illa 4
est indiuidua, fructus verò & commoda ex ea prouenientia,sunt diuidua. Bal.in.c.fi.nu.9.de re iudica.

¶Summarium.

1 *Rex an iure Regaliæ, beneficia ad episcopum deuoluta possit conferre.*

2 *Casus fortuiti non sunt attendendi.*

3 *Qualitas naturalis,præfertur accidentali.*

4 *Naturalia sunt difficilis resolutionis, accidentalia uerò facilis.*

5 *Beneficia extra regnum existentia, si ad archiepiscopum regni deuoluantur,nominatis non debentur.*

6 *Legatus non potest conferre beneficia extra prouinciam uacantia.*

7 *Executor non prouidet,post factam deuolutionem.*

8 *Non debet archiepiscopus grauari, in rescripto non comprehensus.*

9 *Rex tempore deuolutionis, non potest iure Regaliæ suas uices interponere.*

10 *Quicquid in beneficialibus conceditur laicis, gratiosum est.*

11 *Quod cõtra rationem iuris est receptum,ad consequentias non est trahendum.*

12 *Præsentare & conferre sunt iurisdictionis.*

13 *Cardinales etiam sede apostolica uacante, alios cardinales nõ possunt creare,licet papam eligant.*

1 BEneficia * quæ durãte apertura Regaliæ
reperiuntur vacare, & ad episcopum iure
deuoluto pertinere, an rex iure Regaliæ
posſit tanquam ad plenam episcopi dispo
sitionem pertinentia conferre, pone pro
facti intelligentia, abbas, vel alius diœcesis Parisien. præ-
latus, ex priuilegio, cõsuetudine, vel alias canonicè, ius be
neficia conferendi habens, occurrente illorum vacatione,
ea infra tempus à iure præfixum non confert, aut confe-
rendo, peccat in materia, vel forma, vel aliàs delinquit,
adeo quòd iuris ministerio ad eum Parisiens. episcopum
superiorem abbatis immediatum, conferendi potestas fit
deuolutio, quo tẽpore deuolutionis durãte reperitur Re
galia aperta, An rex iure Regaliæ talia beneficia posſit
conferre. Breuiter dic quòd non, tum, quia potestas regis
est limitata, videlicet ad solum conferendũ beneficia, quę
ad plenam dispositionem episcopi pertinent. Ideo illa li-
mitatum producit effectum, vt probamus supra in.q.12.
num.6.& sequentibus. Sed deuoluta non possunt dici ple
no iure ad episcopi dispositionem pertinere, cum per ca-
sum fortuitum, id est negligentiam, vel delictum, & non di
rectè in episcopi dispositionem cadant, sic de illis non est
habendus respectus, prout nec considerandus ille vacan-
2 di modus, cum * casus fortuiti non sint attendendi. l. qui
cum alio. ff. de re iudica. & l. Iulianus. ff. qui & à quib. Ad
idem de simili, videlicet accidente, quia etiam illud non
attenditur, aut consideratur, vt probo in tractatu dispen.
memb.10.parte.2.nume.39.& 6.memb.parte.1.nume.55.
3 Hinc est quòd * quando concurrunt qualitas natura-
lis, & accidentalis, inspicitur, & præfertur naturalis. l. qui
habet. ff. de tutel. glos. & Angel. in. §. sequens. institu. de
actio. & in. l. certi conditio. in princi. ff. si cert. peta. cum
alijs

aliis per nos cumulatis in tractatu dispen. memb.2.num.
94. & nume. 127. & nume.129. vbi dicimus, quòd * na- 4
turalia sunt difficilis resolutionis, accidentalia verò faci-
lis.ait Bald.in.c.primo, col.3.quis dicatur dux vel march.
Neapoli.decisi. 282.nume.11.Sic hæc duo se habent tan-
quam ius in re,& ius ad rem,quorum vltimũ facilius tol-
litur,quàm primum.Ioan.Mona.in cap.si pauper.de præ-
bend.in 6. latius per nos in tractatu deuolu. parte prima.
q.30.Tùm prætere a,quia modus ille iure deuoluto proui
dendi, non procedit ratione directi patrimonii episcopa-
lis dignitatis, cuius & propter administrationem bonorũ
eiusdem episcopatus in feudum per regem donatorum,
rex iure Regaliæ dicit conferre,sed ratione iuris spiritua-
lis & superioritatis ex iuris communis dispositione, illud
episcopus habet super inferiores suæ diœcesis,in quo ni-
hil rex operatur, igitur aliquid non potest prætendere.

Hunc punctum latè inuenies deductum in tractatu no
stro deuolutio.parte prima.q.31. Quibus adde,quòd dicit
domi.Rebuff. in simili in tractatu no.q.8. prin.&.7. mi-
nus prin. quòd si * ab episcopo extra regnum sit deuo- 5
lutio facta ad archiepiscopum regni, ille non tenebitur
conferre graduatis. nam illud quod non est in regno,
non habet onus nominationis, quia non est in regno, &
initium est spectandum, primúsque non est grauatus, er-
go nec secundus. Item legatus * non potest conferre be- 6
neficia extra prouinciam vacantia, etiã deuoluta ad præ-
latum suæ prouinciæ.glo.in.§.visum. in verbo legatorũ.
de collatio. ĩ prag. & Brunel.in tracta.de pote.legati.con
clusio.19. in.2. declara. hæc enim tibi sufficere debent.
Ideo in eo amplius non insisto, sed per prædicta con-
cludendum dico, quòd si per negligentiam,vel delictum,
beneficium ad plenam episcopi dispositionem pertinens

ad superiorem eiusdem episcopi sit deuolutum, quòd rex iure Regaliæ illud etiam adhuc tempore Regaliæ aperturæ vacans, non potest conferre, cum tunc non reperiatur ad plenam, aut aliam ipsius episcopi disposi-
7 tionem pertinere, vt in simili dicimus, quòd * si certa persona per rescriptum grauatur, dato executore, & episcopi collatoris ius conferendi est lapsum, puta semestre, ob quod deuolutum est ad superiorem immediatum. ca. 2. de concessione præbendæ. tunc post eam deuolutionem executor de illo beneficio, seu illius collatione, non potest se intromittere, quia eius potestas durat solum, donec finita erit potestas episcopi collatoris, casus in clemen. si de beneficio. iuncta glos. de præbendis. Ratio huius decisionis est secundum Cardina. ibi, quia aut executor vult conferre beneficium tanquam spectans ad collationem episcopi primi executoris, tunc non potest, cum amplius ad episcopi collationem ea vice non spectet, tanquam ad alium deuolutum. dicto cap. 2. Aut tanquam spectans ad collationem eius ad quem facta est deuolutio, puta archiepiscopum, similiter non potest,
8 quia de illo non recepit mandatum. Non * enim debet archiepiscopus grauari in rescripto non comprehensus. cap. cum in illis. in fine. de præbend. in 6.

Sic in proposito de rege venit dicendum, quòd de
9 executore est dictum, Nam rex * tempore deuolutionis vices suas iure Regaliæ non potest interponere, cum tunc non reperiatur ad episcopi, sed archiepiscopi, illius superioris dispositionem pertinere, de beneficiis cuius superioris, seu ad dispositionem illius pertinentibus non disponit, esto quòd illius dignitas, id est archiepiscopatus, subsit Regaliæ, cum quo ad illum aperta non sit Regalia, etiam si esset aperta, idem per ea quæ sunt dicta supra

pra quæstio.12. Pro confirmatione conclusionis nostræ quæstionis, alia succedunt. Nam quicquid * laicis in 10 beneficialibus conceditur, gratiosum est.ca.quoniam.de iure patrona. doct.in cap.dilectus.el.3.de præben. Cassador.decisi.22.col.3.cod.titu.si gratiosum. sequitur quòd non est extendendum tanquam priuilegium.cap.sanè.de priuileg. not. Salyc. in.l.quod fauore.C.de legibus. latè per nos in tractatu pensio.præludio.2. not.Bald.in.l.nulla.ff.de legibus. & Felinus in cap. dilectus. versicu.octaua conclusio. de ref. & in cap. tuis. de testibus.

Quòd * enim contra rationem iuris est receptum, 11 ad consequentias non est producendum.l.quod contra. ff.de regulis iur.cum similibus.

Præterea * præsentare, & conferre, sunt iurisdictionis. 12 glos. in cap. transmissam. de electio. sed in materia iurisdictionali, non fit de vno casu ad alium extensio. textus in.l.magistratibus.l.eum qui. &.l. fina.ff.de iurisdictio.omnium iudicum. Pone in cardinalibus, quia licet papam eligant, * non tamen legitur, quòd alios car- 13 dinales (etiam sede vacante) possint creare.glos. in clementi. Romani. in verbo potestatis. de electio.

Quæquidem iurisdictio præsentandi, & conferendi regi data aperta Regalia, videtur quodammodò delegata, quia non ordinaria, ideo strictè interpretanda, tanquam odiosa. glos. & docto. in clementina prima, de officio delegati. & in cap.primo.de ref. in 6.doct. in cap. sedes.eodem titulo.

¶Summarium.

1 *Deuolutio in beneficiis iuri Regaliæ affectis, an locum obtineat.*

2 *Donec prima collatio iure Regaliæ facta, suum fuerit sortita effectum, rex confert priuatiuè.*

3 *In beneficio reseruato solus papa habet collationem.*

4 *Reseruatio, ex quo semel habuit effectum, non reconualescit sine papæ uoluntate.*

5 *Semel affectum, semper durat affectum.*

6 *Si permutatio non fuerit sortita affectum, illa non inducit reseruationem.*

7 *Episcopus habens indultum eligendi certos, illis electis mortuis alios subrogare poterit.*

8 *Beneficia in Regalia existentia, rex priuatiuè confert, licet illa uacent in curia Romana.*

9 *Exempla non restringunt regulam.*

¶Quæstio XV.

1 DEuolutio * in beneficiis iuri Regaliæ affectis, an locum obtineat. Pone pro clariori intelligentia episcopus Parisię. est vita functus, & ex cõsequenti in eo episcopatu Regalia est aperta, sic collatio beneficiorum ad plenã episcopi dispositionem pertinẽtium, ad regem iure Regaliæ dicitur pertinere, modo accidit, quòd ea durante Regalia, aliqua illorum beneficia vacauerunt, quæ eo iure Regaliæ infra tempus iuris ad conferendum dati non contulit, vel si contulit, in materia aut forma peccauit, ratione cuius iuris ministerio causatur deuolutio, An illa ad papam, vel alium superiorẽ ecclesiasticum fiat, cumulatiuè, vel priuatiuè. Breuiter dic quoquomodo non fieri, quod sic ꝓbo. Primò, quo ad punctum negligentiæ, quia collatio iure Regaliæ potest vsque ad. xxx. annos à die aperturæ Regaliæ fieri, prout edicto perpetuò rex decreuit, vt patet in ordinatio. Ludoui. regis 12. arti. 11. in publica. 1499.

Secundò,

Secundò, quia maxima est Regaliæ materia, quòd donec * prima collatio, iure Regaliæ facta, suum fuerit sortita plenum, & pacificum effectum, de iure, & de facto, rex 2
confert priuatiuè, vt in simili dicitur, quòd in beneficio reseruato solus * papa habet collatiónem. dicit Rota in antiq. deci. 258. ratio, quia effectus reseruationis est ligare 3
inferiorem potestatem, vt disponere non possit de beneficio reseruato. ait etiã Rota in antiq. deci. 858. dixi firmando in addi. ad pragm. in. c. licet. in verbo causa, addi. 2. de elect. etiam in simili dixi de appositione manus papæ in tract. pensio. parte 4. q. 3. in prin.

Dico confert, ac si non cõtulisset, vel peccasset, vel infra tempus conferendi à iure præfixum, existeret, & tunc si suum est sortita plenum effectum, nunquam rex eo iure confert, sine noua vacatione, & noua Regaliæ apertura,
vt in simili dicit Rota ĩ antiq. deci. 283. quod ex * quo se- 4
mel reseruatio habuit effectum, non reconualescit sine noua papæ voluntate. l. quæ res. §. harena. ff. de solutio. iuncta. l. penul. in fine. de consul. lib. 12. C.

Facit, quia postquam priuilegium est consumptum, nõ potest amplius producere effectum, quod satis patet & liquet in naturalibus.

Pro ea doctrina habes aliud, quòd tradit Rota in antiq.
deci. 617. & 553. quòd semel * affectum semper durat af- 5
fectum, & aliud quòd vbi papa apposuit manum, alius vices suas nõ potest interponere. Rota in antiq. deci. 536. iuuat quod not. sup. in 7. priuilegio. nu. 4. tex. ĩ. c. vt nostrũ de appellatio. cum aliis, per nos adductis in d. q. 3. partis 4. tract. pensio.

Pręterea habes quòd in simili tradũt de Rota ĩ antiq. de-
ci. 293. quòd * resignatio ex causa permutationis facta in 6
curia, non inducit reseruationem, si permutatio non sor-

tiatur effectũ,qui in actibus hominum semper attenditur, vt probamus in.d.tract.pensio.parte 1.q.3.nu.7.

Ex quo igitur rex habet priuilegium,quòd semper possit conferre beneficium Regaliæ affectum,donec illa collatio prima eo iure fuerit sortita effectum,vt etiam probatur sup.in 2.priuilegio.& per gl.prag.in tit.de pacifi.poss. in verbo beneficium,sequitur dicendum,quòd est datum cõtemplatione suæ personæ,aut dignitatis regiæ,ideo per primam collationẽ potestas conferendi non est extincta, quod firmatur per id quod in simili tradit Ioã. Mo.in.c.sicut.nu.9.de verb. signi.lib.6. quem ibi sequũtur Io.And.
7 & Domi.Quòd si episcopus * habet priuilegiũ cũ tẽporis præfinitione,vt possit eligere quatuor clericos suis obsequiis insistentes,qui percipiant fructus suorũ beneficiorũ in absentia, illósque eligat, demum alter eorum cedit, vel decedit, certe loco illius alium potest subrogare.l. sicut. §.in annos.2.respõ.ff.quib.mod.vsufruc.amit.l.si ita fuerit.de lega.3. quod prosequitur Staph.in tract. de prærog. expecta.§.quinta pars principalis,quem videre licet.

Prouidebit igitur rex vsque ad tẽpus præfinitum, videlicet 30. annorum,vsque ad quod tempus in eo beneficio conferendo superiorem non recognoscit,cum hoc ius ab homine, sed à solo deo immediatè dicat obtinere, dico prouidebit,etiam in crastinũ primæ prouisionis , si collatio prima reperiatur nulla ipso iure , vel ope exceptionis annullanda,sic prouidebitur ecclesiæ perinde ac si haberet locum deuolutio, inuenta, ne ecclesiæ diu remaneant in suspenso.c.2.de concess.præbendæ. quod fit ad vtilitatem publicam.

Ex quibus habes,quòd in beneficiis in Regalia vacantibus,præuentioni non est locus,donec fuerit 30.annorũ lapsum tẽpus,quod est maius,quàm illud quod papa ĩ beneficiis

neficiis in curia vacantibus sibi priuatiuè reseruauit, quod est vnius mensis. c. 3. de præb. lib. 6.

Etiam habes, quòd licet * huiusmodi beneficia vacent 8 in curia, tamen de illis papa non disponit, sed rex priuatiuè, sic cessat decisio. c. 2. eo. ti. & lib. prout, & conciliũ Lateranen. in. c. nulla. de conces. præbend. vbi præfigitur semestre ordinariis, & aliis suis superioribus ad conferendũ cessant, & alia quàm plura, quę sunt iuris communis, huic iuri Regaliæ de directo contraria, vt fuit latè deductum infra quæst. 54.

Prædicta enim, gratia exempli posui, sic alios casus nõ exclusi, iuxta vulgatum, quòd * exempla non restringunt 9 regulam. l. si longius. ff. de iudic. c. primo. ne cler. vel mo. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. &. §. hactenus, insti. de gradib. Io. And. in. c. fi. col. prima. de conditio. appo. subdens quòd idem procedit in aliis, vbi est eadem ratio, etiam id firmat glos. regularum Cancel. in 25. dum dicit, quòd quæ ponuntur gratia exempli in curia, non firmant regulam in curia tantum. l. prima. §. quod vulgo. ff. de vi & vi armata.

Pro hoc habes text. in clemen. pen. de præbend. vbi episcopi ponuntur gratia exempli, quia archiepiscopi, & alii superiores ibi intelliguntur comprehensi, ait Petr. de Anchar. ibi, in primo nota. & Bonifaci. numer. 25. & Imola. nume. 9.

¶Summarium.

1 *Deuolutio an obtineat locum in beneficiis ad dispositionem regis, non tamen iure Regaliæ spectantibus.*

2 *Natura exceptionis, est firmare regulam in non exceptis.*

3 *De inferiore, ad superiorem, gradatim fit deuolutio.*

4 *Omissum remanet in iuris communis dispositione.*

5 *Ius spirituale non transit in laicum, nisi tanquam aqua per canale lapideum.*

6 *Episcopus absoluit reges, & alios principes in sua diœcesi delinquentes.*

7 *Eius est interpretari, cuius est condere.*

8 *Potestas inferiorum regulatur à lege superiorum.*

Excommunicantur reges per episcopos, non tamen rex Fràciæ.

9 *Lex generalis, omnes subditos ligat.*

10 *Lex scripta, de sui natura non disponit contra singularem personam, neque pro persona singulari.*

11 *Curia parlamenti de beneficiis iure Regaliæ collatis, priuatiuè cognoscit.*

¶ Quæstio XVI.

1 DEuolutio an * etiam vires obtineat in beneficiis ad collationem, præsentationem, nominationem, aut quanuis aliam dispositionem regis, alio medio, quàm iure Regaliæ spectātibus, vtpote ratione fundationis, dotationis, constructionis, vel aliàs, videlicet ad causam gardiæ minorem nobilium, ad quos ius præsentandi pertinet, vt in Normania sæpè accidit.

Breuiter dic obtinere, si contingat regem infra tempus iuris, ad prouidendum præfixi, non prouidere, seu in prouidendo, in materia vel forma peccare, quod sequentibus probo. Primò per ea quæ supr. in quæstione proxima fuere dicta, vbi exceptio est posita cuius natura * est, in aliis casibus firmare regulam, id est, in nō exceptis. l. nam quod liquide. ff. de penu lega. & l. quæsitum. §. denique. ff. de fundo instruct. dixi post Ioan. Mo. in rubrica de regulis iur. libro 6.

Secundò,

Secundò,quia si casus in.d.præceden. quæstione positus est à regula exceptio,ideo insequendo naturam ipsius regulæ,sequitur dicendum, * quòd de inferiore ad superiorẽ gradatim fit deuolutio, vt probamus in 4. præludio, tracta.deuolutio.notat Roma.in consi.361.in casu propositæ consultationis. 3

Tertiò,quia rex hoc in casu habetur in his disponẽdis, sicut alius laicus,qui si negligẽs,vel peccans in dispositione ad eum priuilegio, vel alio modo spectante reperiatur ad superiorem immediatum ipsius beneficii, ministerio iuris fit deuolutio, vt etiam firmo in.d.tract. deuolutio. parte prima.q.24.

Dico fit deuolutio, etiam si dicas regem conferre tanquam ecclesiasticum, quia etiam de eo negligente, vel peccante, modo prædicto fit deuolutio, quod prosequere, vt per Lap.de Castil.in tracta.de hospita.nu.44.

Quartò,quia alii modi quam iure Regaliæ conferendi non sunt in exceptione positi, id est, quòd in illis locum non obtineat deuolutio, sic tanquam * omissi remanent 4
in dispositione iuris communis.l.cõmodissimè.ff.de libe. & posthu.cum similibus.

Nec absurdum dicas regem habere episcopũ superiorem,maximè in spiritualibus, quæ non confert, aut aliter vices suas interponit, nisi tãquam episcopi,aut papæ,vel alterius ecclesiastici vicarius, per quem * spirituale non 5
trãsit,nisi tanquam aqua per canale lapideum, per ea quæ diximus in scala parte.2.art.laicus, & in art.clericus coniugatus. tex.in.c. si fuerit.1.quæst.1. Expedit enim magis fateri regem ius conferendi, etiam iure Regaliæ, habere ex priuilegio sedis apostolicæ, quàm alio medio, vt nos dicamus prouisos habere ius spirituale, non à Rege, sed à papa, cum illud, Rex laicus non possit dare, cum non ha-

beat. not.Bonifac.& Cardi.in clemen.vnica. de conceſſ. præbcn. Confert tamen ex priuilegio beneficia & dignitates eccleſiaſticas pleno iure,prout probare nititur Ioan. Ferault in tract.de iuribus regni Franciæ,priuilegio.8.

Habet enim rex epiſcopum in ſuperiorem,videlicet in illum in cuius diœceſi moratur,vel peccat.gloſſ.in.c.quicunque.de ſenten.excommunica.libr.6. vbi Ioan.Mona.

6 & Domi.qui,inquit,quòd epiſcopus * abſoluit reges,& alios principes in ſua diœceſi delinquentes, vel domicilium habentes.quod proſequitur Corſetus in tract.de poteſtate regia.quæſt.57.

Quis enim dubitat ſacerdotes Chriſti, principum, omníque fidelium patres,& magiſtros.verba ſunt B.Thomæ Cantuarien.ad Henricum regem Angliæ,qui ſubdit, Nónne miſerabilis inſaniæ eſſe cognoſcitur, ſi filius patrē, diſcipulus magiſtrum ſibi ſubiugare conetur. Dico ergo abſoluit epiſcopus reges,& illos etiam ex conſequēti excommunicat,per regulam quòd eius eſt abſoluere cu

7 ius eſt ligare, & econtrà. Et eius * eſt interpretari cuius eſt condere.c.ſicut enim.11.q.1.l.ex facto.ff.de vulgari.ca. cum veniſſent.de iudi.ca.inter.de ſenten.excommunica. not.Ioan.Mona.in cap.ordinarii. nume.7.de offic.ordi. libr.6. Decius poſt gloſſ.& doct.in.d.cap.cum veniſſent,

8 quod fit, * quia interpretatio legis idem eſt quod lex ipſa.l.ita fidei.C.de iure fiſci.Petr.de Anchar.in cap.conſtitutis.de elec.

Excommunicat quidem, vt notat.in cap.Valentinianus.63.diſtinct.& in cap.duo.95.diſtinctio. cap.ſi.autem. 11.quæſtio.3.per Petrum de Anchar.& Antho.de Butrio in cap.nouit. de iudic. dixi in ſcala parte,2.art.Secularis iudex.Tamen rex Franciæ ex priuilegio habet,ne à nullo ſui regni epiſcopo poſsit excommunicari,nec excom-

municatus

municatus declarari, vt probare nititur Ioan. Ferault, in sexto priuilegio regni Franciæ, quod dicit extendi ad regis officiarios pro actu exercitii iurisdictionis temporalis.

Ea igitur beneficia præmisso modo ad regis dispositionem pertinentia, secundum ius commune sunt tractanda & discutienda, vt est de mente glo. pragma. in tit. de pacific. poss. in verbo beneficium. In hoc enim casu rex dicitur inferior, sic sequitur doctrina, quòd potestas * inferiorum 8 regulatur à lege superiorum, quod si secundum ius cōmune sint tractanda, sequitur quòd in omnibus ius illud debet sequi, quia scripta in iure nolunt coartari prouincia, sed in toto orbe locum habere.

Hoc enim in casu rex non dicitur supremus princeps, sed subditus papæ, aliísque ecclesiasticis superioribus, & ex consequēti sacris canonibus, ideo ligatur per canones, quia regula est, quòd * lex generalis omnes subditos ligat, nisi excipiantur. tex. in. l. princeps. ff. de legib. c. omnis 9 anima. de censib. Et * lex scripta de sui natura non dispo- 10 nit contra singularem personam, neque pro singulari persona, sed in communi actiuè & passiuè. l. 1. in fine. ff. de excep. doli. Barto. in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. notat Aret. in consil. 23. nume. 11. in præsenti, idem de statuto, Angel. in concil. 213. colum. 2. Symon & Iacobus.

Postremò, attende in puncto huiusmodi * beneficiorū 11 ad regis dispositionem, non iure Regaliæ spectantium, quòd curia parlamenti, etiam cognoscere priuatiuè consueuit, & procedere, sicut in causis beneficiorum iure Regaliæ collatorum, pront pluribus arrestis patet, pro quo vide ordina. Ludo. 11. sub datum 1464. & regni sui 2. quam reperies in stillo parla. post arresta.

Summarium

¶Summarium.

1 *Rex an iure Regaliæ, ſolum poſſit conferre beneficia, quæ durante Regalia uacarunt.*
2 *Rex fungitur uice Romani pontificis.*
3 *An collatio papæ, uel prælati, uiribus ſubſiſtat, ſi de beneficio iuri Regaliæ affecto fuerit facta.*
4 *Appetens honorem, illum debet curare contingere, per bona media, & tempore competenti.*
5 *Bona eſt ſubſtantia, in qua peccatum non eſt.*
6 *Non ambitione, ſed labore, ad dignitatem conuenit peruenire.*

Quæſtio XVII.

1 REx an iure * Regaliæ ſolum poſſit conferre beneficia, quæ durante Regalia, vel aperta illa, vacauerunt. Breuiter dic, quòd non ſolum ea, ſed etiam quæ ante Regaliam nondum tamen collata, dummodo ad ſuperiores per lapſum temporis non fuerint deuoluta, vt ſupra. quæſtio. 14. fuit probatum.

Si autem non deuoluta ante aperturam Regaliæ, vſque ad 30. annos hoc iure poteſt conferre, nam vacatio illa, ſeu modus prouidendi per illam, eſt hucuſque penes regem, id eſt donec regalia ſuum plenum fuerit ſortita affectum. vt probatum eſt ſup. 2. priuilegio. prout & in pluribus locis huius præſentis operis.

Dico conferre, etiam ſi iure communi ſint ad ſedem a-
2 poſtolicam deuoluta. nam * tunc rex fungitur vice Romani pontificis, vt dictum eſt ſupra. in 50. priuilegio.

De illis enim ante. d. 30. annos non fit ad aliquem deuolutio, vt probatum fuit ſup. q. 15.

3 Vnum tamen videtur dicendum in propoſito, quòd ſi * papa

papã,aut alius prælatus iure ordinario,vel deuoluto, cesſante Regalia,beneficia sic in Regalia.d.30. annis durantibus existentia conferre poterat,ea non obstante Regalia,aliàs canonicè contulit,collatio valebit,dummodo illis durantibus annis,rex iure suo Regaliæ non conferat,quà tunc rex illa vice conferendi ius suum pro derelicto habuiſſe dicitur, & ad ius primæuum redire voluiſſe, sic est præsumendum, tam fauore beneficiorum, quàm animarum eorum qui sic per prælatos fuerunt prouisi, etiam quòd tunc videantur habere titulum coloratum. Nec illis videtur refragari dictum Ioan.Mona.in.c.2. nume.19. de conceſ.præbend. libr.6.quòd sperãs * vel appetens ho 4
norem,illum debet curare contingere per bona media,& tempore competenti, aliàs peccat, sic cum tali, diabolus triumphat.dicit Bald.in.c. ne pro defectu.de electio. Pro dicto Io.Mo.habes verbum Ecclesiastici.13.c.dicentis bo
na * illa est substantia,vbi peccatum non est in conscien- 5
tia:ideo dicit Seneca, Turpe lucrũ, vt dispendium fugito,merito dicitur,quòd quicquid acquirit seruus,acquirit domino, si iustè,secus si iniustè.l.cæteræ.§.sed & si quid. ff.familiæ hercis.

Item scriptum legitur,ꝙ * nec ambitione,sed labore ad 6
dignitatem conuenit peruenire.l.cõtra. de re milita.lib.12 C.l.si.quenquam.C.de epi.& cler.c.sicut. prima.q.7.

¶Summarium.

1 Rex *an iure Regaliæ, beneficia ad episcopatũ ratione unionis spectantia,conferre ualeat.*

2 *Eadem est ratio principalis & additamenti.*

3 *In ordinatis adinuicem, conceſſo,extincto.suspenso, uel illato principali,antecedentia,consequentia, & concomitantia ad illud uidentur conceſſa,extincta,suspensa,uel illata.*

in 6.Et hæc adde ad ea quę in terminis præſentis quęſtionis citantur ſup.39.& 40.priuilegiis, prout & quæ in ſimili leguntur in 7.& 16.priuilegiis.

Huiuſmodi enim vnire etiam videntur de pertinentiis
7 epiſcopatus,& ab eo depēdere,& doctrina eſt iuris,quòd * pertinentiæ ſunt eiuſdem naturæ cuius eſt à quo depēdet. arg.c.primi.de poſtu.præl.& Inno.ibi.Barb.in cōſ.57.col. 4.vol.4.Decius in cōſi.516.nu.23.& ſeq.Cal.in conſi.6.tit. de verbo.ſignifica.

Deciſionē huius quæſtionis nota, quia pro corona regni Franciæ militat, tum, quia iuri Regaliæ plura aduntur beneficia,eo iure per regem conferenda:ideo non eſſe mirandum, ſi de facili rex ipſe in huiuſmodi vnionibus ſuum præbeat conſenſum liberalem.

Hæc tamen coronæ vtilitas ſæpè in cultus diuini dimi-
8 nutionem redundat, & detrimentum, qui * potius debet augeri.cap.fina.de reſcript.lib.6.prout & quòd de ſecularibus eccleſiis fierent regulares ſub canonica & regulari obſeruantia, tam in capite, quàm in membris,ne ſic celeriter, & auidē ad eas Moderni accederent barbati,lanam ſine pelle in eccleſiis quærentes, non inſtar Chriſti apoſtolorum, qui non ſudarium, ſed Ieſum quæſierunt,Ioan.20.c. Nunquid aliquando legiſtis, quòd omnia tempus habent,id eſt tam ſapientes,quàm ſtulti, & literati,quàm ignari.

Hæc tranſeant cum cæteris erroribus, infinita inconuenientia in eccleſia dei,id eſt inter miniſtros illius cauſantibus,quibus prouideat concilium Tridentinum.

9 Nunquid etiam legiſtis,quòd * vno inconuenienti dato multa alia ſequūtur.l.ratas.C.de reſcind.vendi.not.in.l.ſi abrogare.ff.de adoptio. quòd quæ vnum inconueniēs totū actum vitiat.l.cum hi.§.ſi prætor.ff.de trāſact.Et quòd

iniuriæ

iniuriæ naſcuntur vnde iura naſci deberēt.l.meminerint. C.vnde vi.c.qualiter.el.1.de accuſatio.

Iniuria * enim eſt grauior quæ fit ab his qui nos tueri debent.l.3.§.de his.ff.ad ſilleia.&.§.aliæ.inſti.de dona. 10

Et plus tormenta ſæuiunt quæ ab his patimur,de quorũ mentibus prſumebamus iuxta dictum prophetæ,Pſalmo 52. Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique,tu vero vnanimis meus.hinc Decius poſt Bal.Angel. & Saly.in.l.fratris.3.not.C.de tranſactio.inquit,quòd ma ior * videtur perfidia venire contra conuentionem factam 11 cum coniuncto quàm cum extraneo.

Facit,quia nulla peſtis eſt ad nocendum efficatior, vel grauior,quàm familiaris inimicus. glo.Matth.c.7.& glo. in.l.prima.ff.ad Silleia.de tali videtur recordari Hier.9.c. ibi, in ore ſuo pacem cum amico ſuo loquitur, & occultè ei ponit inſidias.& qui * recipit inimicum in familiarem, 13 dicitur nutrire murem in pera, ſerpentem in gremio, & ignem in ſinu.c.& ſi iudæos.de iudæis.notat Decius in c. cum à deo,ad finē.de reſc.hinc Helena Paridi inquit,qui ſic intrabas hoſpes,an hoſtis eras. & dicit vulgare Italorum * Guarda à chi te fida. Bald.in authen. ex cauſa.C. 14 de liber. præter. merito dictum eſt per ſanctum Thomam Archiepiſcopum Cantuarien. ad ſuos epiſcopos ſuffraganeos ſcribentē, Quòd meliora ſunt verbera amici,quàm fraudulenta oſcula inimici. & idē ad Salaſoien. epiſcopum. Facilius eſt euitare diſcordem,quàm declinare fallacem.

¶Summarium.

1 *Beneficia iuri Regaliæ affecta, an Rex eo iure poſſit in commendam dare.*

2 *Vbi lex,uel priuilegium non loquitur,nec nos loqui debemus.*

3 *Qui de iure speciali potest beneficium conferre, illud non potest commendare.*
4 *Commendare beneficia ad uitam, spectat ad papam.*
5 *Capitulum sede uacante, beneficia commendat, ad episcopi dispositionem pertinentia.*
6 *Vnus modus prouidendi, alium modum non comprehendit.*
7 *Lex de una persona loquens, ad aliam non extenditur.*
8 *Tantum præscriptum, quantum possessum.*
9 *Legatus non confert beneficia generaliter reseruata.*
10 *Standum est regulæ, donec contrarium probetur.*
11 *Collatoribus ordinariis, suum ministerium subtrahitur, dum unicuique sua iurisdictio non seruatur.*
12 *Principes nullam habent ecclesiæ Romanæ reuerentiam, nisi ad emungendum ab ea iura & priuilegia.*
13 *Licet iurisdictio temporalis sit filia iurisdictionis spiritualis, tamen filia matrem suffocat.*
14 *Prælati sunt muti, & de iure suo malè tuti.*
15 *Gladii ecclesiæ, patiuntur rubiginem pro tempore.*
16 *Per duos gladios ecclesiæ, duæ potestates designantur.*
17 *Papa est Moyse maior.*

Quæstio XIX.

1 Beneficia * Regaliæ affecta, an rex eo iure Regaliæ posſit commendare, ſeu in commendam dare, ad tempus vel in perpetuum, id eſt ad certum tempus, vel ad vitam commendatarii. Breuiter dic quòd nec ad tempus, nec ad vitam, tum primo, quia ius, aut priuilegium Regaliæ, ſolùm loquitur de collatione, non de commenda, vt patet ex tenore Philippinæ, ſupr. in 5. parte præfationis tractatus Regal. inſertæ. ergo nec nos loqui debemus per regulam, ſeu doctrinam vulgatam, quòd vbi

vbi * lex, vel priuilegium non loquitur, nec nos loqui 2
debemus. l.de prætio.ff.de publicia.l.in venditione.§. de tempore.ff.de bo.author.iudic. poſ.glo.in.c. cum ſingula. de præbend.lib.6. Ad idem glo. poſt text. in.l.ſi rem quam.ff.de euictio.quæ ait, quòd vbi lex nõ determinat, nec ego.

Tum ſecũdò, quia rex de iure ſpeciali collationem iure Regaliç facit,& doctrina eſt,quod is * qui de iure ſpeciali 3
poteſt beneficium conferre,illud non poteſt commendare,ait Domi.in.c.nemo.in fine.de elect.lib.6.& Feli.in.c. auditis,nu.12. de præſcript. Ex quo & ſequentibus infertur,quòd ſi eccleſia cathedralis Regaliæ affecta reperiatur regularis, & ex conſequenti beneficia ad ipſius eccleſiæ epiſcopi diſpoſitionem pertinentia regularia, quòd rex iure Regaliæ illa regularibus tenebitur conferre, quia non ſecularibus, cum regularia illis non poſsint conferri, ſed tãtum per papã,aut medio eius diſpẽſationis cõmendari.

Tum tertiò,quia * cõmendare beneficia,maximè ad tẽ 4
pus incertum,id eſt ad vitam,priuatiuè ſpectat ad papam, ad inferiores autem ad ſex mẽſes.d.c.nemo. vbi ſolum fit mentio de parochialibus,de quibus rex eo iure non diſponit,vt probatum fuit ſup.q.10.

Et dic inferiores,vtpote capitulũ ſede vacãte, * quia cõ 5
mẽdat beneficia ad epiſcopi diſpoſitionẽ pertinẽtia quouſque per ſuperiorẽ fuerit prouiſum.notat Pan.& Fran.in c.bonæ. de appel.& Car.in.c.illa.ne ſede vacan.

Tum quartò,quia vnus * prouidẽdi modus,aliũ modũ 6
non cõprehendit.c.ſuſceptum de reſc.lib.6.c.cui de non. de præb.eo.lib.cũ aliis per nos adductis in trac.deuo.parte prima.q.23.vbi diximus,quòd expreſsio vnius modi vacandi,alium non comprehendit.

Sic in ſimili,modus vnus prouidendi alium non inclu-

7 dit,ſicut mors vnius non eſt mors alterius, & lex * loquēs de vna perſona,ad aliam non extenditur.glo. & doct.in.l. fi.ff.de in ius voc.

8 Tum quintò,quia iuris doctrina eſt,quòd tantū * præſcriptum,quantum poſſeſſum, vt in ſimili latè probamus apud Ioan.Mo.in.c. cum in illis.de præbend,libr.6.gloſ. pragma.in tit. de concubi.§.quòd ſi hi.in verbo pertinet. text.in.c.fi.de officio archid. & in.c.auditis.& in.c. cum olim.de præſcriptio.Rota in no.deci.398.& in antiq.deci. 218.& 531.& 708.& Cald.conſi.3.ti.de renuntiatio.

Sed rex,ius Regaliæ, inter alia ex immemoriali poſſeſſione,& longa preſcriptione,etiā & longiſsima per modū collationis habere prætendit, igitur per alium modū non poſſeſſum, nec præſcriptum (per dictam doctrinam) non poteſt prætendere illud ius habere.

Præterea facit quod in ſimili do.de Rota tradūt in an-
9 tiq.deci.460.quòd legatus * habens poteſtatem conferēdi beneficia qualitercunque vacantia, virtute illius poteſtatis, non poteſt conferre beneficia generaliter reſeruata,quia in illis poteſtatibus non veniunt.

Ideo quando papa vult,quòd legatus ipſe illa conferat, in facultate illud exprimit,aliàs videtur denegare.c. ad audientiam.de deci.Regula enim eſt pro papa, & exceptio
10 pro inferioribus.Et ſtandum * eſt regulæ,donec contrarium probetur.not.Archi.in.c.vnico,col.fi.de cler.ægro. lib.6.& Caſſado.deci.3.nu.6.ti.de procu.allegat Bal.in.l.ſi tutor.C.de ſeruo pig.dato.hic Frede.in cōſ.207.dicit nō eſſe recedendū à regula niſi caueatur aliquo iure ſpeciali.

Si enim iure Regaliæ perpetuo poſſet rex beneficia cōmendare, ſequeretur vnum abſurdum, videlicet quòd in perpetuum, & omne per æuum talia beneficia eſſent ſub Regalia, ſi aſtipulemur opinioni officialium curiæ Romanæ

manæ dicentium(dum cęditur commendæ,)beneficia cõ mendata, eo modo vacare quo priusquam commẽdarentur vacabant, sic non esse titulum, vt etiam placet regalistis per ea quæ in proxima & seq. quæstione dicũtur,ideo semper essent in Regalia,tanquam in ea vacantia,sic papę & aliis collatoribus ordinariis potestas illa cõferendi cursu temporis esset sublata, & in regem omnino translata, cum solum per modum, aut formam commendæ de illis prouideret,vt possent semper esse dicto iuri affecta, quod est contra illud concilii Basilien.titu.de collatio. in prag. quòd * collatoribus ordinariis suum ministerium sub- 11
trahitur,& confunditur ordo ecclesiasticus, dum vnicuique sua iurisdictio nõ seruatur, quòd nota contra quosdam ecclesiæ Dei rebelles,qui diu prosperare non sunt visi.Dicit enim Iacoba.in tracta. de consilio lib.4.col.fi. ꝙ principes * nullam habent reuerentiam ecclesiæ,Roma- 12
næ,nisi ad emungendum ab ea ius decimandi,& priuilegia,ac iura patronatus,pragmaticas,monarchias, & nominationes,vtinam ab his abstinerent,& melius à principio abstinuissent.Nã parua scintila serpens,si non statim opprimatur,totum orbem incendit.c.resecãda.24.q.3.Equidem licet * iurisdictio tẽporalis sit filia iurisdictionis spi 13
ritualis,tamen filia suffocat matrem. Bald.in.c.si duobus. de appella.

Defendant igitur prælati iura ministrorum Dei,& ecclesiæ eius sponsæ, nec propter inhibitiones laicorum iustitiã dimittam, sed per censuras tueantur ecclesiasticas.c. primo.de offic.delegat.&.c.dilecto.de senten.excommu. lib.6.&.c.2.de excep.eod.lib. & defendendo, laicos compellant,vt à talibus inhibitionibus desistant. ca.cum laici. de rebus ecclesi.non alienand.Sed Ioan.And. Hostien.& Barba.in.c.2.de foro compe. dicũt quòd prælati quæren-

tes transitoriam pacem, vti canes, non audent procedere
14 contra tales, sic * sunt muti, & de iure suo malè tuti, vel cum sint cornuti non audent cornibus vti. Equidem nec latrare, contra eos qui possunt mordere, cum gladius laicorum sit acutus, tamen aliquando gladii ecclesiæ fient,
15 prout & sunt acutissimi, illi tamen * patiuntur rubiginē pro tēpore, & interim dicitur, Sit autem fortitudo nostra lex iustitiæ. Sapien. c. 2. Sic succedit verbum Bald. in. c. 1. col. 2. de seque. pos. quòd arma fauent potentioribus nō iustioribus. hinc glo. Ezech. c. 19. ait, quòd ī electionibus & ecclesiasticis promotionibus aliquādo plus attēditur ad potentiam & astutiam eligendi, quàm ad scientiam, & veritatem, & subdit ipsa glo. quòd tales dicuntur plantati, id est promoti in sanguine, id est consanguineorum fortitudine, vel timore. De talibus loquitur diuus Bernardus, cuius sunt verba, O vtinam prælati tam vigiles reperirētur ad curam, quàm alacres ad cathedram.

Habent enim papa, & episcopi gladios duos, qui ab Apostolis obtinebantur, quos dominus voluit esse Petri, id est penes Petrum, & alios Apostolos, quibus & Petro
16 papa & ipsi episcopi successerunt, * per quos gladios intelliguntur potestates duæ, ecclesiastica, videlicet & temporalis, quæ significantur per duas claues, quæ non vnica Petro sunt datæ. Nunquid papa successit Moysi, qui
17 vtrunque gladium habuit. c. admonere. 33. q. 2. sic * papa non est minor, sed maior Moyse, qui solum genti Hebreæ præfuit, papa autem omni genti, id est totius orbis, tanquam vicarius Christi, qui totius orbis est dominus, & vtraque vsus potestate. Nunquid eiecit ementes & vendentes de templo cum funiculis? Ioan. cap. 2. Et hæc sint incidenter dicta, non tamen in vanum, si intelligas votum nostrum, & præsentis temporis cursum, in quo sapientibus

pientibus denegatur audientia, fatuis tamen rarò.

¶Summarium.

1 *Si beneficium Regaliæ affectum tempore illius aperturæ reperiatur commendatum, an commenda non obstante, rex iure Regaliæ, tanquam uacans illud poßit conferre.*
2 *An commenda dicatur titulus.*
3 *Tempus quo beneficium est commendatum, de præscriptione non subducitur.*
4 *Commenda secundum regalistas, titulus non dicitur.*
5 *An Regalia locum habeat durante commenda.*

Quæstio XX.

SI beneficium Regaliæ affectum, tempore illius aperturæ reperiatur commēdatum, An * ea non obstante commenda, rex iu- 1
re Regaliæ tanquam vacans in Regalia, illud posſit conferre? Quæſtio hæc tangitur in.3.priuilegio.vbi Domi.Rufæus vtranque nititur ſubſtinere partem, vt ibi licet videre. Et tota difficultas ia
cet an commenda * dicatur titulus, vt eius medio, bene- 2
ficium commendatum, amplius vacare non dicatur, ſed per illam locus ſit, & de iure, & de facto, poſſeſsione tamen adepta, repletus, in quo Galli ſunt varii. Nam quādo ſunt in non Regaliæ terminis, ſed in aliis, fixo tenent pede, cōmendam titulum verum eſſe, & vim tituli in omnibus habere, quod placet Guido.papę deciſ.152.quæ exordium ſumit, Quinta concluſio, dum inquit, ꝙ * de tē- 3
pore præſcriptionis non ſubducitur tempus quo eccleſia data fuit in commendam, quia tunc non dicitur vacare, quod latè firmo apud Ioan.Mona.in cap.nemo. de elect.

in 6.quod sit maximè,vt vni obuietur incõuenienti,quod est,quia si aliter dicerent beneficium semel per papam cõmendatum, aut per prius in curia resignatum, tanquam in curia vacans,semper per eundem priuatiuè posset conferri,tanquam affectum,siue reseruatum.

Sic illius beneficii ordinarius collator, iure conferendi omnino priuaretur,ait glo.pragm.in titu. de elect.c.licet. in verbo causa.in fin.vbi dixi, quibus adde quæ in.d.3.priuilegio.nume.6.& sequen.sunt dicta,prout & supra quæstione proxima.& infra.nume.5.

Quando verò sunt in terminis Regaliæ,etiam fixo,te-
4 nent pede,commendam verũ * non esse titulum,&per eã, aut eius medio, nec de iure, nec de facto locũ esse repletum,aut saltem non impedire,quo minus beneficium cõmendatum rex iure Regaliæ tempore illius aperturæ possit conferre.Sic conueniunt cum curialibus Romanis,dicentibus,dum commendæ cęditur, eo modo beneficium commendatum vacare,quo priusquam cõmendaretur vacabat,per quod inferunt commendam non esse verum titulum.Ista est sententia regalistarum quę pluribus arrestis curiæ parlamenti reperitur confirmata.de aliquibus quorum meminit Domi.Rufæ.in.d.3.priuilegio,quibus adde arrestum per curiam ipsam pronunciatũ.1489.ratione archidiaconatus Constan. in ecclesia Constan. inter magistrum Petrum de Serisay regalistam,& Guillermum cardinalem de Stotauilla vulgariter nuncupatum, vbi videre licet hãc quæstionem latè ad partes deductam:ideo illud videto,quia aliter breuitatis causa non refero,sed ratem sisto,vt in simili,inquit Ioan.Mona.in.c.exiit.de verb.sign. in 6. Dico sisto, postquam ad ea quæ supra.q.7.diximus, te remiserimus,& ad citata per Ioãnem Galli.quæstio 18.
5 vbi disputat, * an Regalia locum habeat durante commenda,

Arestũ.

menda,& in episcopatu cõmendato cuidam cardinali effecto. Et dicit fuisse datum arrestum pro regalista contra prouisum à papa, qui post episcopatum commendatum, vacantem per promotionem ad cardinalatum eidem fecerat collationem, quia licet eidem promoto, qui etiam ante promotionem episcopatum obtinebat in titulum, fuerit episcopatus commendatus, tamen dubile fuit momentum quo vacauit episcopatus, per quam vacationem momentaneã, aperta fuit ipso iure Regalia, quæ durat donec fuerit clausa, vtpote per ea quæ diximus infra.q.53. Per eã enim clauditur, ac si episcopatus in titulũ esset datus, aliàs promotio cardinalatus non modicum cardinali, & eius ecclesiæ commendatæ afferret præiudiciũ, quia ex ea nullum reciperet commodum temporale, cum tẽpore aperturæ Regaliæ rex fructus episcopatus faciat suos, vt dictũ fuit quæstio.49. Etiam nec vllum beneficium (exceptis parochialibus & vicariis perpetuis) conferret cum omnia beneficia ad plenam episcopi dispositionem pertinẽtia durante Regalia vacantia, rex etiam iure Regaliæ conferat, vt etiam dictum fuit supra.q.9. & in multis aliis quæstio.

Arrestũ.

Summarium.

1 *Beneficia aperta Regalia uacantia, aliàs graduatis & nominatis debita, an rex iure Regaliæ, aliis possit conferre.*

2 *Non teneri, probatur.*

3 *Qui certum deserit ordinem, lætos & efficaces non habet exitus.*

4 *Si quis in suo impeditur turno, sequentem turnum habet.*

Quæstio XXI.

Beneficia aperta Regalia vacãtia, aliàs graduatis & nominatis iure Galliæ affecta & debita, * an rex iure Regaliæ aliis quàm prædictis qualificatis possit conferre, 1

Pone pro faciliori intelligẽtia facti Petrus, aliàs per vniuersitatẽ Parisien.episcopo Parisien.fuit nominatus, Accidit longo tempore lapso, quòd in mense Iulio nominatis affecto, ipse Parisien.episcopus ab humanis decessit, sic aperta est Regalia, & postmodum eo in mense, prębenda ecclesiæ Parisien.per obitũ Guillermi vacauit, Modo Petrus tanquam antiquior nominatus, cum præbendam per regem tunc ratione dictæ Regaliæ eiusdem præbendæ, & aliorum beneficiorũ ad collationem, aut plenã dicti episcopi dispositionem pertinentium collatorẽ petiit sibi cõferri, quòd facere rex renuit, sed alii nõ nominato iure Regaliæ cõtulit, ob quam refutationem archiepiscopus Senonen.d.episcopi superior immediatus eandem præbendam eidem Petro tanquã nominato contulit. Nunc quæritur de viribus huiusmodi duarum collationum, & quis illorum victoriam debeat obtinere, an videlicet regalista
2 aut nominat⁹? Breuiter dic quòd regalista, tum, quia * rex nominatis & aliis qualificatis, etiam mandatariis apostolicis, de beneficiis in Regalia vacãtibus, nõ tenetur prouidere, cum illæ non tanquam subrogatus in locum episcopi collatoris ordinarii, sed ex quodã iure speciali immediatè, non à papa, aut alio superiore ecclesiastico, sed à Deo procedente conferat, vt dictum fuit supra. q.2.

Tum, quia nominationes, mandata, & aliæ consimiles gratiæ, solùm collatoribus ordinarii diriguntur, non ipsi regi, vt patet intuẽti iura Galliæ, videlicet pragmaticam & cõcordata, quæ solùm loquuntur de prælatis ecclesiasticis, & beneficiis ad eorum dispositionem pertinẽtibus, quod firmatum videtur per tex.in tit. de anna. in.§.item quòd dicta quinta pars.in pragm.ibi, Exceptis beneficiis quorum ius pat.præsentatio, collatio, institutio, vel prouisio ad regem iure Regaliæ, vel aliàs, &c.

Tum,

Tum,quia si rex talibus conferre teneretur liberam, nō haberet in beneficiis in Regalia vacantibus dispositionē, qué tamen debet habere,aliàs frustraretur iure suo,quod dícere non conuenit viro merito,glo.pragma.in.d.tit.de anna.§.item quod dicta.in verbo Regaliæ.& in ti.de col latio.in.§.item quod ad dictas.in verb.ecclesiastico,dicit hæc beneficia iure Regaliæ cōferenda in noïationib⁹ nō cōprehēdūtur,quod placet d.Rufæo,in priuilegio 9.nu.3

Tum,quia nominatus in eo,modicum patitur præiudicium, cum poterit Regalia clausa, per episcopū de alio beneficio ꝓuideri,prout mādatarius apostolicus,cui etiā non poterit obiici,ꝙ beneficiū in Regalia vacās erat primum post mēsem intimationis sui mādati vacās,ideo sibi debitum,quia non erat,cum regi deberetur priuatiuè.

Attēdant igitur mandatarii,& nominati, ne suum certum ordinem deserāt.i.non regem, sed ordinarios collatores liberè dispenētes requirant,aliàs succedet vulgare. Qui * certū deserit ordinē lętos & efficaces nō habet exitus.l.sed cū nulla.ff.de re iudi.Ex quib⁹ infertur ꝙ si prębēda theologalis ecclesię Paris.aperta Regalia vacaret,ꝙ rex iure Regaliæ alteri q̄ theologo cōferre posset. Sic dicitur fuisse obseruatū in præbēda theologali ecclesiæ Mel den.quia eā rex aperta Regalia nō theologo cōtulit dicto iure Regaliæ.Meminit Do.Rufæ.supra.31.priuileg.nu.3. 3

Quòd si dixeris ergo ecclesia illa amplius non habebit præbendam theologalem,quia imò,nam prima postea vacans extra Regaliam debent theologo assignari, idem dic in mandatario Apostolico, quod potest firmari per id quod notant Domi. de Rota, decisione.190. in antiquis. vbi ponunt, quòd quando * primus collator impeditur in suo turno,habet sequentē turnum, quod prosequere,vt per nos in tracta.pensio.parte.1.q.5.nume.46. 4

& in tracta.deuolutio.parte prima.q.5.istud etiam prosequitur Do.Petr.Rebuf.in rub.de manda.apostol.in verbo quinquaginta.dum quærit, Quid si duobus conferentibus alternatim directum sit mandatum, an conferenti ratione mandati computetur in suo turno, ibi distinguit cuius distinctionem videre licet, quia placebit, subdẽs quòd collatio facta causa permutationis operatur turnum, etiam si non fuerit possessio subsecuta.

¶Summarium.

1 *Collationes iure Regaliæ (illa clausula) per regem factæ, de beneficiis ante aperturam in Regalia uacare repertis, siue ea durante uacantibus, an uiribus subsistant?*

2 *Decimæ prædiales tempore recollectionis fructuum debent peti, quia post non possunt.*

Quæstio XXII.

I COllationes * iure Regaliæ (illa clausa) per regem factæ de beneficiis ante illius aperturã in Regalia vacare repertis, siue ea durante vacantibus, an viribus subsistãt? Breuiter dic secundum aliquos, non subsistere, dicentes, quòd ad earum collationum iure Regaliæ validitatem factarum opus est, quòd ille fiant durante illius apertura, & non ante, vel post, id est necesse est, quòd de vacantibus repertis ante vltimam aperturam, tempore aperturæ fiant, & de vacantibus tempore illius aperturæ ꝙ ea etiam tẽpore, aut quòd alia expectetur noua apertura, subdẽtes pro hoc quòd ius Regaliæ per regẽ exerceri non potest, nisi tempore aperturæ, vt resultat ex operis discursu, maximè ex eo quòd tradit Do.Rufæ.in priuilegio.44. nu.5.quod fit, quia rex ius illud habere prætendit, eo maximè

ximè ꝙ tempore aperturæ fructus episcopatus facit suos sic tempore vsusfructus colligendos,non alio, quod etiā potest firmari per id quod tradit Archidi. in.c.si propter. col.4.de res.in 6.& in.c.1.de deci.eo.lib.quòd si * decimę prædiales tempore recollectionis fructuū non fuerint petitæ,amplius peti non possunt,meminit Rota decis.25.in antiq.& Feli.in.c.si autem.col.3.in fi.de resc.Contraria tamen opinio vires in praxi obtinet,quia etiam post clausam Regaliam rex iure Regaliæ confert beneficia quę tēpore Regaliæ apertæ vacarunt,& vacare reperta fuerunt, tanquam ipsi iuri affecta, & vsque ad lapsum tēporis. 30. annorum,vt diximus supra.q.15.nu.1.dico incipiēdorum, vt dicitur in.q.sequen. 2

¶Summarium.

1 *A quo tempore triginta anni,ad iure Regaliæ cōferendum dati incipiant.*

2 *In mora modici temporis,modicum est præiudicium.*

3 *Vt euitetur scandalum,multa permittuntur,quæ aliàs nō permitterentur.*

Quæstio XXIII.

Via supra in.23.& 42.priuilegiis dictum est beneficiū iure Regaliæ impetrari nō posse, nisi infra.30.annos,quia Regalia quo ad ius conferendi vltra illud tempus non durat. Nunc quæro * à quo tempore dicti triginta anni,an à die vacationis beneficii,aut aperturæ Regaliæ, vel illius clausuræ initium sumant. Breuiter videtur dicendum quòd potius à die vacationis,ne diu beneficia turbentur,& remaneant in incerto, per ea quæ not. in tit. de pacifi.poss.in prag. & cōcor.ac cancel.apo. regulis.in quibus locis multa possunt pro hac parte colligi motiua. 1

Tu tamen dic tutius esse dicere, quòd imò à die clausæ Regaliæ propter argu. quæ in.d.42.pruileg. pro Regalia sunt adducta, in quo magnum non est incõueniens, tum, quia Regalia pauco tempore solet durare, sic in ea com-
2 putatione magnum nõ est præiudiciũ, iuxta illud quòd * in mora modici temporis modicum est præiudicium.l.si debitori.ff.de iudic.cum similibus per nos citatis in tracta.deuolutio. parte.2.q.25. & tracta. pensio.parte.1.q.29. Ideo regi in eo est deferendum, maximè si ex non delatione sequi posset scandalum. dicit in simili Ioan.Mona.
3 in.c.1.nu.5.de præben.lib.6.vbi dixi apud eum, vt * enim euitetur scãdalum multa permittuntur, quæ aliàs nõ permitterẽtur, vt probo in scala beneficia.parte.2.in.ar.Scandalum, quibus adde quæ dixi in tracta.deuolutio.parte.4. q.23.& Præposi.in cap.de rebus.12.q.2. Et hæc in puncto sufficiant, quia de raro occurrit contingentia facti.

Summarium.

1 *Rex iure Regaliæ confert beneficia, quæ ante Regaliæ aperturam uacauerunt, & ea aperta adhuc reperiũtur uacantia.*

2 *Maxima Regaliæ est attendenda, & seruanda, sicut ordo iuris, uel legis debet seruari.*

3 *Cautela legis est seruanda.*

Quæstio XXIIII.

1 Beneficia * quæ ante aperturã Regaliæ vacauerunt, eáq; adhuc aperta reperiuntur vacãtia, an rex iure Regaliæ posit cõferre? Breui dic quòd sic, siue de iure, & de facto, aut ipsorũ altero solùm, reperiãtur vacare: & illa vacatio semper est penes regẽ, donec Regalia suũ plenũ fuerit sortita effectũ.i.regalista de eo beneficio pacificè

pacificè & quietè gauisus fuerit, nõ inquietatus, ĩpeditus, vel turbat⁹. Dico semp.i.vsq; ad 30.annos à tẽpore clausę regaliæ cõputãdos, p ea quæ dixim⁹ supra.14.& pxima.q.

Ista est maxima in materia Regaliæ, quæ est * attẽdanda, & seruãda, sicut ordo iuris, vel legis debet seruari.l.in testamẽto.vbi Bal.C.de suis & legiti.hæred.& in authen. hoc amplius.C.de fideicõ. Etiã si in ea lege non videatur ratio aliqua.l.pspexit.ff.qui & à quib.quã legẽ dicit spiritu carere. Idẽ Bal.in.l.nõ dubiũ.C.de legib.& Cy.in.l.1.C. quę sit lõga cõsuetudo, ĩquit illã semp turbasse spiritũ Petri de Bella partica.meminit Corneus cõsi.58.col.4.versi. Nihilominus.volu.4. Sequenda * igitur est, vt legis cautela, ait Areti.in consi.31.nume.6.Considerata. 2 3

¶Summarium.

1 *Beneficia quæ aperta Regalia reperiũtur litigiosa, rex iure Regaliæ potest conferre.*

2 *Instantia petitorii non requirit præcedere possessionem beneficii, seu illius apprehensionem*

3 *In beneficialibus, modici cõmodi est apprehensio possessionis.*

4 *Reus non est à sua possessione repellendus, sed potius ab impetitione actoris absoluendus.*

5 *Iura magis abhorrent, quòd nullũ habens titulum ingrediatur beneficium, quàm ingressus per non habentem eiiciatur.*

6 *Quis ex sua malitia non debet reportare commodum.*

7 *Citatio quæ paulo ante mortẽ contra beneficiatũ facta fuit, non operatur litigium in beneficio.*

8 *Futurus dolus non remittitur.*

9 *Rescriptum quod inuitat ad delinquendum, non ualet.*

10 *Intentio legislatoris, est ciues facere bonos, per bonorum operũ assuefactionem.*

11 *Ante factum est malitiis obuiandum, ne cõmittantur, post factũ uerò commissa sunt punienda.*

1 APerta Regalia, si reperiantur inter * aliquos beneficia litigiosa ad plenariam dispositionem episcopi pertinentia, cuius episcopatus est Regaliæ affectus, an locus sit collationi Regaliæ, quæ effectum obtinere posit? Dico quòd sic, quia licet illa de iure non vacent, tamẽ de facto, ita reperio fuisse iudicatum per arrestũ 18. Ianuarii. 1386. ratione præbẽdæ sancti Bartholomæi Beluacens. in fauorem magistri Nicolai de Hossaya regalistæ, contra magistrum Henricum roussselli. Quæ autem sit ratio videtur (vt ex tenore dicti arresti resultat) quia agebatur in curia Romana, & competitor dicti Rousselli ante eius obitum dictæ præbendæ non fuerat possessionem adeptus, quam assequi non curauit, quia petitoriè so-

Arestũ.

2 lum agebatur, * quæ instantia illam præcedere nõ requirit, sicut facit actio seu instantia possessoria, sic de facto locus nõ erat repletus, quod est de requisitis, vt locus sit Regaliæ, vt probamus infra. q. 27. nũ. 2. & seq.

Ex quo infero, quòd in hoc casu non militat iuris do-
3 ctrina, quòd * in beneficialibus modici est commodi adeptio possessionis, seu ipsa possessio, vt ꝓbamus infr. q. 29. & latius in tract. deuolu. parte. 1. q. 14. quod semper nõ dicas procedere, sed possessionem aliquando multũ prodesse, vt hic. Pone etiam per do. Rota in no. deci. 160. vbi
4 dicunt, quòd licet nõ constat de iure actoris & rei, tamẽ * reus nõ est à sua possessione repellẽdus, sed potius ab impetitione actoris absoluẽdus, quod latè firmamus in tract. pensio. parte. 4. q. 8. pro hoc habes ordi. Francisc. regis. ar.
5 58. publica. 1539. Ratio prædictorum est, quia iura * magis abhorrent, quòd nullũ habens titulũ ingrediatur beneficium, quàm ingressus per non habentem eiiciatur per regulam quòd turpius eiicitur quàm non admittatur hospes,

ſpes, & per aliam quod in pari cauſa melior eſt conditio poſsidentis, vt multipliciter probo in tracta. diſpen. mēb. 5. parte prima. num. 30.

Vnum tamen eſt, quod non erit locus collationi iure Regaliæ præmiſſo modo factę, ſi regaliſta beneficium fecerit, aut fieri procurauerit litigioſum, vt quia vidit de ꝓximo Regaliam aperturam, de faciliq; iure Regaliæ obtinere poſſe collationem. Nam tunc collatio illa ei prodeſſe non poteſt, * ne ex ſua malitia commodum repor 6
tet, quod facere non debet, per ea quæ diximus in ſimili, in tractatu deuolutio. parte prima. q. 29. quibus adde quod tradit Caſſādo. deci. 7. titu. de dolo & contuma. vbi ponit de beneficiato * paulo ante mortem citato, vt beneficiū 7
fieret litigioſum, & illud poſt obitum faciliter obtineret, propter nō probatas qualificationes, fortè per eū, aut medio illius furtiuè captas, quia litigiū hoc, illi non prodeſt, vide quæ in ſimili tradit Freder. in cōſi. 258. & Cal. in cōſi. 10. titu. de re iudica. & Ioan. Galli. q. 15. per arreſtū curiæ.

Aliàs ſi prodeſſet, daretur occaſio delinquendi, quod iura vetant, tanquam turpe, quibuſcunque verbis ſit prolatum. l. 1. C. ſi aduer. ven. cle. vnica. §. cæterum. de cōceſſ. præb. l. 2. C. de indit. viduita. tol. tum, quia * futurus dolus 8
remitteretur quod iura nō patiuntur. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pac. Nec enim datur venia alicui peccatū committere volēti, vel in errore durare, quia remiſsio fit pœnitenti, & pœnitere & operari ſimul ſtare nō poſſunt: ideo Saly. in. l. caſtitati. C. ad leg. Iul. de adult. inquit, * ꝙ reſcriptū dans 9
remiſsionem pœnæ infligendæ, ante cōmiſſum delictum nō valet, quia inuitat ad delinquendū quod fit, quia intētio * legiſlatoris eſt ciues facere bonos, ꝑ aſſuefactionē bo 10
norū operū, dicit Philo. 2. ethic. ſicut officiū ſuperiorū eſt obuiare maleficii & delictis. Nam inquit Bal. in. l. nullus.

11 not.2.poſt tex.C.de ſum.tri.quòd * ante factum eſt maleficiis obuiandũ,ne committantur, poſt factũ verò commiſſa ſunt punienda.hinc Hoſti.in.c.venerabilem.col.6. de elec. ait quòd regum officium eſt facere iudiciũ & iuſtitiam,& liberare de manu calumniantium vi oppreſſos, etiam nõ ſolùm liberare,ſed nec pati debent vt eorũ conniuentia ab aliis contriſtentur, nec effundãt ſanguinem innocentium

¶Summarium.

1 *Beneficia,quando dicantur uacare de facto.*
2 *Ante acceptationem,beneficium non dicitur eſſe titularii.*
3 *Si titularius eſt beneficio inutilis,illud dicitur de facto uacare.*
4 *In facto conſiſtentia,abeſſe præſumuntur,niſi probentur.*
5 *Qui non facit quod debet,quod debetur non recipiet.*
6 *Fruſtra pet.t debitum,qui quod debet non impendit.*
7 *Quod de iure non poteſt impleri,impleatur de facto.*
8 *Plerunque uerba interpretantur de facto,ex quo de iure interpretari non poſſunt.*
9 *Magnus eſt effectus, quando iuri ſatisfit.*

Quæſtio XXVI.

1 QVando beneficium dicatur de facto vacare,dic * quòd pluribus modis.

Primò,quãdo ex nouo titulo, capta nõ eſt poſſeſsio.i.nullus in poſſeſsione reperitur,vt ſupra quæſtione proxima habuiſtis exemplum.& infra proximę ſequenti quæſtione.

Secũdò,quãdò aliquid de requiſitis deeſt, ſic eſt actus imperfectus qui de ſui natura modicũ operatur,vel nihil.

Tertiò,quando is qui ius prætendit,ſuas non habet literas,facit extrauag.Bonifa.8.quæ incipit iniunctæ.tit.de elect.& illud q̃d not.Do.Ruſæ.ſupra in 45.priuil.num.4.

Quartò,

Quartò,quando beneficiũ collatum,non eſt acceptatũ. not.doct.in.c.ſi tibi abſenti.de præb.lib.6. Panor.in.c.cũ noſtris.nu.18.de conceſ.præb.vrgent quæ dixi ſupra.q.7. hoc * enĩ in caſu beneficiũ eſſe non dicitur titularii,ideo 2
ſi ante acceptationẽ ingrediatur religionem.i.regularem emittat profeſsionẽ, illud nõ vacat per illũ religionis ingreſſum,dicit Domi.in.c.beneficium.in princ. de regula. lib.6.merito dicit Do.Rebuf.in tract.no.q.9.prin.&.8.minus,princip.quòd nominatus non tenetur exprimere beneficium ſibi collatum non acceptatũ, & non poſſeſſum.

Quintò,quãdo eſt acceptatũ per eum qui illi aliquo modo non deſeruit.ait Imol.in.d.c.cum noſtris.col.7.ideo à contrario,quando deſeruit nec de facto nec de iure, dicitur illud vacare.

Sextò,quãdo * titularius eſt beneficio inutilis,pone in 3
beneficiatis barbatis,quib⁹ plus eſt oneris ferre barbã, & eã fucare,aut adornare, q̃ eccleſiæ ſeruire. nam beneficia per tales detẽta de facto dicũtur vacare,nõ de iure, quia prius debẽt priuari,inquit Ioã.de Imol.in.d.c.cũ noſtris. col.7.de cõceſ.præbẽ,quod latè firmamus in ſcala noſtra benefi.parte.2.arti.Barbatus clericus,vbi latè ponim⁹, an clericus barbatus,ſit beneficiis capax & dignus,ac habilis, cõcludendo ꝙ nõ,multis motiuis & rationibus iuridicis, prout videre aliquando poterit placere, non tamen ipſis barbatis, etiam cardinalibus, nec epiſcopis, ac quibuſuis ſtatus noſtri eccleſiaſtici. Quæ prædicta & cõſimilia,ĩ facto * cõſiſtentia,præſumũtur abeſſe,niſi probẽtur.l.ĩ bel- 4
lo.§.factę.ff.de cap.& poſtli.reuer.quod per exẽpla quàm plura ꝓbamus in tract.pẽſio.parte.1.q.16.quæ videre licet. Probẽtur igitur ſi proponãtur. & ſuper his intẽtio fundetur,per ea quæ latè ſunt deducta per nos in tractatu penſio.parte.1.q.22. Alias ſubſequitur iuris doctrina. Qui * 5

non facit,quod debet,quod debẽt nõ recipiet.l.ſi nõ fuerit,vbi Bal.ff.de iureiur.Barb.in cõſi.34.col.pe.vol.4. ad idẽ,qui differt,quod facere debet non poteſt petere quod ſibi debetur.Iaſ.in.l.huiuſmodi.§.qui ſeruũ.de lega.1. Et
6 fruſtra * petit debitum,qui quod debet nõ impendit,ait glo.in.c.2.32.q.6. vel,qui non reddit obſequium.probat Hoſtien.in.c.cum eccleſia vulterana.de conſti.Et econtra fruſtra petit obſequium qui non præſtat debitum.glo. in.c.omnis chriſtianus.de conſecra.diſt.1.

Sic ex prædictis habes,quòd aliquid de facto facere nõ modicum habet effectum, quod firmatur per doctri-
7 nam iuris,quòd * ſi de iure non poteſt impleri conditio, ſaltẽ de facto impleatur, ad hoc vt relictũ poſsit cõſequi. Nam ſi te hæredem inſtituo, ſi ſeruum hæreditarium ita manumiſeris, licet de iure ante hæreditatem non poſsit manumitti,de facto tamẽ ante debes manumittere.l.mulier.§.1.ff.de conditio.inſtit.not.in.l.Mæuius.ff.de cõdit. & demon.& p Iaſ.ĩ.l.quidã cum filium.nu.19.ff.de verb. oblig.& Pet.de Anch.in cle.1.q.1.de ſenten.excommuni.
8 Facit,quia * plerunque verba interpretamur de facto, ex quo de iure, ratione qualitatis perſonarum interpretari non poſſunt:notat Areti.in conſi.13.viſo.& Mantua.conſil.128.nume.3.viſo proceſſu.
9 Magnus * enim eſt effectus, quando iuri ſatisfit. arg. l.ait prætor.§.permittitur.ff.de minor.Bal.in conſil.227. col.fina. Quidam nobilis.volu.primo.

¶Summarium.

1 *Si ante Regaliæ aperturam,beneficium iure ordinario fuerit collatum, & aperta Regalia illius poſſeſsio non reperiatur apprehenſa, an rex iure Regaliæ illud poſsit conferre beneficium.*

2 *Locus ſit de iure & de facto repletus, aliàs rex iure Regaliæ confert.*

3 *Copulatiua, utramque partem requirit eſſe ueram.*

4 *Duarum repletionum requiritur concurſus, ut rex iure Regaliæ non poſſit conferre.*

5 *Vt recipiens ſecundum curatū dicatur primo priuatus, duo copulatiue requiruntur.*

6 *Promotio ante tempus, nihil operatur.*

7 *Factum non debet inſpici, ſed facti qualitas.*

8 *Facere tempore indebito, & non facere, idem ſunt.*

9 *Verbum ſimpliciter loquens de uacatione, debet intelligi ſecundum mentem iuris.*

10 *Mandatarius beneficium litigioſum, requirere ſibi conferri nō tenetur.*

11 *Intentio papæ præſumitur talis, quales eſſe debet.*

12 *Princeps præſumitur eſſe talis intentionis, qualis eſt intentio ſcriptæ legis.*

13 *Præſumendum eſt, quòd literæ regiæ proceſſerunt de iuſtitia.*

14 *In dubio, papa nunquam præſumitur approbare inſtitutionem non canonicam.*

15 *Nauis per unum foramen, ita ſubmergitur, ſicut per decem.*

16 *Audientia denegatur illi, qui Regaliam facti locum non habere prætendit.*

Quæſtio XXVII.

SI ante apertam Regaliam, beneficium iure ordinario reperiatur collatum, non tamen ea aperta illius poſſeſsio adepta, An * tunc iure 1
Regaliæ, rex beneficium illud poſsit conferre? Reſpondeo quòd ſic, quia illud (de facto ſaltem) vacare dicitur, licet non vacet de iure, vt ſup. quæſtio. proxima.

Eſt enim maxima in pũcto Regaliæ, quòd vt beneficiũ
2 per regem eo iure nõ poſsit conferri, requiritur * quòd locus ſit de iure & de facto repletus, aliàs ſi deficit vna illarum repletio ſecus, nam tunc confert, quia eſt copula, &
3 quæ vtranque * partẽ requirit veram. l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit. ff. de verbo. obligatio. &. l. ſi hæredi plures. ff. de conditio. & demon. gloſ. magna. in cle. in pleriſque. de elect. Petrus de Anchar. in conſi. 265. in fine, iſte magiſter. Roma. in conſil. 131. prima dubitatio, & conſil. 138. Nona. Decius in conſi. 177. Quod ſupra, vbi ponit de relicto ſub conditione, ſi filius ſtuduerit, & Neapolin nõ ierit, de quo per Iaſ. in conſil. 149. circa primum, vol. 4. & Ang. conſil. 159. col. 2. Corradus.

Ex quo infertur, quòd licet beneficiũ vacans, ſit mandatario apoſtolico, aut ab vniuerſitate nominato debitum, quod ante apertam Regaliam adhuc non erat illi collatũ, vel collatum, non tamen poſſeſsio apprehenſa, tunc ſuperueniente ea Regaliæ apertura, rex iure Regaliæ illud confert, tanquam vacans de facto. Dico apprehenſa in re principali, id eſt in eccleſia, quia, ſi in ea eſſet, ſufficeret, licet non in aliis rebus eccleſiæ, quia ſufficit poſſeſsionis, adeptio rei principalis. not. Bald. & Alber. per illum text. in l. 1. ff. de officio præfecti aug. dixi in tract. penſio. parte prima. q. 29.

Præterea infertur, quòd huiuſmodi duplex repletio eſt,
4 quid cõnexum, tendẽs ad eundem effectum, * ſic requiritur cõcurſus illarum duarum repletionũ. gl. & doct. in. c. 2. de reſc. Bar. in extrauagan. ad reprimendam, in verbo ne quid eorum. nota. ĩ. l. liberorum. §. primo. ff. de his qui notan. infa.

5 Pone in vacatione beneficii, quia vt * quis recipiens ſecundum curatum dicatur primo priuatus, duo copulatiuè requi-

requiruntur, receptio videlicet & pacifica possesio, notat post tex. Petrus de Anchar. in. c. licet episcopus, nota. 5. de præbend. lib. 6. vbi Franc. post alios, nota. primo, inquit, quòd ad inducendum primi beneficii incompassibilis vacationem, non sufficit sola collatio secundi, & eius receptio, sed etiam requiritur adeptio possessionis pacificè, saltem de facto, licet non de iure.

Pone & vlterius, de eo qui vult obtinere beneficium sacerdotale, * quia non sufficit quòd ad presbyteratum 6
promoueatur, sed etiam oportet, quòd tempore promotionis sit ætatis legitimè, id est quòd infra proxima tempora posit promoueri. cap. ei cui. de præbend. lib. 6. aliàs si promoueatur, promotio ei non prodest, sed propter eam punitur, id est ab executione ordinis suspenditur. cap. non est compos. de tempo. ordi. dicit glos. in d. ca. ei cui. quod placet ibi Archid. dicenti, quòd * non debet in- 7
spici factum, sed facti qualitas, quod autem non prosit promotio, facit dictum Bal. in. c. primo. nu. 11. de postula. præla. quòd qui tempora anni in seminando non obseruat, perdit semen, & ager non fructificat. facere * enim 8
tempore indebito, & non facere, idem sunt. not Card. Petr. & communiter alii docto. in. c. cum in veteri. de elect. Pone in electione, debito tempore non facta, quia illa est ipso iure irrita, not. doct. post tex. in. c. licet de supplē. negli. præla.

Præterea, pro prædictis aliud succedit, quod pungit, quia si episcopo per papā est mandatùm, quòd titio prouideat de beneficio primo vacaturo, ad eius, vel alterius dispositionem pertinēte, talis mandatarius non tenebitur acceptare beneficium primū, solum vacans de iure, vel de facto duntaxat, sed illud solum, quod & de iure & de facto vacat, quia * verbum simpliciter loquēs de vacatione 9

debet intelligi,& interpratari, secundum iuris communis mentem,videlicet de vera vacatione iuris & facti.ca. cum nostris.vbi Cal.& doc. alii,de concessio. præbend.
10 non autem de vacatione iuris tantum. Ideo * mandatarius beneficium litigiosum requirere nõ tenetur, si tamẽ sciẽs illud esse litigiosum requirat, tũc prosequi tenetur. dixi in tract.pensio.parte 2.q.4.vide glo.concord. in tit. de manda.aposto.in.§.declarantes, in verbo comprehensa,vbi latè ponit an beneficium litigiosum debeatur mãdatario,& concludit quòd nõ. & ita fuisse iudicatũ quod est votum Rotę in antiquis deci.606.si aliquibꝰ.& placet do.Rufæo supra primo priuilegio.nu.22.

Sic nihil operatur,quòd mandatarius potest renuntiare beneficio in sui fauorem introducto,quod est,vt non teneatur acceptare beneficium litigiosum,aut ab alio occupatum,quia repugnat mens iuris,& defectus intentionis
11 papæ,qui præsumitur scripsisse prout iura volunt, * cum eius intentio pręsumatur talis qualis esse debet.c.causam. &.c.si quãdo.de res.notat Gomes in regula de verisimili not.q.2.& Bal.in.c.1.col.2.in ti.apud quos controuers. inuesti.& in.l.ex facto,per illum tex.ff.de vulga.& in.c.li-
12 cet.de offic.ordi.dum ait,quòd * papa, aut princeps præsumitur talis intentionis,qualis est legis scriptę,& rationis naturalis,quod placet Decio in cons.580.nu.3.Quæritur, qui dicit hoc verũ,etiam si procedat motu proprio, & ex certa sciẽtia.Omnis enim actus principis regulatur à iustitia poli & fori,dicunt Neapol. deci.403.nu.11. Ca-
13 tholica.qui deci.51.in fi.dicunt,quòd * præsumẽdum est quòd literæ regiæ processerunt de iustitia, iuxta nota.in c.quæ in ecclesiarũ. de cõstitutio.ex quibus infero,quòd non est verisimile principem velle euertere ius & iustitiam.hinc Frãc.in.c.non potest.§.illud,in prin.de præb.

lib.&.

lib.6.inquit,quòd in * dubio, papa nunquam intendit ap 14
probare institutionem non canonicam,nec per suam tol
lerantiam inducit rei illicitę approbationẽ,ait idem Gomes in.c.1.nu.133.de consti.in 6.vide quæ de tollerãtia dicuntur sup.in 38.priuilegio.

Postquam igitur voluntas cum potestate non concordat,nihil est ad actus perfectionem,aut illius validitatem, Bal.in.c.cum super abbatia de officio delega.cũ aliis per nos citatis infra quæstione proxima,nu.4.& 5.quib⁹ adde quòd post gl.notat Præpo.in.c.quæ ipsis.38.distinc.quòd quando plura requiruntur in actu,quo ad illius substantiam,tunc defectus vnius ex requisitis destruit actum.

Nunquid,in naturalibus vides quòd * per vnum fora- 15
men ita submergitur nauis,sicut per decem,inquit Cicero in paradoxis ad finem,meminit,& aliorum consimilium. Barba.in consi.88.col.9.vol.4.quæ videre,& vidisse placere poterit.

Ex præmissis igitur habes, quòd locum Regalia obtinet quando accidit vacatio iuris & facti, aut iuris tantum, vel facti tantum:ideo dictum fuit in audiẽtia,quòd
non recipietur ille, sed * audientia illi denegabitur, qui 16
prætendet Regaliam facti,locũ non habere,tradit Ioan. galli in.quæst.110. quem vide quæstio.116.idem in 74.arresto stilli curiæ.

¶Summarium.

1 *Si plures Regalistæ in data concurrant, quis illorum debeat uictoriam obtinere?*

2 *Si rex iure Regaliæ,unico uerbo duobus beneficium contulit, quis eorum potior in iure erit.*

3 *Diuidere beneficium,est iure prohibitum.*

4 *Ad operationem actus duo in faciente, potestas, uidelicet &*

uoluntas requiruntur.

5 *Vbi non aſsiſtit iuris potentia, inanis eſt uoluntas.*

Quæſtio XXVIII.

1 SI in data, duo, * vel tres, aut plures concurrant regaliſtæ, quis illorum debeat victoriam obtinere? dubium oritur. Breui reſpondeo, quòd hoc in caſu ius commune obſeruabitur, id eſt obtinebit, is qui primo loco, id eſt hora præambula, vel eius momento, ſe de beneficio contentioſo legitimè probabit per regem dicto iure Regaliæ fuiſſe prouiſum, quod iuribus, rationibus, & doctorum auctoritatibus, latè reperies per nos firmatum in tracta. penſionum, parte prima. q. 18. quæ breuitatis cauſa omitto, ne videar transferre porros de horto in hortum. Panormi. in cap. vigilanti, nume. 5. de præſcriptio.

Sic in ea parte, ius Regaliæ, à iure communi non diſcrepat, ſed conuenit, quod multotiens non accidit, vt patet per ea quæ citata fuere infr. q. 54. & in pluribus aliis locis etiam per nos in his quæſtio. citatis.

Areſtũ. Ita reperies per curiam iudicatum fuiſſe die. 30. Auguſti milleſimo. 410. in quadam cauſa canonicatus & præbendæ ſancti Clodoaldi Pariſien. diœceſis, inter Ioannem Deſtine, actorem, & in eius fauorem, & Ioannem le Borgne, vt ſupra videre licet in. 46. priuilegio, ad quod te remitto.

2 Quòd ſi quæras, * quid ſi rex vnico verbo, duobus beneficium iure Regaliæ contulit, quis iſtorum debeat obtinere, cum vni potius fuiſſe prouiſum quàm alteri, non poſsit dici. Breuiter dic quòd neuter obtinebit, cum neutrius collatio valeat, quia ſic conferre, eſt contra ius facere. Ideo pro infecto, factum debet haberi. l.

non

non dubium.C.de legib. Nam esset eo modo procedendo, beneficium diuidere, * quod iure est prohibitum.ca. 3
maioribus.c.cum non ignores.&.c.dilecto.de præb.etiam beneficium non debet esse duorum, per ea quæ per nos sunt citata.inf.q.33.

Præterea, quòd neutra collatio valeat, alio probatur medio, quia * ad operationem actus requiruntur duo in fa- 4
ciente, voluntas, & potestas.c.cum super abbatia. de officio delega.vbi Bal.& Decius in quarto not. pro quo allegatur tex.in.c.ad hæc, el.1. ibi, potest si voluerit.de appella.Sed in rege duobus vnico verbo conferente deficit potestas, per doctrinam quòd vbi * non assistit iuris poten- 5
tia, inanis est voluntas.Bald.per illum tex.in.l.nolle.ff.de aquir.hæredi. quod si deficiat potestas, sequitur nullitas, cum illa duo copulatiuè requirantur ad veritatem, cuius duo sunt necessaria iuribus vulgatis citatis supr. quæstio. proxima.nu.3.

Ex quibus infero, quòd si vnus illorum reperiatur inhabilis ad beneficia ecclesiastica, tamen habilis, non obtinebit, cum etiam vnum substantiale deficiat, videlicet voluntas, quæ in actu, vel ad perfectionem illius non minus requiritur, quàm potestas: quia æqualiter requirũtur, ideo necessario debent adesse illa duo.

¶Summarium.

1 *Collatio iure Regaliæ facta, ad eius effectum requirit, quòd uirtute illius adipiscatur possessio beneficii.*

2 *Superuenientia tituli colorati, nouam possessionem, iure communi non requirit.*

3 *In spiritualibus non apprehensa possessione corporali, acquiritur ius.*

4 *Facilius ius spirituale acquiritur, quàm temporale.*
5 *Possessio uirtute collationis iure Regaliæ factæ, necessario debet apprehendi.*
6 *Nisi in collatione sit clausula descripta, quòd regalista manuteneatur, etiam nonobstante quod non habeat possessionem uirtute gratiæ regiæ, collatio ipsa uiribus est uacua possessione non apprehensa.*

Quæstio XXIX.

1 AN collatio * iure Regaliæ facta, ad eius effectum requirat, quòd vigore illius, realis apprehendatur beneficii possessio, esto quod virtute alterius collationis fuerit alias apprehensa per eum nunc regalistam. Breui-
2 uiter dic quòd sic, quia licet * iure communi possessori incolorato, cui superuenit titulus coloratus, non requiratur possessio virtute tituli colorati. §. interdũ. insti. de rerum diuisio. & l. certe. §. is cui. ff. de præca. & l. non solum. §. vulgo. ff. de vsucap. gloss. in cap. licet in verbo titulum. de probatio. Rota in antiquio. deci. prima. col. fi. titu. de resti. spolia. Panor. in. c. literis. eo. tit. Decius in consil. 581. nume. 10.

Viso puncto controuersiæ, & Domi. consi. 106. Bald. in l. si aquam. 9. colũ. vers. super secundo puncto, & versi. sed pone. C. de serui. & aqua. Gomes in regula de triẽ. pos. q. 45. in prin. glo. pragma. in. titu. de pacific. pos. in prin. ver-
3 bo coloratum. Quòd fit, * quia in iuribus spiritualibus ius quæritur, etiam non apprehẽsa possessione corporali. c. fi. cum ibi not. de concessio. præbendæ. lib. 6. cum aliis adductis per Rotam deci. 383.

In antiquis, Sic * facilius ius ipsum spirituale quæritur quàm temporale, quia de necessitate confertur, cum episcopus

ſcopus & ſuperior alius collator, de neceſsitate teneatur beneficium conferre vacans,& collatum cogatur tradere pręciſè,ait Bal.in.c.primo.§.ſi facta.in ti.ſi de feudo fuerit contro.inter do.& agna. allegat Io.Mo.in.c.deteſtanda.de conceſ.præb.lib.6.

Tamen illud nõ habet locum in Regalia,nam * ſuperueniente titulo iure Regaliæ obtento,regaliſta virtute illius,nouam tenetur apprehendere realem poſſeſsionẽ, vt de repletione Regaliæ poſsit conſtare, id eſt quòd illa ſit de iure & de facto repleta,vt fuit latê deductum per regaliſtam in cauſa Regaliæ ratione Archidiaconatus de Cõſtantin in eccleſia Conſtan. de qua & arreſto in ea prolato,habes ſupr.q.20.ita fatetur d.glo. pragm.in fine, regaliſtas dicere,ſubdens id iure non probari,quod dicere nõ eſt mirum cum ius illud potius ab ipſo iure communi diſcordet quàm conueniat, vt probatũ eſt infra.q.54.de qua glo.meminit do.Ruſæus in primo priuilegio,nu.10. qui illam dicit ſingularem. 5

Prędictã noſtræ quæſtionis cõcluſionẽ,dic procedere,* niſi in collatione iure Regaliæ obtenta,ſit deſcripta clauſula, ꝙ talis de nouo iure Regaliæ prouiſus, manuteneatur in poſſeſsione & ſaiſina,etiã non obſtante quòd non habeat poſſeſsionẽ virtute gratiæ regiæ,ait Do.Ruſæ.in 9.priuilegio, nu.3.& Io.galli.q.19. & ſequen.& in arreſtis cũ ſtillo parlamenti inſertis,arreſto 2.quòd aliquibus non placet,ideo tene prædictam noſtram concluſionẽ,quia illa eſt tutior, ideo illam ſequendo,tutius ibis, vt de medio dicitur,inter vtrunque vola. 6

¶Summarium.

1 *Si pendente lite regaliſta decedat,uel cedat, an rex iure Regaliæ poſsit beneficium litigioſum conferre?*

2 *Si lite pendente electus moriatur, uel electioni non consentiat, electio ad eligentes reuertitur.*

3 *Pendente lite si alter collitigantiũ moritur, collatio ad iure ordinario conferentem reuertitur.*

4 *Regalia semper durat, donec beneficia sint regalistis pacifica.*

5 *Rex quando est quæstio inter duos, de iure patro. contendẽtes præsentat, prout & ratione gardiæ minorum nobiliũ, quàm in Normania habet.*

6 *Beneficium non uacans, non potest conferri.*

7 *Specialis requiritur renunciatio, & illius admissio, ut beneficium dicatur uacare per cessum.*

Quæstio XXX.

SI beneficium iure Regaliæ collatum, efficiatur litigiosum, & pendente litigio rega
1 lista moriatur, aut iuri suo cedat, An * rex eo iure Regaliæ, illud (etiam Regalia clausa) possit alteri cõferre? Respondeo quòd sic, & alium regalistam subrogabit, quod absurdum non debet videri. Nam de iure communi videmus,
2 quòd si * electus lite pendente moriatur, aut cedat, vel electioni non consentiat, electio ad eligentes reuertitur. cap. primo. de restitu. in integr. & cap. si electio. de electio. libr. 6.

Quòd licet hæc iura loquãtur in electiuis, idem tamen
3 dic in collatiuis. c. primo, vt lite pendent. libr. 6. quia * si pendente lite alter collitigantium moritur, collatio ad eum qui prius iure proprio, non deuoluto contulerat, reuertitur.

Si ergo illud obseruatur in collatoribus ecclesiasticis, rex non erit deterioris conditionis, quia beneficium est sibi affectum, etiam clausa Regalia, quousque sua colla-

tio

tio suum fuerit plenum & pacificum sortita effectum, aliàs nunquam regalista esset pacificus, quia * ordinarii 4
collatores (qui habent odio Regalias) semper facerent inquietari regalistam, quod non facient, videntes quòd si lite pendente moriatur, collatio ad regem reuertetur. Quæ collatio, est quædam subrogatio, quæ censetur eadem cum prima, nec dicitur bis contulisse, & Regalia semper durat, quo ad beneficia litigiosa, vsque fuerit pacifica. Dico sortita effectũ, sic requiritur quòd collatio sit legitima, prout est mens iuris, quæ est, quod quando lex loquitur de prouisione, intelligit de valida. l. 1. §. fina. ff. quod quisque iuris, cum aliis adductis per Præpo. in. c. neque. 1. quæst. 1.

Sed quo ad alia, clauditur per fidelitatis iuramentũ, cum aliis necessariis tactis in. q. 3. & q. 52.

Vnde in ducatu Normaniæ obseruatur, ꝙ si * quæstio 5
inter duos patronos ratione iuris patronatus oritur, & lite pendente, beneficium de cuius patronatu contenditur vacat, rex illud confert, licet non prætendat se patronum, dico cõfert, id est præsentat ad illud maximè si est curatũ per ea quæ dicta sunt sup. quæstione 10. & sequenti. Etiam in ipsa Normania confert, & præsentat ratione gardiæ minorum nobilium, vt sup. q. 16. dixi.

Non est ergo mirandum, si rex ipse confert beneficium per regalistæ decessum, qui pendente lite moritur. Illa enim est vera vacatio de iure & de facto. nam per mortem perditur titulus & possessio, quia mors omnia soluit, aliàs si * per eam, aut alium vacationis modum non fiat, non 6
potest conferri beneficium, prout nec alteri vniri. notat Petrus de Anchar. in cap. cum in cunctis. quæstio. 4. de electio. vbi Cardina. in. §. cum vero. Quo ad vnionem textus est in capi. consultationibus. de donationib.

nota.in.c.ſicut vnire. de exceſ.præla.

Et quo ad collationem not.Io.Mo.in.c.primo,nu.2.& ſeq.de conceſ.præbendæ.in 6.tex.in.c.poſt electionem.§. quoniam.eo.tit.

Dico non poteſt conferri, etiam de conſenſu eius cu-
7 ius eſt,cũ * ad hoc requiratur ſpecialis renunciatio,ſubſequente renunciationis admiſsione, nam tunc perfecta in omnibus ſuis partibus ipſa vacatio iuris & facti erit, non aliàs hoc in caſu.

¶Summarium.

1 *In eccleſia Gallicana conſuetudo inoleuit, quod quis non obtineat dignitatẽ in eccleſia cathedrali uel collegiata, niſi ſit in ea canonicus præbendatus,uel ad effectum creatus.*

2 *Cõſuetudo poteſt induci ut beneficiũ certe debeatur dignitati.*

3 *Collatio iure Regaliæ de dignitate non canonico facta, an ualeat.*

4 *Optio non habet locum in præbendis in Regalia uacantibus.*

5 *Regulæ Cancellariæ collationibus iure Regaliæ factis non obſtant.*

6 *Poſterior ordinatus à maiori,præfertur priori ab inferiore promoto.*

Quæſtio XXXI.

1 ET quia in eccleſia gallicana, videtur generalis conſuetudo introducta, quòd quis * non poſsit obtinere dignitatem, perſonatum, & officium, in eccleſiis cathedralibus, metropolitanis, & collegiatis, niſi fuerit in eis canonicus præbendatus,aut ſaltem canonicus ad illum effectum per papam creatus,de qua ſunt recordati plures ex doctoribus noſtris, videlicet Archidia. Domi.

Domi.& Præpo.in cap.nullus,el.1.60.distinct.Bertrand. Carpen.in consil.2.col.4.parte.3. & glo.pragma.in tit.de collatio.§.quod si quis.verbo similiter.& in.§.censuit.in in verbo remaneret.eod.tit.& Malleret.in tracta.de elect. charta mihi.18.Henric.Boic.in c.de multa.nu.2.de præb. Quæquidam consuetudo non improbatur, vt est de mēte Collec.in.c.pe.de concess.præbēdæ.& Domi.in.c.si is cui. §.sed & si.de præben.lib.6.vbi Io.And.in nouella inquit, quòd si in aliqua ecclesia est consuetudo, quòd dignitas non conferatur, nisi canonico, sufficit quòd sit canonicus,sine præbēda,ita fuisse in ecclesia Bononiensi obseruatum testatur,prædicta placēt Domi.in c.cū ecclesia tua. de præb.lib.6.dum ait * consuetudinem posse inducere,vt 2
beneficium certe debeatur dignitati,sic hæc consuetudo de iure procedit,vt prosequitur do.Rebuf.in trac.no.q.15. principali,& 22.minus principali.

Modo accidit,quòd rex iure Regaliæ cōtulit (Regalia aperta in Parisien.ecclesia)Archidiaconatum Parisien.Petro,non canonico præbēdato, nec ad dictum effectū creato,quęritur an collatio illa viribus subsistat? Breuiter dic quòd sic, quia * consuetudo illa regem non astringit, 3
nec ad eum extenditur,cum sit odiosa, & contra ius commune,saltem præter ius,quod illud non requirit, sed potius contrarium,quia cōsuetudo illa pluralitatem beneficiorum,etiam in eadem ecclesia obtinere vult aliquem, quod ius non permittit, sed vetat, vt per quàm latè probauimns in scala beneficiali,parte 2.ar.pluralis in beneficiis.Et quo ad duo sub eodem tecto habes etiam text.& doct.in.c.literas,vbi glo.de concess.præb.

Ex quibus sic deductis infero, quòd licet de consuetudine præscripta, antiquiores canonici posint præbendas pinguiores optare,cum vacant,iuxta.cap.fin.de con-

4 ſuetud.in 6. Tamen in præbẽdis * in Regalia vacantibus locum non habet optio, ſicut dicitur, quòd nec in vacãtibus in curia, vt probamus in tracta.deuolutio.parte tertia, quæſt.32. Sic regaliſta habet præbendam, ceſſante quacunque optione, quod firmatur argumen.cap.hi qui. de præbend.in 6.quod proſequere, vt per nos in tract.penſi. parte.1.quæſt.17.

5 Si enim * non obſtent collationibus iure Regaliæ factis regulæ Cãcellariæ, prout nec etiam ius commune, vt ampliè probatur in pluribus locis præſentis operis, ergo multominus obſtabit hæc cõſuetudo generalis, aut particularis, cum nõ ſit maioris & efficatioris virtutis, ſed minoris, vt patet recte intuenti. Fiunt enim conſuetudines huiuſmodi à clero alicuius eccleſiæ particularis, vel vnius prouinciæ, qui minor & inferior papæ dicitur, quia maior ille eſt in toto orbe, ideo eius decreta, & canones ſunt præponendi. facit glo.in.c. primo.de maior. & obedien. quæ
6 dicit, quòd * poſterior ordinatus à maiori præfertur priori promoto ab inferiore, quod ſatis probatur l.l.2.§.prius. ff.de vulgari.& in.c.eum qui.& in.c.hi qui.de prębl.lib.6. notat Decius in.c.clerici.nu.5.de iudic.& Panor.in.c. pe. nu.9.de cõceſsio.præbendæ.etiam probatur per text.in.l. 2.ff.de albo ſcriben.cuius ſunt verba, in albo decurionum & municipum, nomina, ante ſcribi oportet eorum qui dignitates principis iudicio conſecuti ſunt, poſtea eorum qui tantum municipalibus honoribus facti ſunt. iſta poteris firmare per ea quæ latè per nos ſunt citata in d.trac.pẽſio.d.parte prima.q.17.

Concluſio noſtra non videtur placere dom. Rebuffo in trac.nominatio.in d.15.q.principali.& 22.minus princ.dũ inquit, quòd papa poteſt quem creare in canonicũ, ad dictum effectum obtinẽdi dignitatem in eccleſia in qua rex

iure

iure Regaliæ confert, quia hoc potius tendit in commodum regis quàm in præiudicium, vt plures habiles & idoneos habeat quibus conferat, licet papa non intendat illa conferre, tamen ad illa poteſt habilitare. Per eam noſtram concluſionem patet, quòd hæc creatio, nec commodũ, nec præiudicium regi affert, quia hanc qualitatem non curat, cum per eam conſuetudinem non ligetur, nec ad obſeruãtiam illius teneatur, quia ad libitũ diſponit, iure Regaliæ conferendo. Etiam nec per legem communem, per ea quæ tradit Ioã. galli in.q.19. non eſt tamen ſolutus dictamine rationis, nec lege naturæ, ideo ſuper illis, nec contra ea diſponit.

¶Summarium.

1 *Rex aperta Regalia, an conferat beneficia penſionario ad conferendum reſeruata.*
2 *Qui ſuſcipit honorem, tenetur ad onus.*
3 *Totum infert quamlibet partem ſuam.*
4 *Par, in parem non habet imperium.*
5 *Iura in dubio per papam non præſumuntur correcta.*
6 *Multa per importunitatem per papam conceduntur, quæ non ſunt concedenda.*

Quæſtio XXXII.

EPiſcopus Pariſien. epiſcopatui in fauorem Ioannis in manibus ſummi pontificis ceſſit, retenta, ſeu eidem reſeruata, per modum penſionis, collatione, & prouiſione omnium & ſingulorum beneficiorum, & dignitatum, ad epiſcopi Pariſien. diſpoſitionem pertinentium. Modo Ioannes ille, medio dictæ ceſsionis, factus Pariſien. epiſcopus, ab humanis deceſsit,

ſuperſtite dicto cedente,& penſionario,ſic nunc Regalia propter huiuſmodi deceſſum reperitur aperta. Quæri-
1 tur,* an rex iure Regaliæ,in præiudicium dicti cedentis & penſionarii, poſsit beneficia durante Regalia vacantia conferre? Breuiter dic quòd ſic, tum, quia ea durante Regalia omnes fructus tunc prouenientes facit ſuos,prout & omnia beneficia, & dignitates confert iure ſuo, vt probatum eſt infra quæſtione.49.Cōfert quidem,etiam & præſentat, vt probamus ſupra quæſtione nona, Etiam ſi vacent in curia Romana,vt diciturin 66.arreſt.ſtilli curiæ parlamenti.

Ergo dicta reſeruatio illa non poterit obſtare, etiam in exercitio conferendi, aliàs eſſet in poteſtate papæ, & prælatorum, ius Regaliæ, in toto, vel in parte, per indirectum, tollere, quod dicere videtur durum, Cum ius illud dicatur proprium regis (vt ita dixerim) hæreditagium,prout & coronæ Franciæ, vt dictum fuit ſupra quæſtione ſecunda. Verbum illud apud nos Gallos eſt vulgare,ſic admittendum in iure.c.2.ibi,aduouer.de reb.eccleſ. non alienand.lib.6.

Igitur habet integrè percipere rex omnes huiuſmodi fructus,in quibus comprehenduntur ipſe collationes, ſic priuatiuè conferet, etiam & omnes fructus percipiet,licet reſeruatos,ad quorum,aut partem illorum ſolutionem penſionario cedenti non tenebitur,vt per multa probare nititur do.Ruſæ.in.53.priuilegio,& in hac parte iusRega-
2 liæ laborat contra ius commune dicens,qui * ſuſcipit honorem,tenetur ad onus.c.qui ſentit. de regu.iur.lib.6.&.l. 1.§.primo.C. de caduc.tol. cum aliis per nos adductis in tract.penſio.parte.5.q.12.quibus adde quæ leguntur ſupra in 57.priuilegio,etiam pro vtraque parte.

Dicamus ergo, quòd ſi papa non poſsit in totum tolle-

re

re regi, ius Regaliæ, vt patet ex discursu operis, ergo nec partem illius, argumento in iure valido, de toto ad partem, * quia totum infert quemlibet suam partem de necessitate, siue totum sit vniuersale. l. lucius. cum sua glos. ff. de fundo instruc. & l. grege. & l. seq. cum ibi not. p Bar. Bal. Paul. & Alexan. de lega. 1. Siue totum sit generale, vt l. final. § . qui indiuisam. vbi Ioan. de Imol. & alii Doct. de lega. 2. Siue totum sit in quantitate. l. diem proferre. § . si plures. ff. de arbitr. quod prosequere, vt per nos in. 2. præludio tracta. pensio. 3

Ex quo videtur dicendum, quòd ius Regaliæ regi non competit ratione priuilegii apostolici, Cùm papa de potestate absoluta, omnia priuilegia à suis prædecessoribus data tollere posśit, quia ei legem imponere non potuerunt, à qua non posśit recedere, cum * par in parem non habeat imperium. glo. post tex. in. c. innotuit. de elect. tex. in. l. ille à quo. § . tempestiuum. ff. ad Trebel. gloss. in cap. studuisti. de officio lega. 4

Quòd si ex eo priuilegio competat, dicendum est, per importunitatem fuisse cōcessum, quod cognoscitur, quia ius illud est cōtra iura, vt probatum est infra. q. 54. quæ * in dubio non dicuntur per papam correcta, c. ecclesia vestra. de elect. Etiam cognoscitur quando ad instātiam est concessum. not. Roma. in consil. 436. quod indultum Petri. & Decius in consi. 576. col. fin. Pro resolutione, quem vide consil. 588. num. 19. viso puncto. & consi. 580. nume. 4. Quæritur an petitio, not. do. Rusæ. supra in. 7. priuil. nu. 5. 5

Multa enim * per importunitatem per papam conceduntur, quæ non sunt concedenda. cap. fina. de rescrip. lib. 6. Ioan. Monac. in. c. religionum. de religio. domi. eo. libr. vbi dixi post eum, quibus adde Cassador. decisi. 39. num. 5. quod regula de non tollendo. 6

¶Summarium.

1 *Si regaliſta in fauorẽ ſui collitigãtis regaliſtæ vult cedere, quid agendum?*
2 *Qui dicit collationem non eſſe canonicam, probare tenetur.*
3 *Beneficiale ius, eſt indiuiduum.*
4 *Collatio beneficii tanquam quid incorporale eſt indiuidua.*
5 *Vbi eſt pluralitas, ſolet eſſe diſcordia.*
6 *Quare unum ſolum hominem Deus creauerit.*
7 *Pluralitas principum eſt ſeditioſa.*

Quæſtio XXXIII.

DVo regaliſtæ in parlamẽti curia reperiuntur litigare, quorum alter ad alterius cõmodum vult beneficio litigioſo cedere,
1 qui * agendum per eos, quæritur. Breuiter dic, ꝙ cedere volens, de licentia dictę curiæ, à lite & proceſſu inchoatis, ab omni impedimento, & inquietatione per eum factis & appoſitis, debet ſe deſiſtere, Penitus dico & expreſsè, per ſe vel procuratorẽ ſuũ ſpecialem, omníque iuri & proſecutioni eidẽ quomodolibet pertinenti ad ſui aduerſarii vtilitatem cedere, & renunciare facit arreſtũ. 53. in lib. ſtilli curiæ parlamenti, vbi ponitur quòd partes non poſſunt ſuper lite in curia pendente cõcordare, ſine licẽtia ipſius curiæ, idẽ in arreſto. 57. *Areſtũ.*

Et hoc facto, dicta curia collationẽ regaliſtæ obtinentis, bonam, iuſtam, & validam declarat, amouítque quodcunque impedimentum, per cedentem appoſitum, ſilentium perpetuum eidem imponendo. Hæc enim declaratio eſt conformis iuri communi. Nam, inquit Petrus de Anchar. in. c. licet epiſcopus. not. 7. & Domi. nume. 10. de
2 præbend. in 6. quòd qui * dicit collationem nõ eſſe canonicam probare tenetur, cum præſumatur quòd illa ſit canonica.

nonica. Ita fuit dictum, & in eadem curia pronunciatum 6. Martii.1366.inter Adrianum cardinalem Cluniacen.& Siluestrum de Foruilla,ratione Præpositurae Normaniæ, in ecclesia Carnoten. quam quilibet eorum, iure Regaliæ ad se prætendebat pertinere,licet hoc sit impossibile, iuris dispositione, * cum ius beneficiale sit indiuiduum. 3 not.doct.in.c.nisi.de præb.tex.in.c.dilecto.&.c.cum non ignores.eo.titu.c.in apibus.7.q.1.c.sicut.21.q.1.

Are stũ.

Etiam collatio * beneficii est tanquam quid incorporale,indiuidua,seu ius indiuisibile.c.vt nostrũ.vt eccle.benefi.c.maioribus.de præb. Ergo & ipsum ius beneficiale, cum vnum illorum sit preparatorium,& aliud preparatũ. & arg.de vno ad aliud,est iure validum,vt per nos fuit latè probatum in tracta.dispen.membro.11.nume.84. 4

Si enim beneficium posset esse duorũ, pax de facili in ecclesia nõ esset, cũ cõmunio pariat discordiã, iuxta illud, Omnis potestas impatiens cõsortis erit,& aliud non bene cum socio regna venúsque manent.

Item * vbi est pluralitas, ibi solet esse discordia.c. quoniam Adam.de pœni.dist.2.l.cum pater.§.dulcissimis.de lega.2.Pone de Esau & Iacob.ca.in apibus.7.q.1.Hæc * enim est ratio,quare hominem vnum, in principio tantũ creauit Deus, vt ipse designaret dominium & principatũ, ac vnitatem magis probabilem, quàm pluralitatẽ.ca.hæc imago.23.q.5.Etiam vt ostẽderet, quòd sicut naturale est, vt multitudo ab vnitate proficiscatur,ita ad ipsam vnitatem reducatur.d.c.imago.præsertim in iure regni & administrandi,quod regulariter non capit duos:ideo dicit Philoso.12.Metaphi.quòd * pluralitas principium est seditiosa.Et populus sub vno principe solet perficere, & cadere sub multis,ideo necesse est Reipublicæ per vnũ consuli.l.1.§.nouissimè.ff.de origi.iur. 5 6 7

¶Summarium.

1 *An rex poſsit admittere reſignationes beneficiorum, aperta Regalia reſignatorum.*

2 *Inferiores epiſcopis, ex ſola poteſtate conferendi nõ poſſunt recipere reſignationes, niſi habeant poteſtatem deſtituendi.*

3 *Sicut electiones debent eſſe liberæ, ita & beneficia liberè reſignari & conferri.*

4 *Omnis pactio & partium conuentio in ſpiritualibus obtinendis omnino debet ceſſare.*

5 *Conditiones approbatæ non operantur ſimoniam.*

6 *Rex iure Regaliæ poteſt admiſſa reſignatione, beneficium conferre reſignatum.*

Quæſtio XXXIIII.

1 REgalia aperta, an * rex beneficiorum, & dignitatum ad plenam diſpoſitionem epiſcopi, epiſcopatus Regaliæ affecti pertinentium, reſignationes admittere poſsit? Reſpõdeo, regaliſtas tenere quòd ſic, ſiue illæ ſint purè & ſimpliciter factę, aut cauſa permutationis, etiã & in fauorem, Quod vltimum videtur durum, cum in talibus dicatur ſimoniæ labem ĩteruenire, per ea quæ doct. not. poſt glo. in. c. ex parte. el. 1. de offi. & pote. iudic. delegati. ſimilis gloſ. in. l. ille autem. ff. de hæredi. inſti. Roma. in cõſi. 359. quod incipit, Quia beneficii reſignatio. & Caſſador. deci. 2. titu. de ſimonia. notat latè Do. Ruſæus ſupra priuilegio. 32.

Quo ad aliàs verò admiſsiones multis non placet per
ea quæ notat Domi. in. c. beneficium. col. 2. de regul. in 6.
2 vbi ait, * quòd inferiores epiſcopo, ex ſola poteſtate conferendi, non poſſunt recipere renunciationes beneficiorum, niſi habeant poteſtatem deſtituendi inuitum. glo. in

clemen.

clem.vnica.in verbo manibus.de renuncia. Aliis autē maximè Gallis placet,& hęc communis in praxi omniū collatorum inferiorum vel superiorum, etiam potestatē destituendi non habentium inuitum.Decio placet & placere debet,maximè si iusta suadente causa; aut ratione fieri petantur,incommodúmque beneficiorum cedāt,aut personarum benemeritarum,tum etiam vt vitetur circuitus. arg.not.in clem.auditor.de resc.tum,quia rex hoc in casu,tāquam episcopus eorū beneficiorum & dignitatū collator ordinarius succedit,& in fructuū perceptione,& dictorum beneficiorū collatione dicitur subrogatus,ergo sapit naturam illius in cuius locū surrogatur,videlicet episcopi,qui huiusmodi resignationes(excepta vltima) iure communi admittit. Dico vltima,quia doctrina est in iure, * quòd quemadmodum electiones debent esse liberę, 3
tam ex parte actiua quàm passiua.not.Anto.& alii,in ca. cum dilectus.de consuet. ita beneficia liberè & purè,nullàque adiecta pactione debent resignari, & conferri,dicūt glo.& doct.in.d.c.ex parte.1.Ideo dicit Roma. in.d.cōsi. 359. quòd cōuentio facta de sex florenis annuatim alicui soluendis, donec ordinaretur ad aliquod beneficium sine cura,pro habēda beneficii resignatione,nullius est momenti,cum * omnis pactio & partium conuentio in spiri 4
tualibus obtinendis,omnino debeat cessare.c.cum pridē. &.c.fi.de pact.c.quæsitum. de rerum permu.c.quam pio. prima.q.2.ideo si tibi promitto dare centum florenos annuos,donec tibi medio mei fuerit de beneficio ꝓuisum, & tu in mei fauorem resignes,pactum hoc tanquam improbum non valet,cum inducat de spiritualibus ad tēporalia permutationem,à iure reprobatam.d.c.fi.de pac.& c.ad quæstiones.de rerum permu.istud firmat Ias.in cōsi. 160.nume.3.in præsenti.volu.2.vbi ait, quando laicus as-

signat pensionem de propriis redditibus, donec ille assecutus fuerit beneficium ecclesiasticum, conuentio est illicita, quia simoniaca, ait Card. in clemẽ. prima. 17. quæst. de reb. eccles. non alienand.

Istæ enim conditiones sunt à iure reprobatæ, secus dic
5 de * approbatis, quia illæ non faciunt actum spiritualem simoniacum, licet tempore concessionis apponantur. doc. post gloss. in cap. significasti. de elect. Petr. de Ancha. in c. fi. de præsumptio. & Domi. in consil. 84. colum. penul.

6 Sed quid, an resignatione per regem admissa, * poterit ille iure Regaliæ beneficium sic vacans conferre alteri. dic quòd sic, postquam est loco episcopi subrogatus, cum collatio causetur à proprietate, & quasi conferendi possessione, quæ est penes episcopum, id est pro tunc penes regem surrogatum. Ideo rex vt tunc episcopus potest titulum in alium transferre, cum sit penes eum, sicut dominus potest cedere rei vendicatione ad dominium vendicandum rei suæ, quæ ab alio possidetur. Et quòd rex possit resignationem admittere, & postea conferre. Habes arrestum latũ 23. Decẽb. 1407. ratione canonicatus & præbẽdæ ecclesiæ Carnoten. inter Iacobum de Borbonio, actorem, & magistrum Viuanum robeloti, defensorem, cui status fuit adiudicatus medio collationis eidem per regem factæ per illorum resignationem, & subsequentem admissionem.

Arestũ.

¶Summarium.

1 *Collatio non regnicolæ iure Regaliæ facta, an uiribus subsistat. Ordinatio regis super hoc facta in substantia describitur.*

2 *Regnum Franciæ, ab omni æuo fuit uiris notabilibus, & magni meriti munitus.*

3 *Esset ualde honestum, & fructuosum, ut quisque in sua beneficiaretur patria.*

Patria est unicuique dulcißima.

4 Statutum ualet, quòd beneficiorum prouisiones solum fiant com patriotis, si ibi inueniantur probi.

5 Conterranei magis erubescunt bona à suis relicta dißipare, quàm extranei.

6 Experientia facit artem.

7 Quis non dicitur sufficiens, nisi sua scientia fuerit experimentata.

8 Quis est magis obnoxius patriæ, quàm patri.

9 Diligenter agnosce uultum pecoris tui, eiúsque uultum considera.

10 Exceptio domini temporalis, contra in episcopum electum admittitur.

11 Consuetudine potest introduci, ut mors prælati nuncietur principi.

12 Romana curia quemlibet admittit ad opponendum cōtra materiam electi.

13 Rex Franciæ, est ecclesiæ, & sanctorum decretorum protector & defensor.

14 Natura rusticorum describitur.

15 Qui non laborat non manducet.

16 Prouideant sibi non regnicolæ, modo hic descripto.

17 Forma literarum naturalitatis quo ad beneficia describitur.

18 Rex multum confidit de compotorum officiariis.

19 De probis lex, multum confidere solet.

20 Probus quis dicatur.

21 In officiariis compotorum probitas est præsumenda.

22 Princeps multum confidit de officiariis cameræ.

23 Ad præscribendum contra principem, suffiit scientia magistratuum.

Quæstio XXXV.

1 SI rex iure Regaliæ beneficium cuidã de regno Franciæ non oriundo, id est non regnicolæ contulerit, * an collatio viribus subsistet, aut illi suffragabitur? Breui respondeo quòd non, obstante, nõ communi iure regulari, sed Gallorũ lege, edita per Carolum Francorum regẽ. 11. Martii. 1431. & regni sui anno 10. qua cauetur inter cætera, quòd imposterum nullus cuiuscunque status, dignitatis, prærogatiuæ, præeminẽtiæ, aut authoritatis fuerit, recipietur ad tenendum, & habendũ gubernamẽtum, aut administrationem alicuius archiepiscopatus, episcopatus, abbatiæ, dignitatis, prioratus, aut alterius cuiusque beneficii ecclesiastici in regno, & regis dominio, nisi de eisdem regno, & dominio oriũdus, aut natus, ac regi fidelis & beneuolus fuerit. Quam legem sub formidabilibus pœnis, publicari, & obseruari, ac in cõtrarium quicquam fieri mandauit, maximè viris ecclesiasticis, illis districtè præcipiendo, ne aliquos in eorum ecclesiis, ad aliquas dignitates, quin prius debitè sint certiorati, ꝙ tales recipi optantes, de prædictis regno & dominio oriũdi, ac fideles & beneuoli sint, recipiant, aut admittant.

Præterea, addidit, quòd in casum in quem aliqui nõ huius conditionis, aut alii pro eis, aliquando cõtra huiusmodi legem attemptare, aut in cõtrarium vellent venire, aut aliquæ dictarum ecclesiarum gentes, tales reciperent, vel recipere vellẽt, quòd contra eos regis iudices rigorosè ꝓcederent per arrestum, prisiam, & detentionem suarũ bullarum, & aliarum literarum, de quibus in eo casu se vellẽt iuuare. Necnon quod ponerent, & caperent realiter & de facto, in manu sua regia, omne suum temporale, prout & illud dictorum beneficiorum, quæ prædicti contra dictæ legis tenorem, etiam occupare attentarent, sub eáque manu,

nu,illa gubernare,& quòd in plateis & fortelisſiis,aliquas perſonas committerent ſecuras, pro illis gubernandis & conſeruandis. Et poſtremò,quòd eiſdem aliquam delibe rationem,ſeu recredentiam non facerent, quouſque aliter per eum foret ordinatum, quódque dictis iudicibus, per literas regias patentes, ſigillo magno ſigillatas, de ea ordinatione appareret. Aliáſque contra eos,tanquã contra ordinationum regiarum trãſgreſſores, (vt cæteris cederet in exemplum) procederẽt. Sic quòd pœna vnius eſſet exemplum alterius.

Lex hæc longè ante eiuſdem Caroli aduentũ, per ſuos regni prædeceſſores fuerat edita, etiam & genitorem ſuũ innouata,matura conſilii deliberatione præcedente,iuribúſque & rationibus,ac doctorũ authoritatibus pœnæ infinitis firmata,vt ex ſequentibus elici poteſt nonnullis, in ea lege etiam deſcriptis,quarum prima ſequitur.

Quòd * regnum Franciæ,ab omni æuo fuerat,& erat 2 de notabilibus viris in eo natis nobilib9, clericis,& aliis gẽtibus magni meriti munitus,quibus prædeceſſores ipſi reges,dignitates,& alia dicti regni beneficia,ac prælaturas deſiderarunt cõferri,vt certa caſtra & fortiliciæ,quarum aliqua ad gentes eccleſiaſticas pertinebant per fideles regis rectè & gubernatę,ac habitatæ forent, & non alios, vt eo medio magnis inconuenientibus quæ poſſent euenire,& veriſimiliter ſi ad gẽtes exteras, beneficia ipſa, ſeu earum manus euenirent.

Secunda,ad finẽ ꝙ ſtudia in pluribus regni ciuitatibus exiſtẽtia,ſemper forent melius munita,earúmq; ſuppoſiti ad ſcientiam capeſcendam, & fidem exaltandam inclinati,quod proſequere poteris,vt in proœ.pragma. ſanctio.

Tertia,ꝙ ꝓpter ꝓuiſiones huiuſmodi dignitatũ,& beneficiorũ,exteris per ſedẽ apoſtolicã factas,infinitæ pecu-

niarum summę, à regno & eius obediẽtia, in cõmodũ inimicorũ, etiã regni, & grauẽ ruinã & desolationẽ eorundẽ beneficiorũ, cultúsq; diuini diminutionẽ extrahebantur.

Etiam & dicta regni studia, quasi deserta remanebãt, & studẽtibus orbata, quod durũ videbatur, ꝑut & quòd notabiles & literati viri de regno oriũdi cõspicerentur ĩprouisi, exteri autẽ (etiam partes inimicorũ regni fouẽtes) de prædictis dignitatib⁹ & beneficiis prouisi. Et non minus durũ, quòd si talia tollerentur, inimicis & regni aduersariis secreta regis, & illius subditorũ, prout & gubernamẽta & status patefierẽt. Et sic extranei, aliiq; eorũ partes tenẽtes, bona & honores regni ante regnicolas importarẽt, quę omnia cõtra omnẽ rationẽ militãt, & illi aduersantur.

Istæ sunt rõnes & motiua, quæ regẽ Carolũ, suósq; ꝑdecessores Frãciæ reges ad editionẽ ꝑfatę regis mouerũt, vt ex tenore illius liquet, quibus possumus addere sequentia.

3 Primò, quod tradit Panor. ĩ. c. ad decorẽ. de ĩstit. quòd * esset valde honestũ, & fructuosum, vt quisq; ĩ patria sua beneficiaretur, sic ꝙ vnus stipẽdia, aut beneficia alterius, nõ occuparet, quia ꝑ hoc nõ daretur materia depauperãdi beneficia, cũ facili⁹ patriotę, aut cõterranei ꝗ exteri, ad residẽtiã inducãtur, quia patria vnicuiq; est dulcissima. l. qui habebat. de lega. 3. l. 1. ad fi. ff. de offi. ꝑfec. vrb. Rom. ĩ cõ si. 408. nu. 6. ĩ ꝓposita quæstione, hinc Poëta ĩquit, Nos patrię fines, & dulcia linquim⁹ arua. Iuuat verbũ Bal. ĩ. c. cũ
4 terra. col. 2. de elec. ꝙ * statutũ valet, ꝙ beneficiorũ prouisiones solũ fiãt cõpatriotis, si ibi inueniãtur ꝓbi, & ꝓbissimi, & hoc dicit etiã honestũ, subdit tamẽ ꝙ vulnerat libertatẽ, qa nimis arctat eã. Pro hoc dicto Bal. habes tex. in c. null⁹. 61. dist. & c. hortamur. 71. dist. vbi Archi. & gl. prag. in procem. in verb. exterorum. & Cæsar Lamber. in trac. de iure patrona. ar. 25. q. 7. partis primæ. lib. 2.

5 Secũdò, quia * cõterranei magis erubescũt bona à suis

relicta dissipare, & alia sinistra facere, q̃ extranei, donec experiẽtia rerũ magistra, sic illi credendũ, quia illa * facit 6
artẽ, ait Philos.1.Meth.hinc est ꝙ iuuenes nõ possunt esse prudẽtes, qa prudẽtia requirit experiẽtiã, q̃ ĩdiget tẽpore qđ pater veritatis dicit. Qui enĩ nõ est expert⁹, pauca recognoscit: ideo Bal.ĩ.c.ad hęc.nu.12.de pos.ꝑla.ĩquit, ꝙ * 7
quis nõ dicitur sufficiẽs, nisi sua sciẽtia fuerit expimẽtata.

Tertiò habes dictũ Ciceronis ĩ lib.de amici.dicẽtis, ꝙ potiores sunt nobis ciues q̃ peregrini.l.fi.de.anno.ciuil.lib.li.11.C.vbi Bar.ĩquit, ꝙ si episcop⁹ debet distribuere aliquas eleemosinas pauperib⁹, eligere debet pauperes ciues nõ alienigenas. Est enĩ qs magis obnoxi⁹ * patrię q̃ patri, 8
qa ꝓpter tuitionẽ patriæ, permissũ est filio patrẽ patriæ rebellẽ, vel hostẽ occidere.l.minimè.ff.de relig.& sump.fu.not. Areti. in cõsil.163.nu.19.subdẽs, ꝙ ciuis debet defendere statũ patriæ, aliàs perdit ius ciuitatis.Bar.ĩ.l.2.C.de ĩfan.expo.qđ optime nouit Quĩtius Roman⁹, ꝓut meminit Spec.ĩ tra.de mo.gener.cõcil.celebr.parte.1.ti.3.col.3

Quartò, quia regnicolæ cognoscũt subditos, & subditi illos, quod est boni pastoris.Ioan.10.c.Ego sum pastor bon⁹, & cognosco oues meas, & cognoscũt me meę, & vocẽ meã audiũt. & in prĩ.c.dicitur. Et cũ ꝓprias oues emiserit, ante eas vadit, & oues illũ sequũtur, quia sciũt vocẽ eius, alienũ autẽ nõ sequũtur, sed effugiũt ab eo, qa nõ nouerũt vocẽ alienorũ, quod si effugiãt, dispersæ sub lupo latitãt, ac si pastor disparuerit. Boni quidẽ pastoris, quia legitur ꝓuer.28.c. diligẽter, * agnosce vultũ pecoris tui, vul 9
tũq; ei⁹ cõsidera, aliàs lup⁹ est, sic ab ouib⁹ nõ auditur, sed ab illis relinquitur, ideo dicit do.Rufæ.supra in.29.priuil.nume.6 quod astringuntur ordinarii ex debito officii cognoscere personas & gregem sibi commissum antequam præponant regimini, vel beneficio simplici.

Quintò,quia sub dicti secreta sua,etiam factū animarū suarum cōcernentia potius suis,q̃ exteris pendāt,& reuelant,vt ab eis antidotū,& medelā suscipiant salubria,Cū prælati,maximè episcopi & curati dicātur animarū medici,& secretarii secreti.not.in.c.omnis.de pœnit.& remis.

Sextò,& ꝓ his quæ dicta sunt in ipsa lege Gallorū contineri,accedat dictū Zenzel.in extrauag.Execrabilis,ibi,
10 in diuersorū regnorū partibus,quòd cōtra * prouisionē quæ fit ad dignitatē vnius episcopatus regni, admittitur exceptio domini tēporalis,si ꝓmouēdus ad eā sit ei suspectus de ꝓditione terræ suæ,vel cōsiliorū & secretorū suorum. arg.l.si quis aliqd.§.trāsfuge.ff.de pœn. &.l.omne. §.exploratores.ff.de re mili.doct.in.c.super his. de accu. Præpo.ī.c.in nouo.in fi.21.dist.glo.prag.ī tit.de reserua. §.verūtamē.in verbo pōtifex.quæ post Inno. in.c.quod sicut.de testib. subdit,cuius dictū solet cōmuniter teneri,
11 ait Panor.ibi.nu.7.ꝙ * cōsuetudine potest introduci, vt mors prælati nuncietur principi,& ab eo petatur licentia prælatū eligendi, ne quis eligatur qui possit reuelare secreta regni,quod ꝓsequitur de Biacio ī direc.elec.parte 1.c.6.col.1.& glo.cōcord.in tit.de reg.ad præla.no.fac.in verbo ꝓuideri,ac Corset.ī trac.de po.reg.q.11.& Io.Feral.ī trac.de priuil.reg.Frāc.priuil.9.Auffre.ī trac.de po. secul.sup ꝑsonas eccl.regu.4.fallē.41.q idē dicit de quocūq; alio,qui potest prętēdere speciale ītereſſe.ideo dicit
12 Collect.ī.c.cū īter R.de.elec.ꝙ* Romana curia quēlibet admittit ad opponendum contra materiam electi in episcopum,sed contra formam non,nisi illos de ecclesia.

Septimò,nā (vt etiā patet ex prædictis) ad regē spectat prælatos regni cognoscere, quia sicut legitur ꝙ īperator est ecclesia aduocat⁹,ait Io.Mo.ī.c.ī generali. nu.7.de regu.iur.lib.6.&Car.ī trac.schisma. quē ponit post lecturā.

c.licet.

c.licet.de elect.ita & * rex Franciæ est ecclesiæ (maximè 13
gallicanæ) sanctorũq; decretorũ protector & defensor, dicit Bertr. Carpē. in cõs.138.nu.3. rem nõ nouã.vol.3.ĩ quo cõuenit glo.in.c.generali.ĩ verbo defensionē.de sup.neg. præla.lib.6.dũ ait, ꝙ ad defensionē rerũ ecclesiæ, principes seculares tenētur. Expedit igitur nõ solùm regi, sed & regnicolis, vt ecclesiæ gallicanæ de p̄latis notis, & de Gallia ortis ꝓuideatur, nõ de exteris, qui solēt esse rustici na
turæ, de qua * est vulgare, vngentē pũgit, pungentē rusti- 14
cus vngit: & aliud, Rustica gẽs, optima flens pessima gaudens: & aliud, rustica ꝓgenies nescit habere modum.

Octauò, quia exteri in fundationib⁹, erectionib⁹, & dotationibus ecclesiarũ regni, verisimiliter man⁹ adiutrices non porrexerũt, aut aliquid erogauerunt, vel de suis nihil cõtribuerũt: ideo cõgruit, & rationi cõuenit, vt nihil ĩ eis
percipiãt, iuxta sacræ scripturæ dictamē, Qui * nõ labo- 15
rat nõ mãducet. glo.in.l.quãuis.ff.de dam.infec. Bar.in.l. nesannius.ff. de excu.tuto.& in.l.1.C.de his quib. vt indig. Io.Mo.in.c.generali.nu.8.de elec.in 6. vbi sedes materix Regaliæ (quo ad ius cõmune attinet) est peculiaris.

Nonò, quia episcopi aliíque ecclesiæ prælati, & beneficiati, tenētur ad subuentionē subditorũ in casu necessitatis, quod si tales sint exteri, de facili hoc nõ faciãt, quia cõmuniter in locis dignitatũ & beneficiorũ in ꝓpria nõ resident, sed per substitutos, sic lanã sine carne curãt.i. pecunias nõ solùm à locis, sed etiã à regno transferunt, in dãnũ locorũ, & regni, ac patrimoniorũ ecclesiarum, & fundatorum maximum præiudicium, quod durum videtur iuxta verbum Hiere. Threno.5.c. videlicet, Recordare domine quid acciderit nobis, intuere & respice opprobriũ nostrum, hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostræ ad extraneos. Aliàs rationes videre licet per nos ci-

tatas in tract.pensio.parte.2.q.4.ad quem breuitatis causa te remitto, vt ad vlteriora nostræ quæstionis descendam, videlicet quòd dicta lex Galliæ, simpliciter loquẽs, id est regalistas exteros, nõ excipiens, ad eos exteros melius aut æquè debet extẽdi, quàm si iure ordinario, aut deuoluto reperientur prouisi. i. alio modo, quàm iure Re-
16 galiæ. Ideo * si eo optant iure per regẽ prouideri, regi cõferenti, & dictę legi specialiter deroganti, se exteros dicãt esse, vel ante collationem literas, ab eo quas naturalitatis vocant, in forma obtineant, quæ in substantia sub his, aut similibus verbis solet concipi.

CArolus Dei gratia Francorum rex. Notum facimus vniuersis, quòd nos singulariter desiderãtes promotionem in sancta ecclesia, dilecti nostri Laurentii toustain vltramõtani, qui vt à fide dignis accepimus, vir est laudabilis, & honestæ cõuersationis. Ob quod etiã, & in fauorem aliquarum personarũ nobis amicitia cõiunctarum, pro eo nobis supplicantium, Eidem Laurentio dedimus & cõcessimus, damúsque & per præsentes cõcedimus licentiam, quòd ille possit, illíque sit licitũ, acceptare, & tenere in hoc nostro regno omnia beneficia ac dignitates ecclesiasticas, de quibus postea iustè & canonicè poterit prouideri, illorúmque possessionẽ cum gaudẽtia apprehendere. Et de fructibus, redditibus, & prouẽtibus, ad quanuis summã, seu existimationẽ ascendẽtibus, perinde ac si esset regnicola disponere, in hoc tamẽ exceptis archiepiscopatibus, & episcopatib⁹. Et quantũ ad hoc, illũ habilitauim⁹, ac cũ eo dispẽsauim⁹, de nostra certa sciẽtia, gratiáq; speciali, & plena potestate regali, per præsentẽsq; habilitam⁹ & dispẽsamus, per quas ĩ mãdatis damus nostris charis & fidelibus gentibus curiæ nostræ parlamẽti, omnibúsque bailliuis, seneschallis, & aliis nostris iustitiariis & officiariis,

riis,aut eorũ locatenentibus,præſentibus & futuris, & cu iuſlibet eorũ,quòd de huiuſmodi gratia ,habilitatione,& diſpẽſatione eundẽ Laurentiũ , vti & gaudere plenariè & pacificè,omni impedimẽto in cõtrarium ceſſante, faciãt, patiantur,& dimittant,quia ſic nobis placet. Datum &c. Quæ literæ ſic expeditæ,in camera cõpotorum,vt eſt moris,expediãtur,ſiue præſentẽtur, & regiſtrãtur, ac per officiarios illius recipiãtur, & interinentur in his enim cõpotorum officiaris, ſeu præſidentibus & magiſtris rex multum confidit, tanquã perſonis publicis,in quibus lex ſolet multum confidere, dicit Iaſ.in conſil.101.col.5.immunitas.volu.4.& in ſimili Bonifac. poſt alios in clemẽ.2.not. 4. de hæretic. 18

Etiam tanquam probis,in * quibus lex etiam multum confidere ſolet,iuxta verbi ethimologiã,quæ eſt,probus.i. probata faciens,vel quaſi probatus,inquit Lucas de Penna in.l.vnica.poſt prin.de profeſſo.qui in vrbe Conſtan. lib.12.C.quod firmatur per verbum Apo. ad Roma.c.16. ibi,Salutate Appellem,probũ in Chriſto.i. probatũ, dicit ibi glo.interlin.Etiã per id quod tradit Archi.ĩ.c.doctos. 16.q.1.quòd * ꝓbus dicitur modeſtus,gratus,commodus, aptus,bonus,bene morigeratus, quæ oĩa ꝓcedunt à Deo. Idem dicit in.c.fi.24.q.3.Stude igitur bonum nomen habere,quia illud nummis nõ acquiritur,ſed moribus & virtuoſis actibus,ideo nõ ſis principũ curialis, licet illi hodie ſoli ſapiant,& venerantur,quia ipſis principibus ad libitum obſequũtur. Dico nõ ſis,quia dicitur,quòd nihil virtutis ſibi retinuit,qui conſcientiam perdidit & famam. 19 20

In ipſis * enim cõpotorũ officiariis,probitas eſt præſumẽda,quia illa ĩ eis eſſe debet,cũ ſint,& patrimonii regis, & iuſtitiæ adminiſtratores ſub vexillo illius militantes.i. ſub rege,qui fons & origo eſt iuſtitiæ,illi⁹ fugãs tenebras, 21

vt in ſimili de papa ait Sozi.in conſi.194.col.3.viſa bulla.
Huiuſmodi cameræ cõpotorum præſidentes, magiſtri
22 & auditores ſe habent quaſi inſtar officialium cameræ Apoſtolicæ, aut alterius cameræ principis, de quibus ille multum confidit, inquit Lucas de Penna in.l. ſi quando.
23 de bo.vac.lib.10.C. Hinc eſt, ꝙ ad præſcribendũ cõtra principem, ſufficit ſciẽtia magiſtratuũ, qui ſunt pro principe. Bar.in.l.ſi publicanus.§.1.ff. de publi. Bal.ĩ.c.1.quæ ſunt Regaliæ. Aret.ĩ cõſi.103.Cõſultatio. Claudius de Seiſello in.l.more.col.5.ff.de iuriſd.om.iud.Iaſ. in conſil.76. Reuerẽdiſsimi. vol.3.quem vide in cõſi.46.Pro fiſco. eo. vol.3.& ĩ.l.imperiũ.col.13.verſi.circa aliud.ff. de iuriſdi. om.iud.quod placet Car.Panor. & Imol.in.c.cũ cõtĩgat. de foro cõpe. Idem tenet Panor.in.c.quæ in eccleſiarum. col.1.de conſtitut.& hæc communis, contra Alexand.in conſil.84.in cauſa vertente.volu.primo.

¶Summarium.

1 *An decanus & capitulum regaliſtam teneantur recipere.*
2 *Curia parlamenti habetur loco principis.*
3 *Ad decanum & capitulum de uiribus tituli regaliſtæ, nõ pertinet cognoſcere.*
4 *Multiplex eſt receptio iuris & facti*
5 *Receptio debet fieri ex conſenſu capitulari.*
6 *Eſt neceſſaria receptio, etiam facti, ad ſuffragium uocis, iuriſque canonicatus exercitium.*
7 *Quando quis dicatur habere plenitudinem iuris canonici.*
8 *In creatione iuris, requiritur conſenſus collegialis.*
9 *Si decanus & capitulum poſt executionem literarum ſtatus, attemptent, curia ſolet eos mulctare.*
10 *Per inhibitionem curiæ parlamenti, manus dicuntur ligatæ.*

Quæſtio

SI regalista vigore literarum regiarum executorialium, ad possessionẽ & saisinam beneficii sibi iure Regaliæ collati, per decanum & capitulum ecclesiæ in qua est dictum beneficium petat recipi. An * decanus ipse & capi- 1
tulum, regalistam ipsum teneantur recipere? Breuiter dic quòd sic, aliàs si non recipiant, per curiam parlamenti solent cogi ad eam receptionem, seu inductionem, quæ possessionis dicitur executio, sic illis non prodest eorum contradictio. Ita fuit in ea curia iudicatum, contra decanum Arestũ
& capitulum ecclesiæ Parisien. 14. Augusti. 1382. in fauorẽ magistri Guillelmi de barone, pro cantoria eiusdem ecclesiæ, & hoc absque præiudicio, sed saluo iure cuiuscũque, quod est iuris, quia hoc in casu, * curia habetur loco prin 2
cipis, qui ius tertii, non tollit, seu illi non derogat. l. 2. §. merito, &. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco public. cum aliis similibus per nos citatis in tract. pensio. parte 1. q. 19. nu. 43. & seq.

Dico solẽt cogi, prout & alii similes, etiam si eisdem appareat de tituli defectu, & iniustitia, vt probatum est sup. 6. priuilegio, quia * ad eos de viribus tituli cognoscere nõ 3
pertinet, aliterque vices suas interponere, sed priuatiuè ad ipsam curiam, in qua fit altior indago, seu illius inquisitio, ordine iudiciario seruato, succedente matura dominorum consiliariorum deliberatione, aliàs si cognoscere attemptent tanquam ab abusu appellatur. ait glo. concor. in forma mandator. aposto. in verbo recipiatis. Et dic receptione, non iuris, sed facti, hoc est vt tali assignetur locus in capitulo, & stalum in choro ecclesiæ, de qua receptione, prout in facto consistit, loquitur tex. in. c. capitulum. de ref. & in. c. eum cui. eo. ti. lib. 6. & hæc fieri potest per excommunicatũ. ca. pro illorum. de præb. vbi Panor.

& Imol.& Bal.in.c.capitulum.col.2.de ref.

4 Et illa differt ab ea receptione, quæ * dicitur iuris & facti, vt quando papa mandat capitulo alicuius ecclesiæ, vt illum pro quo scribit recipiant in canonicum, & fratrem, sibíque cōferant ius canoniæ & fraternitatis. Et talis receptus extunc habet actionem ad prębendam postea vacantem, non tamen ius in præbēda, nisi sibi assignetur per eos qui potestatem habent, notat Rota decisi.30. in antiq.& Freder.consil.290.

Alias differentias ponit Staph.in tract.de signatura gra
5 tiæ post 5.formā expecta. Quæquidem * receptio, etiam facti, debet fieri de consensu qui præstetur in capitulo non extra gl.2.in cap.sicut.de elect.lib.6.quod prosequitur d.glo. concor.in d. verbo recipiatis, vbi ponit de hac coactione recipiendi in canonicum, quando alius per capitulum fuit receptus, quia tenentur recipere simpliciter pro conseruatione iuris tantum, & receptus sic non tenetur soluere aliquid pro ingressu.

6 Et hęc * receptio est necessaria advocis suffragiū, iurísque canonicatus exercitium, inquit Host.in.c.proposuit, col.2.de concess.præbendæ, subdens id verum, nisi de consuetudine ecclesiæ statim sine receptione, aut stallo in choro, & loco in capitulo, vocem habeat, & administret,
7 quod firmat ibi Io.And.col.1, & cōmuniter alii, & tūc * dicitur habere plenitudinem iuris canonici, cum habeat res ad canonicos pertinentes, ait Francus in.c.fi.col.2.de concess.præben.lib.6.

Vltra prædicta, quomodo debeat fieri vtraque receptio, adde videndum quod traditur per Cassador. deci.8.titu. de causa pos.& proprieta.& Iacoba.in tract.conciliorum,
8 lib.5.argu.7. col.4.vbi ponit regulam, quòd quando * agitur de creatione iuris, aut eo iure efficaciter creādo, requiritur

quiritur consensus collegialis, secus si de iure creato exequendo, quia tunc consensus etiam particulariter præstitus sufficit, dixi in tract. deuolut. parte 4. q. 34. vbi videto.

Et hæc sufficiant pro confirmatione conclusionis nostræ quæstionis, alia licet videre sup. in 6. priuilegio, vbi adducitur aliud arrestũ, cõtra decanum & capitulum ecclesiæ Laudunen. & rationes ad vtranque partem ponuntur, quæ sufficiunt etiam ad conclusionem nostram prædictam, ideo sisto ratem.

Postremò in puncto, hoc est attendendũ, quòd si * post 9 executionẽ literarum status vel manutẽtionis, capitulũ & pars quæ succubuit, aliquid de facto attemptẽt, curia solet eos mulctare, inhiberéque & condemnare ad restitutionẽ eorũ quæ pars illa accepit. Ita fuit dictum 13. Septembris *Arrestũ.* 1415. pro magistro Ioanne Thoreau, contra Ioannem du hòme, & decanum & capitulum ecclesiæ Baiocen. ratione succentoriæ, ac canonicatus & præbendæ dictæ ecclesiæ. Sic est firmatum arrestum aliud, sub num. 166. in stillo parlamen. vbi dicitur, quòd episcopus Cenomanen. fuit condemnatus ad exhumari faciendum quendam, qui fuerat per eius officialem excommunicatus, & in terrra prophana sepultus, necnon ad faciẽdum ipsum absolui, quia post inhibitionem & lite pendente in parlamento fuerat excõmunicatus. Ratio, quia * per inhibitionẽ curiæ fuerãt ma 10 nus dicti officialis ligatæ tãquam si ab excõmunicatione ferenda fuisset appellatum. Paul. de castro in rubri. ff. de re iudi. ad finem.

¶Summarium.

1 *Quid in executoriali prouisionis iure Regaliæ factæ contineatur?*

2 *Quando victoriam regalista obtinet, quid dicat curia per suum arrestum.*

1 QVid * in executoriali prouisionis iure Regaliæ factæ contineatur, licet videre. Dic quòd per eam rex mandat decano & capitulo, vt regalistam in canonicũ & fratrem recipiant, illúmque de prębenda eidem per eũ iure Regaliæ collata gaudere faciant, stalum in choro, & locum in capitulo, cum aliis solennitatibus consuetis assignando.

Postea iudici regio, vt in casum in quem dicti decanus & capitulum hæc facere recusauerint, quòd per captionẽ temporalis, eos ad hæc facienda compellat, tunc si mandato regis obediant, is qui authoritate ordinaria de ea præbenda fuit prouisus, dictæ receptioni se opponit illi per executorem (insequendo literarum huiusmodi executorialis tenorem) dies in curia parlamenti asignatur ad suas dicendum oppositionis causas, & eo modo lis inter partes
2 initium capit quòd * si regalista victoriã obtineat, curia ipsa per suum arrestum dicit, quòd ille ad dictam præbendam recipietur, & admittetur, & inde ad ipsam dicti decanus, & capitulum admittere, & recipere compellentur, non obstantibus ex aduerso propositis. ita ratione præbendæ
Arestũ. ecclesiæ Laudunen. per ipsam curiam dictum fuit & iudicatum 11. Martii, 1339. pro magistro Nicolao de Sauigniaco, contra decanum & capitulum dictæ ecclesiæ.

¶Summarium.

1 *Rex an per uicarium beneficia iure Regaliæ posit conferre.*

2 *Palium archiepiscopi dicitur personale, & cum persona sepelitur.*

3 *Delegatus principis uices suas alteri non committit, quando eius industria est electa.*

4 *Vicarius alium non facit uicarium.*

5 *Incorporalia*

5 *Incorporalia propriè non poſsidentur.*
6 *Multa fiunt in eccleſia, quæ ab Apoſtolis non fuerunt tradita.*
7 *Ad ſubditum non pertinet, ſuperioris uentilare factum.*
8 *Ius quando dicatur rigoroſum.*
9 *Quando papa dicit à nobis, alios excludit.*

Quæſtio XXXVIII.

REx an * per vicariũ, beneficia iure Regaliæ, 1
poſsit conferre, quæſtio hæc tangitur ſupr. in 16. & 27. priuilegiis, non tamen clarè & apertè, ſi bene ſenſeo, ideo ſequentia ſubiicio, pro clariori elucidatione, tenendo ſimpliciter partem negatiuam, id eſt regem ipſo iure Regaliæ, per vicarium beneficia conferre non poſſe.

Primò, quia ſicut rex ipſe (vt in toto orbe manifeſtum eſt) per ſeipſum ſolum cuidam ægritudini (quam latini Scrophaletum morbum, ſeu quæſtrumas, ait do. Ruſæus ſupr. in. 3. parte præfationis, in prin. noſtri verò vocãt vulgari ſermone, eſcrouelles) ex priuilegio coronæ Franciæ diuinitus dato, medelam impartitur, ita per ſe, non per vicarium, beneficia iure Regaliæ debet conferre, cum priuilegium illud immediatè, dicãt regaliſtæ, à deo procedere, & eſſe perſonale, vt in ſimili dicitur in iure, de pálio * 2
archiepiſcopo per ſedem apoſtolicam conceſſo, quod dicitur perſonale, & cum perſona ſepeliri. tex. cum glo. in. c. 2. de auct. & vſu palii.

Non mireris igitur, ſi ea quæ ſunt coronæ annexa, & quaſi oſsibus adhærẽtia, rex nõ poſsit à ſe abdicare, ſeu illa per alium exercere. Ad ius enim illud exercẽdum, electa videtur regis perſonæ induſtria, ratione dignitatis: ideo in propoſito, dicere etiam non debet videri mirum, ſi per

regem priuatiuè fiat huiusmodi collationis actus, quod facit ad quæstionẽ tactam per glo.concor.in rub.de regia no.in verbo existens,vbi quærit an rege absente, eius vicegerens posit ad dignitates nominare.

Quòd si nolueris fateri,regẽ priuilegiũRegaliæ à solo deo immediatè habere,sed à Romano pontifice, aut alio ecclesiastico superiore,adhuc habeo intentum.Nam tunc etiam videtur ratione eiusdem dignitatis electa personæ industria,& tanquam talis superioris vicarius,aut delega-
3 tus, * sic vices suas alteri non demandat.c.is cui,in fine. de officio deleg.lib.6.vbi dicitur,quòd is cui ab apostolica sede est mãdatum,vt incertæ personæ,de certa ecclesia,vel beneficio prouideat,non potest hanc prouisionem alteri demandare, quia circa personam eligendam eius industria videtur electa.

4 Quod si vicarius,idẽ tum quia * vicarius alium nõ facit vicarium.c.clericos.de officio vica.cum aliis adductis sup.in.d.priuilegio 16.nu.24.

Sic idem videtur dicẽdum de rege,iure Regaliæ habẽre conferre,cum illud ius(vt aliquibus placet)habeat ex priuilegio,consuetudine,aut immemoriali tempore,non per alium,sed per seipsum exercendum, ideo per alium nihil in eo potest,cum eo modo non sit quæsitum,per iuris doctrinam,quòd tantum præscriptum quantum possessum, vt probatum est sup.q.19.

5 Dico possessum,vel quasi possessum,quia * incorporalia propriè nõ possidẽtur.l.seruus.§.incorporales.ff.de aqu. rer.do.l.sequitur.§.si viam.ff.de vsuca.sed quasi possidentur.c.querelam.de elec. not.Io.Mo.in.c. præsentiũ,nu.2. de testib.lib.6.& ibi diximus post eũ. Quod licet in iure, nihil caueatur regẽ,per vicarium non posse conferre,tamen id credendum est, & illud non sine causa & ratione

ab an-

ab antiquo fuiſſe obſeruatum. Videmus * enim multa 6
ſeruari in eccleſia,quæ ab Apoſtolis,aut à iure non fuerunt tradita,& ſcripta. cap.eccleſiaſticarum.11.diſtinctio. Quæ enim ſcriptura ſalutiferæ crucis ſignaculo fideles docuit in figuris quaſdam conſuetudine ſola,inſtitutiones roboratas approbauit vſus.

Sic ab antiquo reges Francorum aliqua per ſe exercuerunt, non per vicarium, vt maioris eſſent auctoritatis,& roboris excellentioris, per ea quæ diximus in tract. penſio.parte.1.quæſt.17.

Nec exiſtimare debemus hoc ius Regaliæ exercitium debere ſumere,& regi,eo iure quo cætera iura alia reguntur,cũ non ſapiat aliorum iurium naturã,ſed longè abeſt ab illis,quia ſecundũ aliquos,rex durante Regalia in hoc iure cõferendi exercet officium ſummi pontificis,nec illi in hoc ſubiicitur cum (vt dicunt) ius illud ab eo non dependeat, ſed regi competere ratione coronæ,& in quandam illius conſequentiam,& propter eius prærogatiuam, & tanquã propriũ patrimoniũ ab homine nõ conceſſum.

Nec eſſe inueſtigandum quomodo hęc fieri poſſunt,tum primo, * quia ad ſubditum non pertinet ventilare ſupe- 7
rioris factum,poſtquam ſuperior ipſe cõfirmauit,ait Inn. in.c.tranſmiſſam.de elect.tum ſecundo,quia illa non artãtur legibus canonicis,licet(vt ſubdunt)rex nihil in hoc iure Regaliæ facere, quod non poſsit ſuſtineri communi iure,quod de facili non eſt credendum, per ea quæ diximus infra.q.55.

Sunt enĩ iſta ſatis à iure & rationis dictamine diſſona, prout & ſacris canonibus contraria, ideo non laudanda, nec vituperanda,ſed inter vtrunque vola, inquit Poeta.2. Metamorpho.

Ex prædictis enim patet, quòd in hoc ius Regalię, eſt ri

8 gorosum, quia conuenit diffinitioni iuris rigorosi, quòd * est quando non succurrit cum possit, notat post tex. do. meus de Ripa in repeti. c. sæpe. nu. 7. de resti. spolia. subdēs facere tex. cum glo. in. c. vt cōstitueretur. 50. dist. Equidem rigorosum dixi potest, quando tempus currit ignoranti. nota. Cardi. in clemen. vnica. § . cæterum, colū. 1. versi. oppono, quòd tempus vacationis. de concess. præbendæ. & in hoc verificatur dictum, quòd summū ius dicitur summa iniustitia.

Præterea pro confirmatione nostrę negatiuę, habes verba Philippinæ supr. in fine præfa. priuilegiorum insertæ. ibi, nostri prædecessores & nos, fuerunt, & sumus in possessione & saisina donandi præbendas &c. quæ verba vidētur alios excludere, vt nos dicamus, quòd rex non possit
9 iure Regaliæ, per alium conferre. Nam * quando papa dicit, à nobis fieri possit, excludit alios. cle. auditor. de rescrip. c. bonæ. el. 1. de elec. cle. vna. de iureiur. secus si dicit per nos, vel à nobis commissos & deputatos, aut committendos & deputandos.

¶ Summarium.

1 *Ad episcopatum electus, an possit iuramentum fidelitatis per procuratorem, & in manibus procuratoris regis præstare.*
2 *Execeptiones firmant regulam.*
3 *Semper regulæ adhæremus, ubi expressam fallentiam ad casum suppositum non habemus.*
4 *Fallentiam contra regulam habes probare.*
5 *Pro debito alimentorum, tacita insurgit hipotheca.*
6 *Expressum dicitur quod tacitè inest ex natura uerbi hoc importantis.*
7 *Ubi expresio sequitur tacitam, totum uidetur expressam.*

Quæstio

IVramentum fidelitatis, ad quod ad episcopatũ, electus tenetur * an per eius pro- 1
curatorẽ,& in manibus procuratoris regis,possit præstari? Breuiter dic quòd nõ, sed per seipsum electũ,aut consecratũ,& in manibus regis,non sui procuratoris,vel vicarii,pro primo mẽbro quæstionis,id est quòd non possit in episcopũ electus,habes quæ traduntur sup. in 43.priuilegio:alteri tamẽ quam regi in alio casu potest per procuratorẽ specialẽ non per generalẽ præstari.c.domino sancto.63.dist.vbi Arch.cũ aliis adductis in.d.43.priuilegio,quod prosequere,vt per Io.galli,quæst.144.

Pro secundo autem mẽbro.i.quod non in manibus procuratoris,vel vicarii regis,habes iuris doctrinam,quòd * 2
exceptiones firmant regulã.Io.Mo.& glo.in rub.de regu. iur.lib.6.gl.post tex.in.c.dominus.32.q.7.quæ dicit,Nota quòd qui vnã causam excipit, ĩtelligitur oẽs alias inclusisse,sed exceptiões reperiũtur,id est quod potest, videlicet in manibus tutoris regis in infantia constituti, priuilegio 36.& in manibus ambasiatoris eiusdem in curia Romana cum electo in ea prouiso existentis,vt in priuilegio 37.

Sic per eas exceptiones firmata est regula in cõtrarium, cui * semper adhæremus,vbi expressam fallentiam ad ca- 3
sum suppositũ non habemus.l.ab ea parte.ff. de probatio. c.2.de cõiugio lepro.notat Frede. in cõsi.207.dũ ibi dicit nõ esse recedendũ,nisi aliquo iure speciali caueatur.Stare quidam & tenaciter inhærere ait Bar. in.l.si tutor.in fin. ff.de seruo pigno.da.ma.& Alex.in.l.ex diuerso.§.in iudicio.col.3.ff.soluto matrimo.& Roma.in consi.208.hæc impetratio.

Et ideo si * pro me habeo regulam,tu autẽ proponis fal 4
lentiam,illam debes probare,dicit Bar. in.l.prima,colũ.1.

ff.si quis in ius voca.nō ierit.tex. in.c. venerabilem.versi. potest quoque,de senten.excom.lib.6.Roma.in.l. si cum dotem,in.§.si maritus,nu.26.ff.solu.matrimo.vbi cōcludit quòd esto, quòd bona mariti sint tacitè obligata pro dote restituenda,non tamen pro alimentis ratione dotis
5 vxori præstādis,quia nō reperitur iure cautū, * quòd pro debito alimentorū insurgat tacita hipotheca, ideo dicimus quòd superstitiosis adinuentionibus non est indicandum,quod legibus nō reperitur expressum.c.īter.de trāsla. præl. Et dic * expressum dici, etiam quòd tacitè inest
6 ex natura verbi hoc importantis.l.prætor.§.interdictum. ff.de no.oper.nūciatio.vbi gl.ī verbo expressum. no.Præpo.in.c.per venerabilē.§.quod autē.nu.18.qui filii sint legiti.subdēs,quòd vbi * expressio sequitur tacitū totū videtur expressum.Bal.in.l.fi.in 3.col.ff.de hæred.insti.& in l.vnica.C.de his qui ante apert.tabul.
7

¶Summarium.

1 *Curia parlamenti Parisiē.an de ualiditate & inualiditate collationum iure Regaliæ factarum cognoscat priuatiuè.*

2 *Dans potestatem alicui,similem, aut maiorem,penes se retinere dicitur.*

3 *Per constitutionem uicarii,non aufertur episcopo potestas conferendi.*

4 *Si princeps,uel alius,dat potestatem aliquid faciendi, nō priuatiuè,sed cumulatiuè dicitur dare.*

5 *Iurisdictio inferiorum prælatorum,respectu episcopi, exclusiuè non uenit,sed cumulatiuè.*

6 *Delegati se conformant cum uoluntate delegantis.*

7 *Quid per suum arrestum dicat curia, dum uictoriam obtinet regalista.*

8 *Fructus à die litis contestatæ,aut petitionis,adiudicantur regalistæ.*

Instantia

9 *Instantia Regaliæ, quando posit intẽtari coram requæstarum palatii gentibus.*

Quæstio XL.

SVprema Parisiensis parlamenti curia, an * 1
de validitate & inualiditate collationum
iure Regaliæ obtentarum, priuatiuè cognoscat? vt videtur supr. in 26. priuilegio conclusum. Breuiter dic quòd non, vt ex tenore Philippinæ supr. ĩ præfationis fine insertæ, videtur apparere, dũ legitur, quòd etiam à rege delegati de eis cognoscunt. Quod etiam, si dictum non esset, tamen intelligi debet, & tacitè inest. i. quòd rex alios ad de his cognoscendum, semper delegare potest, prout per seipsum cognoscere, per theoricas iuris, quarum prima est notata in. c. dudum, de præbend. lib. 6. quòd * si aliquis alicui dat 2
potestatem, penes se dicitur retinere talem & maiorem. notat Cassador. deci. 2. titu. de præbend. & Cal. in consil. 3. eod. tit. hinc Archid. Io. And. & alii communiter in ca. antepe. de concess. præbend. lib. 6. dicunt, quòd * per con 3
stitutionem vicarii, non aufertur episcopo potestas conferendi, quando vult. l. prima. §. pe. ff. de po. quod sit, quia potestas ordinaria, delegato commissa est maior in delegante, & minor in delegato, ait Io. Mo. in d. c. dudum. sicut fons scaturiẽs est maior quàm riuus inde procedens. dico maiorem si illa in eo resideat, aliàs eam non potest dici retinere, cum retentio præsupponat habitum, sicut dicitur de priuatione. l. decem. ff. de verbo. obligatio. cum aliis similibus.

Secunda est, quòd quãdo * princeps, vel alius, aliis dat 4
potestatẽ aliquid faciẽdi, non priuatiuè, sed cumulatiuè dicitur dare. not. gl. prag. in tit. de elec. in fine. c. licet, in ver-

bo alteri,dixi latè in tract.pensio.parte 3.q.3.tex.in.l.fi.C. de iurisdi.om.iudi.&.l.1.C.de offic.præfect.vrb.nota. do. meus de Ripa in.c.1. nu.51. de iudic. Decius in.c. cæterũ. col.3.eo.tit.Cassado.deci.3.ti.de priuil.& deci.seq.

5 Facit * quia iurisdictio inferiorum prælatorum respectu episcopi,non venit exclusiuè,sed cumulatiuè.not.Card.in c.cum ab ecclesiarum.in 12.& 14.q.de offic.ordi. vbi vide Panormi.

Quis enim nõ præsumitur suũ velle iactare, dignitatẽq; suã minuere, ac gloriã suam alteri priuatiuè dare, iuribus vulgatis hæc probantur,ideo aliter non insisto,sed solum verbum vnũ pro themate quæstionis subdo,quòd cognitio iuris Regaliæ,prout & collationum co iure factarum, viris ecclesiasticis,etiam in petitorio est abdicata. Equidẽ dignitatẽ suam minuere, quia in sententia generali non comprehenditur persona loquentis.l.inquisitio.C.de solutio.cum aliis per nos adductis in tract.deuolu.parte prima.q.1.nu.18.

Tum,quia ius Regaliæ est exosum, maximè collatorib⁹ ordinariis,id est episcopis,& archiepiscopis,ideo illud toruo oculo conspiciunt,sic tanquam inimici eiusdem iuris,iudices competentes non possunt dici.prout & ex con
6 sequẽti eorum officiales,aut vicarii,vel delegati,qui cũ * delegantis voluntate se conformant.c.super literis.in fin. de res.Decius in replica in cõsi.542. col.1.reuerẽde pater. gl.& doc.in.c.fi.de præb.Archi. & cõmuniter alii in.c.cũ in illis,eo.ti.in 6.& in.c.3.de concess.præb.eo.lib.

Et dic,de validitate & inualiditate,id est non solum de possessorio,sed etiam nec de petitorio,etiam priuatiuè, & insimul,ideo vtraque pars cõcludẽdo petit, quòd suo aduersario perpetuũ imponatur silentium,& de fructibus,& emolumẽtis gaudere permittat, merito per arrestũ curiæ dicitur,

dicitur, * quòd pars aduersa se à beneficio desistat, & ab 7
eo recedat vtique, & regalistã gaudere permittat fructúsque, reeditus, & emolumenta ei redat, quæ à tẽpore litis cõ testatæ percepit, & in expensis, etiam à dicto tẽpore factis, etiã condemnat. Ita fuit dictum per curiam. 1489. 22. Iulii pro magistrò Petro de Cerisay, regalista, ratione archidiaconatus de Constan. in ecclesia Constantien. cõtra Guillelmum de stoteuille Cardinalem. Arestũ.

Quod licet sup. curia solũ condẽnauerit ad restituendũ fructus * à tempore litis contestatæ, tamen aliquando di 8
cit à tempore petitionis datæ. ita dicit curia 16. Iunii 1369 inter magistrum Petrum de proueruilla, & magistrum Ioannem Salientis, ratione præbendæ ecclesiæ Carnoten. vide à quo tempore fructus debeantur, vt per nos in trac. pensio. parte 3. q. 1. Arestũ.

Per prædicta tamen dicere non intendimus, quòd tempore quo parlamentum nõ sedet, instantia * Regaliæ me- 9
dio literarũ regiarum non posit coram gentibus requæstas palatii tenentibus intentari, & dies ad dicendum oppositionis causas aduersario regalistæ assignari, & quòd parlamento sedente aliæ literæ regiæ instãtæ regalista obtineri, virtute quarum, remissio huiusmodi instantiæ, ad curiam parlamenti fiat. Ita fuit factũ per magistrũ Guillermũ de forgis regalistam, ratione etiã canonicatus & præbendæ dictæ ecclesiæ Carnoten. cõtra magistrũ Michaelem de brechia illarũ detẽtorem, vt patet arresto inter eos prolato 20. Februarii 1355. Arestũ.

Et attende ad vnum, in hoc puncto citatum in arresto. 10. vol. stilli curiæ inserto, quòd adiornamentũ obtentum per ius habere prætẽdentẽ in beneficio ratiõe Regaliæ, valet, licet nõ sit apposita clausula, nõobstãte ꝙ parla. sedeat, maximè quãdo procurator regius est ea ratione adiũctus.

¶Summarium.

1 *Forma petitionis regalistæ quomodo debeat fieri.*
2 *Conclusio ponitur.*
3 *Electores petunt electionem suam canonizari.*

Quæstio XLI.

1 QValiter * formetur petitio regalistæ iuncti cum procuratore regis, dic quòd sub sequentibus, aut verbis consimilibus, quod rex & sui prædecessores Franciæ reges, fuerunt & sunt in possessione & saisina pacificis soli & insolidum, tam de iure, regia dignitate, ac alias vsu, stillo, & consuetudine notoriis, & notoriè obseruatis, à tanto tempore, quòd de contrario non extat memoria, seu alio, quod sufficit ad bonam possessionem acquirendam, & acquisitam retinendam, conferendi canonicatus & præbendas canoniales, in ecclesia Morinen. existentes, quotiens ipsas vacare in Regalia, vel de iure solum, vel de facto, contingit, ipsa ecclesia pastore carente, absque eo quòd alius quisuis, præter regem, de ipsis valeat ordinare, seu prouidere, ac alia beneficia ecclesiastica, in & de quibus iure Regaliæ rex consueuit vti, & vtitur modo prædicto, & quòd si authoritate papæ, aut alia ecclesiastica quacunque huiusmodi beneficia, postquam Regalia in dicta & aliis cathedralibus ecclesiis regni acciderit, quis attemptare, recipere, intrare vsurpare, aut occupare, præsumpserit, illud viribus non subsistit, etiam & nullum, ac dānabile, amoto occupāte, amissóque illo, qui authoritate regis, & iure Regaliæ est prouisus, qui īstituatur, installetur, & remaneat pacificè, & quietè, etiā amoto alio quolibet illicito detentore, & si in casu recentis Regaliæ, oppositio,

ſitio, aut dubium oriatur, illæ cui prouiſum eſt authoritate Regaliæ, in poſſeſsione dicti beneficii, ponitur, admittitur, & ſeruatur, amoto etiam, ſeu non admiſſo, quocunque alio titulo eccleſiaſtico, lite durante, quouſque per regem, ſeu curiam parlamenti de viribus collationis regiæ, an ſit valida vel inualida, cognitũ & deciſum, & quòd aliquis in contrarium non eſt audiendus ſeu admittendus.

Præterea, quòd papa Aegidium aſelin, nuper epiſcopum Morinen. & Franciæ cancellarium die 18. Septembris 1360. ad ſtatum Cardinalatus ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ pronunciauit, creauit, & erexit, quoque illã pronũciationem, cum eam audiuit, reuerenter acceptauit, ex quo ab illa hora etiam nominationis, permanſit & permanet Cardinalis, & cõſequenter ab eadem etiã hora, dicta eccleſia vacauit, ipſóque iure & momento Regalia ortum habuit, & extũc durauit, atque de præſenti eſt & durat ibidẽ, qua durante, videlicet 24. dicti menſis Septembris, præbẽdam canonialem vacantem per mortem Arnaldi molieres, quondam canonici præbendati dictæ eccleſiæ, modo ſeu alio & quomodocũque vacauerint, & vacaſſent in Regalia, præfato regaliſtæ rex cõtulerat, ac ſibi de eiſdẽ cum ſuis iuribus & pertinentiis vniuerſis prouiderat, ſed dũ in eccleſia prędicta, per ſe, vel procuratorem ſuũ legitimè cõſtitutũ, tã collationis quàm executoriarũ literarũ regiarũ, virtute, peteret ſe admitti, in fratrẽ & canonicũ, eius aduerſarius, vel ſuus ꝓcurator, ſe indebitè, & iniuſtè oppoſuit, & in caſu oppoſitionis prædictæ, partes ad curiã venerũt, quare * ipſi procurator regis, & regaliſta, inter cætera petunt per arreſtum pronuntiari, dictam collationem iure Regaliæ factam, fore bonam, iuſtam, & validam, ac oppoſitionem dicti aduerſarii indebitam, inualidam, & iniuſtam, ipſúmque aduerſarium totaliter amoueri, Ac 2

dictum regalistam, aut procuratorem suum recipi debere, & admitti,& conseruari in canonicum & in fratrem,cum solennitatibus assuetis,& eundem aduersariũ expelli,nec in contrarium audiri seu admitti,& in suis damnis, interesse, & expensis,ac fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt & possunt lite pendente cõdemnari. Et si dictus aduersarius,aut eius procurator,in dicta oppositione persisteret,quòd ipse regalista in possessione prædicta poneretur,& teneretur,amoto ipso aduersario durante lite.

Aliam cõclusionis formã pro regalista reperies in quæstione proxima,nu.3.

Nec mireris si sup.procurator regis cum regalista concludat,quòd collatio iure Regaliæ facta regalistę,declaretur bona & iusta,quia iuris doctrina est, quòd * electores
3 & præsentatores possunt vna cũ electis & præsentatis,etiã & sine eis esse in iudicio pro eorũ interesse, & petere electiones & pręsentationes per eos factas canonizari,seu eas canonicas pronunciari,vt not.in c,quã sit.& in.c.cupientes.& in.c.statuimus.de elect.in 6.

¶Summarium.

1 *Deffensiones aduersarii regalistæ,qualiter sint formandæ contra ipsum regalistam.*
2 *Conclusio ponitur.*
3 *Petitio etiam regalistæ.*
4 *Deffensiones in contrarium.*

Quæstio XLII.

1 DEffensiones * aduersarii regalistæ quomodo sint formãdæ cõtra eundẽ regalistã? Breuiter modo sequẽti,dic formari,videlicet quòd summus põtifex tãquã vniuersalis dominus ecclesiarum

ſiarũ ſuper prouiſionib' beneficiorũ principaliter eſt fundatus, dictos canonicatũ & præbẽdã prouiſioni ſuæ ante mortẽ ipſos obtinentis ſpecialiter reſeruatos, ac in manu ſua vacantes præfato reo contulit.7.Cal.Septemb.pontificatus ſui anno 9.& de illis eidem prouidit, cum decreti interpoſitione decanúſque N.iudex, & executor prouiſionis prædictæ auctoritate apoſtolica ſibi ĩ hac parte cõceſſa, ipſum reum, ſic prouiſum, incorporalem, veram, & efficacem poſſeſsionem, per traditionem birreti, ſeu annulli ſui, poſuit & induxit, die.7.menſis Septemb.& ex abundanti, receptus, ſeu inſtalatus fuit in canonicum, & in fratrem dictæ eccleſiæ Morinen.& in ipſa præfato Aegidio epiſcopo exiſtente, ac per ſe,& gẽtes ſuas nomine ſuo epiſcopali notario præſidente, & in temporalibus & ſpiritualibus miniſtrante.22.dicti mẽſis Septembris.& in ea ꝑ plures dies extiterit canonicè, pacificè,& quietè, ab oppoſitione & contradictione quacunque, & adhuc exiſtit realiter & de facto, & ĩ ea manere & manuteneri debebat. Et ſi forſan aliquam collationem feciſſet Rex de dictis præbenda & canonicatu, hoc fuit poſtquam omnia prædicta in pro ſua perſona facta, & completa, ritè & canonicè fuerat eccleſia Morinen. prædicta plena epiſcopo, & ſub epiſcopali miniſterio, publicè in tẽporalibus & ſpiritualibus gubernata. Et dato ſine præiudicio, quòd papa intẽtionẽ habuiſſet de perſona dicti epiſcopi, in cardinalẽ ꝓmouendũ, nullum tamẽ ſortita fuerat effectum realem, cũ idem effectus dependeret & inciperet à tempore conſenſus,& acceptatione ſpeciali,& expreſſa ipſius epiſcopi, & non ante, qui cum tantis ſacramento & fide eccleſiæ prædictæ ſponſæ ſuæ inuiolabiliter coniunctus erat, quæ ſine expreſſo conſenſu & aſſenſu reali, ab ipſa ſeparari nequibat. Et ante conſenſum epiſcopatus, nec de iure, nec de fa

&o tunc vacabat tempore suæ collationis,& receptionis. Per quæ,ius in re,& ad rem erat quæsitum,in proprietate & saisina conseruandus lite pendente, non dictus regalista,cuius prouisio erat nulla,saltē dubia,& obscura & examini iudiciali subiecta,& examinanda, quousque lis prædicta finali iudicio decidatur. Essétque monstrum & alienum in iure diuino,naturali,canonico,& ciuili,si ipse tam clarè & canonicè fundatus, à sua possessione & statu in-
2 terim amoueretur,quod absit. Quare * petit per arrestum pronunciari,dictam collationē Regaliæ fuisse, & esse nullam,seu saltem iniustā,& inualidam, ac oppositionem suā bonam & validam,séque ad omnia proposita sua,& nō dictos, procuratorem regis & regalistam audiri & admitti, ab impetitionéque ipsorum absolui,& in suis statu,possessione,& saisina, semper & specialiter lite pendente teneri & seruari, & dictum regalistam in suis expensis condemnari.

Aliquando additur,& quòd impedimentum per regalistam in dicto beneficio appositum, amoueatur, & quòd ad bonam & iustam causam, ipse aut eius procurator, ac decanus & capitulum dictæ ecclesiæ, pro quibus ipse defensionem susceperat,opposuissent. Necnō quòd ab impetitione dicti regalistæ absoluatur & licentietur.

Nonnunquam autem procuratores partium de licentia curiæ, dant petitionem, & defensiones, per scripta concordata,quarum forma sequitur notanda.

3 C'Est * le droict que messire Adā Maigret, cōmensal du Roy nostre sire,demandeur, maintient auoir en la chanoinie & prebende de Reims, vacās en regalle,par le trespas de feu messire Iehan Mousset,dernier possesseur d'iceulx, alencontre de maistre Pierre Sauuaige,secretaire de monsieur le duc d'Orleās,defendeur. Di-
sant

ſant ledict meſsire Adam,eſtre vray, que durant le temps que la regalle fut en ladicte egliſe de Reims, par le treſpas de feu meſsire Pierre Trouſſeau,dernier archeueſque du dict lieu,ledict feu meſsire Iehan Mouſſet,chanoine prebendé en ladicte egliſe,alla de vie a treſpaſſement, auant ce que meſsireRegnauld deChartres,a preſent archeueſq̃ de Reĩs,fiſt foy & hõmaige,& fermẽt de feaulté,au Roy noſtre ſire, du tẽporel dudict archeueſché,car ledit Mouſſet treſpaſſa le 19.Mars 1414. Et ledict meſsire Regnauld ne fiſt hõmaige ny ſermẽt de feaulté au Roy noſtre ſire, iuſques a grand tẽps apres le treſpas dudict Mouſſet.Poſé ores,q̃ ledict meſsire Regnauld a p̃ſent archeueſque,fuſt pourueu audict archeueſché,auãt le treſpas dudict Mouſſet, toutesfois puis qu'il eſt treſpaſſé auant qu'il ait fait leſdictz foy & hommaige, ladicte prebende cheut en regalle: Car ſelon certaines ordonnances royaux,ſur ce pieca faictes,vne regalle, meſmemẽt quant a la collation des benefices qui cheent en regalle,ne ceſſe point iuſques a ce qu'vn vray arceueſque,ou eueſq̃ en l'egliſe,duquel regalle a lieu,ait fait en perſonne,au Roy noſtre ſire,foy,hommaige & ſeruice de feauté du tẽporel,qu'il tient de luy.Poſé ores qu'il en euſt ſouffrãce, ſicõme vous noz ſeigneurs en eſtes aſſez acertenez de ce,tant p̃ arreſtz n'aguieres par vous donnez en cas pareil,cõme autremẽt.Et parce icelle vacatiõ venue a la cõgnoiſſance du Roy noſtre ſire,a dõné& cõferé icelle prebẽde vacãt en regalle(cõme dict eſt) audict meſsire Adã,le.17.de May 1414.ſicõme p̃ ſes lettres peult apparoir. Et neãtmoins ledict Sauuaige,ſans cauſe, tiẽt & occupe icelles chanoinie & p̃bende.Pour oſter leq̃l empeſchemẽt,ledict Meſsire Adam l'a fait adiourner par deuant vous noſdictz ſeigneurs de parlement,a vn iour n'aguieres paſſé. Auquel,ou autre dependant d'icelluy,il

a requis & conclut, & encores fait par les moyés susdictz que son don soit dict bon, & vallable, & que par vertu d'icelluy il soit mis & institué en possessió & saisine desdictes chanoinie & prebende,& tout empeschement osté, a son profit, nonobstant l'empeschement, ou opposition faicte au contraire per ledict Sauuaige, donc, & de tout son propos,il soit forclos & debouté,comme non receuable,ou au moins non vallable.

4 ET * ledict mesſire Pierre Sauuaige,pour ses defenses a dit,& fait encores,qu'a la requeste & contemplation de monsieur le duc d'Orleans,dont il est secretaire,le pape Iehan pour le temps qu'il presidoit en l'Eglise,luy fist vne grace apostolique de.8.Cal. Nouembris,anno.1. sui pontificatus, aux prebendes & dignitez de ladicte eglise de Reims.Et que par vertu de ces bulles & proces, il accepta,& se fist pouruoir le.19.Mars.1413. des chanoinie & prebende de Reims, lors vacans, par le deces & trespas dudict feu mesſire Iehã Mouffet, qui trespassa ledict iour, & que assez tost il feut receu, mis & institué en possessió & saisine desdictes chanoinie & prebende, par mesſieurs de chapitre de Reims. Et auec ce,qu'il vint a sa cõgnoissance qu'au temps de la vacation, acceptation, & prouision susdictes,ladicte Regalle estoit encores en ladicte eglise de Reims, pource que mesſire Regnault de Chartres,a present archeuesque dudict lieu,n'auroit lors faict, ne fist grand temps apres foy, & hommaige au Roy nostre sire,du temporel dudict arceuesché, il demanda icelles prebende & chanoinie, comme vacãt en Regalle, par le trespas dudict mesſire Iehan Mouffet,laquelle luy feut donnée le.17.de Septembre,1415.ficõme par lettres sur ce faictes peult apparoir.

Si dit ledict Sauuaige, que par ces moyens, il a droict en

en ladicte prebende, requerãt ſon don,& oppoſition eſtre bon & vallable. Et par le moyen d'iceulx eſtre maintenu en poſſeſsion & ſaiſine de ladicte prebende. Et au ſurplus, veuz ſes tiltres & lettres, leſquelz il mect deuers la court pour y prẽdre droict, il ſ'en raporte en ce q̃ la court en or donnera,& pareillemẽt faict ledict meſsire Adam. Iſta reperies in arreſto lato inter dictas partes, in fauorem dicti Maigreti, die 23. Maii. 1416.

Aliam reperies formam in alio arreſto, etiã ratione canonicatus & præbendæ dictæ eccleſiæ Remenſis lato. 24. Iulii. 1416. inter Ioannem d'erpy, regaliſtam, & Hermundum Bourdequin, in fauorem regaliſtæ, quod eſt deciſorium, quia ille fuit manutẽtus,& dictus Bourdequin à ſua oppoſitione repulſus.

¶Summarium.

1 *Sequeſtratio, an locum habeat in Regaliæ inſtantia.*
2 *Canonici eccleſiæ Pariſien. per ſe uel alios ipſi eccleſiæ debent deſeruire.*
3 *Reſponſio profiteri uolentis ponitur.*

Quæſtio XLIII.

SEqueſtratio, * an locum habeat in inſtãtia, medio prouiſionis iure Regaliæ obtentæ intentata, ſicut videmus habere in inſtãtiis poſſeſſoriis aliarum cauſarum beneficialiũ? Breui dic quòd nõ, quia per regaliſtam directè petitur quòd recredentia vel ſtatus ſibi adiudicetur. Reus verò requirit ſtare in ſtatu ſuo, de quo infra. q. proxima. Audio tamen aliquando per curiam ordinatum fuiſſe plebicitando, quòd partes fuerunt appunctuatę ad tradẽdum 1

per modum memoriç super sequestro, per aduersariũ regã
2 listæ petito, ratione canonicatꝰ & ꝓbẽdæ ecclesiæ Parisi. * quorũ canonici per se vel alios deseruire tenẽtur, vt probatur in terminis in.c. beneficium. de regularib. lib. 6. Nã ille tex. dirigitur per Bonifacium papam. 8. capitulo dictæ ecclesiæ, tunc enim accidit de facto, quòd quidã illius ecclesiæ canonicus, ordinem fratrum prædicatorum est ingressus, cuius præbenda fuerat infra annum collata & fertur (dicit ibi Dominic.) quòd episcopus prius per procuratorem vocato notario, illum requisierat, ꝙ expressè profiteretur, vel renunciaret, aut exiret, qui respondit * in hoc
3 ordine profiteri, non licet, scilicet infra annũ. c. 2. eo. ti. renunciare non placet, exire etiam non licet, ideo papa, ibi dicit collationem nullam, seu canonicatum nõ vacare, nisi constet quòd vitam absolutè voluerit mutare, vel donec professionem expressam fecerit, seu scienter receperit habitum professorum. Et interim eidem beneficio per alium deseruiri debere, assignata sibi congrua de ipsius prouentibus portione. Et hæc sint incidenter dicta, ex quibus constat canonicos dictæ ecclesiæ, per se, vel alios, diuino seruitio debere incumbere.

¶Summarium.

1 *In instantia Regaliæ, cui recredentia, uel status, adiudicari debeat.*

2 *Forma adiudicationis recredentiæ, ponitur nume. 3. 4. & 5.*

Quæstio XLIIII.

1 CVi * pendente lite mota ratione prouisionis iure Regaliæ factæ, debeat status, vel recredentia adiudicari,

dicari, an regalistæ, vel parti aduersæ, iure ordinario prouisæ. Dic quòd regalistæ, maximè in casu recentis vacationis, quia maxima est in materia Regaliæ, quòd quotiensunque aliqui se opponunt collationibus iure Regaliæ factis, lite pendēte datur regalistis possessorium, sic litigant saisiti, & est hic vnus fauor Regaliæ, seu prærogatiua vna, quando dico vacatio est de recenti. Ita pro Petro de Soliaco regalista, contra Ioannem Boneti, ratione matriculariæ laicalis ecclesiæ Parisien. fuit pronunciatum per curiam parlamenti, die septima Septembris millesimo trigentesimo sexagesimoquarto. Dum legitur in arresto, quòd pendente quæstione huiusmodi, dictus Petrus, habebat statum & possessionem dictæ matriculariæ, Expensis in diffinitiua reseruatis, quod actum fuit iuxta conclusionem ipsius Petri concludentis, quòd si negocium differretur, quòd status & possessio eidem, & non suo aduersario lite pendente traderetur, & liberaretur. Arrestū.

Sic præsupponitur quòd regalistæ potius ius competit, quia tali solet status adiudicari, vt in 71. arresto stili curiæ parlamenti patet.

Et attende, quòd in materia Regaliæ, non solet communiter vti hoc verbo recredentia, sed dicto verbo, status, licet viderim vti, maximè in quodam arresto die septima Martii Millesimo quadringentesimo decimooctauo, in fauorem magistri Roberti Cybolle, ratione præbendæ dictæ ecclesiæ Parisien. contra magistrum Martinum de Fraxinis prolato, & in aliis pluribus arrestis, quæ citare non est necesse, cum illud sit modici commodi, & vtilitatis paruæ, ideo non debet in his cartha, seu membrum maculari, sed ab eo abstineri, prout notū omnibus est, & patefactum. Arrestū.

Et quando datur per curiam huiusmodi recredentia,

vel status, solet dici, prout in aliis sentētiis possessoriorum
2 beneficialium dicitur, videlicet * quòd partes sunt contrariç super principali, nec possunt super factis expediri, & quòd ille faciant sua facta, super quibus inquiretur veri-
Arestā. tas, & inquæsta facta, & curiæ reportata, ius partib⁹ fiet. Ita fuit pronunciatum in parlamēto. 9. Augusti. 1409. in quadam causa ratione personatus deManerba, Baiocen. diœcesis, inter procuratorem generalem regis, & magistrū Heliam de Roffigniaco regalistam, ex vna, & decanum & capitulum ecclesiæ Baiocens. & magistrum Matthæum de Bosco partibus ex altera.

Aliud habes arrestum latum. 20. Nouembris. 1361. inter Petrum de Ordeomonte regalistam, & Ioannem de Norolio, ratione canonicatus & præbēdæ ecclesiæ Morinē.
3 vbi dictum fuit, quòd * possessio dictorum canonicatus & præbendæ, traderetur realiter, & de facto dicto Petro, ac in ea poneretur, & seruaretur lite pendente, dictúsque Ioannes amoueretur ab ea possessione, seu detētione, vsque ad finem litis, sine præiudicio principalis, super quo partes appunctuatç fuerunt ad tradendum rationes suas per modum memoriæ, ad videndum super hoc, si sine factis valeant expediri, vel non.

4 Vel sic, * curia per suum arrēstū dicit, quòd dictus N. regalistæ ponetur in possessione & saisina dicti beneficii, iuxta tenorem literarū regis, super collatione dicti beneficii facta, & in eo statu ponetur & conseruabitur, quo positus fuisset, si dictus D. aduersarius, se non opposuisset, vel aliquod impedimentum non posuisset. Et eidem de fructibus, & emolumentis dicti beneficii respondebitur, reseruato dicto D. aduersario, omni iure quod habet, vel habere potest quoquo modo in eodē beneficio. Ita reperio fuis-
Arestū. se pronunciatum. 1334. die. 29. Iulii, inter Raymundum de Sauigniaco

Sauigniaco,& magiſtrum Petrum de Probavilla, ratione præbendæ eccleſiæ Carnoten.

Quando * autem virtute defectuũ,ipſe ſtatus, vel recre 5
dentia regaliſtę per curiã adiudicatur,illa dicere cõſueuit, viſis per curiã titulis,defectib⁹,& expletis,&aliis munimẽtis,cum matura,& grandi deliberatione,& attentis attendendis.Præfata curia,ex dictorum defectuum vtilitate,ſupradicto Ioanni de la Vaſtine regaliſtæ,recredentiam dictorum canonicatus & præbendæ eccleſiæ Tornacen.pendente proceſſu, &abſque præiudicio eiuſdẽ per arreſtum, adiudicant & adiudicat.Et inſuper maiorẽ ex eiſdem defectibus vtilitatem,dicto de la Vaſtine adiudicari viſuros, & vlterius facturos quod iuris fuerit, & rationis dictos Petrum Negrandi & Simonem Dore, ad certum & cõpetentem diem, in dicta curia adiournari ordinauit & ordinat, pronunciatum.28.Septemb.1437.Hic ſolum præceſſerunt duo defectus. Aliquãdo præcedunt quatuor, vt in arreſto etiã ratione canonicatus & præbendæ dictæ eccleſiæ Tornacen. lato, dicto anno in fauorẽ Ioannis de Mitelles regaliſtæ,contra Nicolaum Lamberti.In primo, non fuit facta expenſarũ adiudicatio,in ſecundo verò ſolum in expẽſis vltimi defectus.

¶Summarium.

1 *Recredentia,an debeat regaliſtæ adiudicari cõtra reſumentem cauſam loco aduerſarii defuncti.*

Quæſtio XLV.

STatus,vel recredentia, * an regaliſtæ debeat,ſuo aduerſario cedente,vel decedente, cõtra cauſam reſumentem adiudicari. Pone, Petrus ſe oppoſuit collationi iure Regaliæ factæ, medio cuius lis mouetur, 1

qua pendente, opponens ipſe moritur, vel iuri ſuo cedit, ſeu litem deſerit, interruptionẽ faciẽdo, aut facit defectũ, An tunc regaliſta ſtatũ, vel recredentiam habere debeat? Breuiter dic quòd ſic, eſto quòd alius in loco ipſius cedentis, vel decedentis, litem reſumere, & proſequi velit, ſaluo tamẽ ſibi iure proprietatis, ſi etiam velit experiri, id eſt petitoriè concludere, cuius proſecutio, etiam in curia parlamenti, non coram iudice eccleſiaſtico fit, vt dictum eſt. q. 40. vbi pono rationem, Pro ea ſtatus adiudicatione, vide quæ tradit Ioan. Galli, in quæſt. 108.

Dico ſi velit experiri petitoriè, quia in vno agendi modo ſuccumbit, ab alio non dicitur excludi modo, vt probauimus in tract. deuolutio. parte. 1. q. 32. notat Cal. in conſil. 8. titu. de re iudica.

¶Summarium.

1 *Forma arreſti deciſorii pro regaliſta ponitur.*
2 *Alia & ſecunda ponitur forma.*
3 *Alia & tertia, & quarta.*

Quæſtio XLVI.

1 FOrma * arreſti deciſorii pro regaliſta proferendi, quibus ſoleat verbis formari? Breui dic, quòd ſub ſequentibus, aut conſimilibus in effectu. Quòd collatio eidẽ regaliſtæ per regem facta, de dicto beneficio, tenebat, & valebat, & quòd in antea amoueretur ĩpedimentũ, per aduerſariũ in dicto be-
Are neficio appoſitũ, quòd curia amouebat. ita fuit ꝓnunciatũ
ſtũ. 5. Maii. 1350. pro Simone de Buciaco, ratione præbendæ

ecceleſiæ

ecclesiæ Morinen.contra magistrum Petrum Darchos.

Alio & sequenti modo formatur, * curia dicit collatio- 2
nem bonā & validam regalistæ factam,etiā per primoge-
nitū regis ipso rege à regno absente & captiuo,& ꝙ impe
dimentum tolletur,& amouebitur per aduersarium,super
hoc indebitè appositū, prout curia ipsum amouit omni-
no, nonobstāte oppositione per eundem aduersarium in-
debitè facta, & condemnat eum in fructibns,commodis,
& emolumentis dicti beneficii, per eundem aduersarium
perceptis, & eis quos ipse regalista percepisset, seu perci-
pere potuisset, nisi fuisset dictum impedimentum inde-
bitè appositum.Ita fuit per curiam pronunciatum die 20. Are
Martii.1363.in fauorem Ioannis de Rupe, contra Guillel stū.
mum Chaloux,ratione præbendæ ecclesiæ Rothomagen.
De ea adiudicatione fructuum habes per Bellamera.deci.
366.& Ioan.Galli.q.108.

Etiam aliquando fuit formatum modo hoc sequenti * 3
curia dicit, quòd regalistæ adiudicatur sua petitio, seu
demanda, & suo aduersario silentium imponit, super be-
neficio contentioso.

Et quòd ipsæ regalista tuebitur, & seruabitur, in eo
pacificè & quietè. Ita etiam fuit pronunciatum pro Io- Are
anne Rotharii, regalista, contra magistrum Itherum Iar- stū.
rousse, millesimo trigentesimo quinquagesimoquinto,ra-
tione canonicatus & præbendæ Rothomagensis eccle-
siæ. De eo silentio habes textus in cap.post electionem.
in fine. de concessio. præbendæ. & de perpetuo silentio
in cap.si constiterit.de accu.

Etiam aliquando sic dicitur, Per arrestum dictæ
curiæ, * dictum fuit præfatum conquerentem ad ma- 4
lam & iniustam causam fuisse conquestum. Et dictū op-
ponentem regalistam, ad bonam & iustam causam se

oppoſuiſſe, manutenebitúrque & cõſeruabitur. Idem oppones,in ſuis poſſeſsionibus & ſaiſinis prædictis,ac ipſum in eiſdem dicta curia manutenuit & conſeruauit, ac manutenet & conſeruat. Manum noſtram,ac omne aliud impedimentum rebus contentioſis, præmiſſorum occaſione appoſita,leuando, ac amouendo, ad eiuſdem opponentis vtilitatem, ac prædictum conquerentem in huius cauſæ expenſis condemnando. Ita fuit dictum per curiam, Annó domini 1416. 13. Septembris, ratione canonicatus & præbendæ eccleſiæ Remen. inter Nicolaum Arnulphi,& Ioannem Couchon.

Summarium.

1 *Forma arreſti deciſorii contra regaliſtam quibus uerbis ſoleat formari.*

2 *An collatarius qui contra regaliſtam obtinuit, literis indigeat regiis.*

Quæſtio XLVII.

1 QVibus * verbis contra regaliſtam arreſtum deciſorium ſoleat confici? Dic quòd ſequẽtibus per arreſtum curiæ fuit dictum,collationem de dicto archidiaconatu eccleſiæ Tornacen.per regẽ præfato R. & literas ſu per hoc factas,ac quicquid inde ſecutum eſt nullius eſſe efficaciæ,ſeu valoris. Et quòd impedimentum per dictum R.in dicto archidiaconatus appoſitũ amouebitur, quòd curia amouit. Quódq; dictus E.ſeu eius procurator pro eo, ac decanus & capitulum Tornacen. pro quibus defenſionem in ſe ſuſcepit, ad bonam & iuſtam cauſam ſe oppoſuerunt. Et curia dictum E. ab impetitione procuratoris regis, & d.R. abſoluit, & licentiauit, ac in expenſis

eundem

eundem R. condemnauit. Ita fuit pronunciatum in quadam causa mota inter magistrũ Ragonem de Recura regalistam, & magistrum Emblonem de Moderio, die penultima Aprilis 1356. Arestũ.

Vnum tamen est, quòd per hãc absolutionem quam hic facit curia, absoluto nullum ius adiudicatur. argu. l. Iulianus. ff. de conditio. indebi. & l. item si victus. ff. de exceptio. rei iudica.

Est enĩ iuris doctrina, quòd mala fides illius, pro quo sententia est lata, vel auctoritas interposita, non purgatur, ipsa sententia seu interpositione decreti & auctoritatis superioris, quod firmat Cæsar Lamber. in tract. de iure patr. ar. 2. q. 3. prin. primæ partis. lib. 2. col. 2.

Quòd si quæras, an * collatarius episcopi, papæ, vel eius legati qui sic contra regalistam victoriam obtinuit, literis indigeat regiis, vt quietè & pacificè in beneficio maneat. Dic quòd sic, pro cautela abundantiori, per quas beneficium illud per modum nouæ prouisionis per regem iure Regaliæ conferetur, cum clausula Nonobstante dicto processu. Per quas etiam mãdatur procuratori generali, & quibuscunque aliis, quòd in posterum cessare habeant in molestia, & omnia tollere impedimenta per eum posita. Ita fuit per regem mandatum 1336. vltima Augusti, pro magistro Nicolao Douchy, ratione præbendæ ecclesiæ Remensis, quæ literæ fuerunt publicatæ in curia parlamenti decimaquarta Nouembris, eodem anno, dicto procuratore generali audito, non opponente, nec aliquid in contrarium dicente. 2

¶Summarium.

1 *Regalista, an sine regis, uel eius procuratori generalis consensu cum suo collitigante posit effectualiter concordare.*

2 *Perfectum, naturaliter mouetur ad suam naturalem perfectionem.*

3 *Perfectum quid dicitur esse, ex principio, medio & fine.*

4 *Actus perfectus amplius non retractatur, etiam cessante causa.*

5 *Concessio immunitatis ob numerũ duodecim liberorum durat, licet aliqui ex liberis sint mortui.*

6 *Quod factum est legitimè, ex causa superuenienti, ad imperfectum non debet reduci.*

7 *Quod ordo semel decreuit, aliquo modo non debet rescindi.*

8 *Dispensatio semel facta, amplius non est reuocanda.*

9 *Effectus consummati semper durant, licet tollatur causa quæ illos causauit.*

Quæstio XLVIII.

1 Regalista * an sine regis, vel eius procuratoris generalis consensu, cum suo collitigante possit effectualiter concordare, vel aliàs amicabiliter cõponere? Breuiter dic quòd non, nisi beneficium, de quo inter partes agitur, apud regalistã remaneat. Hæc enim in materia Regaliæ est maxima, quæ fundatur sup eo quòd dicim⁹ oportere collationem iure Regaliæ factam suum plenũ & integrum debere sortiri effectum, aliàs beneficium semper est iuri Regaliæ affectum. Ista est conclusio do. Rufæ. supra in.2. priuilegio. qui simpliciter tenet nostram negatiuam. ibi, nume.11.

2 Et dic plenum, & integrũ effectum. i. perfectũ, * quod naturaliter mouetur ad suam naturalem perfectionẽ. hinc Petrus de Anchar. in cap. si is cui. not.3. de præbend. lib. 6. inquit, quòd in connexis, perfectum non sinit imperfectum corrumpi, & perfectum facit cessare imperfectũ. l. &

non

non tantum.§.quod si pro emptore.ff.de petitio. hæredita.Dico cessare,quãdo ex omnibus suis partibus est inesse deductũ,videlicet * ex principio,medio,& fine,quæ sunt 3
perfectæ partes integrales.l.prima.ff.de orig.iur.vbi glo. adducit concordantes. Et tunc ille actus sic perfectus, * 4
amplius non retractatur,etiam cessante causa. Bar.in.l.2. ad finem.ff.de dona.allegat.l.fin.ff.vnde liberi. idem Bar. in.l.ex duob⁹.col.3.ff.de reb.dub.quod probatur in.l.qui res.§.aream.ff.de solutio.

Facit regula iuris, factum legitime, non enim debet, quod secundum leges factum est, ex alio euentu retractari dicit textus in.l. sancimus. C.de administratio. tutorum. iuuat quod not.Ioan.Andr.in regula decet.in mercurial. quòd * concessio immunitatis ob numerum 5
duodecim liberorum, durat, licet aliqui ex liberis sint mortui, quod placet Bar. in.l.2.§.non solùm.ff. de excusat.tuto.& Ioan.de Ana. consilio vltimo.vide Freder.in consi.78.Casus est,papa.

Prædicta firmantur per id quod notat Baldus in consilio decimonono. colum.3. factum sic proponitur, volumine quarto. quod illud * quod factum est legitime, 6
ex causa superuenienti, ad imperfectum non debet reduci, per.l.si gaudentius.ff. de contrahend.emptio.quod prosequere, vt per Roffre. Beneuenta. quæst. quarta. in secunda parte illius quæst. & latius quæst.sequen.vbi inter alia adducit, * quod ordo semel decreuit,illud aliquo 7
modo non debet rescindi.l.quod semel. ff. de decret. ab ordi. faciẽd.idem Roffred.quæstione vicesimaquinta. in prima parte. in fine. quæstio. Iulianus. Ad idem quod notat Freder. consil. decimoquinto. colum.secunda,versicul. nonobstat. & Panormi. in cap. per venerabilem. nota.3.qui filii sint legitimi.Ideo dicit glos in cap.ex tua.

8 de filiis presbyterorum, quòd * diſpenſatio ſemel facta, amplius nõ eſt reuocanda, quia ſemel approbatũ, non poteſt reprobari. Ioan. Monach. in cap. nulli. de electione. lib. 6.

9 Eſt igitur verum, quòd * effectus conſummati, ſemper durant, licet tollatur cauſa quæ illos cauſauit. l. fina. ff. vnde liberi. l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. l. quicunque. §. fina. ff. de publicia. Nam mortuo pictore, remanet pictura, & mortuo genitore remanet genitus. Baldus in. l. generaliter. C. de epiſcop. & cleri. Bellamera, deciſio. 743. & deciſio. 520.

¶ Summarium.

1 *Quis tempore apertæ Regaliæ, fructus dignitatis epiſcopalis faciat ſuos.*

2 *Collatio eſt in fructu, ſeu inter fructus computatur.*

3 *Qui poteſt maius, poteſt & minus.*

4 *Beneficia dicuntur ſpiritualia, non eſſentialiter, ſed de ordinatione eccleſiæ.*

5 *Epiſcopi de iure communi, ſunt fundati in ſpiritualibus, non in temporalibus.*

6 *Principes docere debent ſe eccleſiarum cathedralium eſſe fundatores.*

7 *Principes fundant mendicantes, oſtiatim panem quotidianum quærentes.*

8 *Imperator eſt eccleſiæ defenſor, & aduocatus, non patronus.*

9 *Omnis Chriſtianus eſt iuriſdictioni ſpirituali ſubiectus.*

10 *Reges Franciæ à principio quo fuerunt Chriſtiani reperiuntur eccleſiæ deuoti.*

11 *Petrus de Cugneriis in deriſum in eccleſia Pariſienſis habetur.*

Quæſtio XLIX.

Quis

QVis * tempore apertæ Regaliæ, fructus di 1
gnitatis episcopalis, vel archiepiscopalis
suos faciat? Breuiter dic, quòd rex, qui in-
quit, quòd ad causam coronæ regiæ, ab o-
mni æuo, seu tempore, quo primo fuerunt
fundatæ ecclesiæ cathedrales & metropolitanæ, tanquam
fundatori & domino feudali, cui debetur fidelitas, dicti
fructus sede vacante debentur, illósque suos facit eo ipso,
probat do. Rufæus. sup. in 53. priuilegio, in fin. Beneficiá-
que ad plenam dispositionem dignitatis episcopalis spe-
ctàtia confert iure Regaliæ, quæ collatio, * seu dispositio 2
de iure communi est in fructu, seu computatur inter fru
ctus, inquit glos. pragma. in titu. de collatio. § . cui rei, in
verbo iurisdictio, post gl. & doct. in. c. cum olim. de maior.
& obedien. dixi in tract. pensio. parte. 1. q. 28. vbi idem di
co de præsentatione.

Ex quo infert, quòd postquam confert, & ex consequen
ti de iure spirituali disponit, sequitur dicendũ quòd à for-
tiori de re temporali potest disponere per regulam iuris,
qui * potest maius, potest & minus. l. nec in ea. versi. sed 3
qui occidere potest. ff. de adulter. & l. cui pacto. ff. de seruis
exportand. cum aliis per nos citatis in 2. præludio tracta.
pensio. Ad idem, cui licet plus, licet & minus, vt etiã pro-
bo in eo. tract. parte. 1. q. 28.

Et dic de iure spirituali, id est de beneficiis, quæ * dicun 4
tur spiritualia, non essentialiter, sed de ordinatione eccle
siæ, quia accedũt spiritualibus. gl. in. c. si quis obiecerit. &
in. c. saluator. prima q. 2. Et ea ratione possumus dicere e-
piscopos iure communi esse fundatos in spiritualibus, nõ
in temporalibus, * quia in illis sucũbunt, nisi aliter de iu- 5
re suo doceant. not. post tex. Petr. de Anchar. in c. cum ve-
nerabilis. in prin. de religio. domib.

6 Equidem doceant,ſicut * econtra docere debent principes temporales ſe fore eccleſiarum cathedralium, & aliarum fundatores,dotatores,& conſtructores,quia ſi non appareat, nihil eſt. Non enim ſunt in præſumptione iuris fundati, quia non poſſunt arguere de tempore præſenti ad futurum, hoc eſt dictu, quòd ex quo his temporibus fundant,dotant,& conſtruunt:ergo præſumendum eſt,quòd prædeceſſores ſui ita fecerunt,id eſt fundarunt, & dotarunt, quia non fundant (ſaltem de raro contin-
7 genti) niſi * mendicantes, non conuentus, ſed per vicos & plateas vagantes, errantes, oſtiatímque panem quotidianum quærentes,qui vidit teſtimonium perhibet,& verum eſt quod dicit,Ioan.cap.fi.

Satis enim eſſet clero,quòd in ſuo iure ab ipſis principibus tueretur & defenderetur, prout ex incumbenti officio facere tenentur. cap.principes. & ca.res.23.quæſtio.5. hinc Panor.in cap.venerabilem.nume.20.de elect.inquit,
8 quòd * Imperator eſt aduocatus & defenſor eccleſiæ, nō patronus.Sic etiam rex Franciæ,quum ille dicatur in ſuo regno imperator,& iura imperii habere,tanquam non recognoſcens in temporalibus ſuperiorem,bene tamen vt
9 Chriſtianiſsimus, in ſpiritualib⁹,quia * omnis Chriſtianus, cuiuſcunque conditionis, vel ſtatus exiſtat, eſt iuriſdictioni ſpirituali ſubiectus.cap.omnes.de maior.& obedientia,cum ſimilibus.

Equidem dicit Petrus Bertrandi, cardinalis Eduen. in
10 tracta.de origi.iuriſdictio.quæſtio.3. quòd * reges Franciæ à principio,quo fuerūt chriſtiani,erant eccleſię,deuoti,& eccleſia liberius eſt iure ſuo vſa, quaſi velit innuere quòd tempore ſuo ſic non fiebat,quia contra illam Petrus de Cugneriis multum inuehebat,qui in hoc reliquit ſucceſſores multos,docet experiētia rerum magiſtra,qui forte tem-

pore procedente, in derisum habebuntur, instar eiusdem de Cugneriis, qui vsque ad hæc tempora in derisum fuit, habitus in Parisiẽ. ecclesia, & hac de causa, eius fama vbique volat qualis illa sit, tu scire debes magis.

¶Summarium.

1 *Quid contineatur appellatione fructuum, quos rex aperta percipit Regalia?*
2 *Dominus feudi, feudum detinet, ob defectum hominis.*
3 *Rex an percipiat aliquid de uenditis nemoribus per defunctũ episcopum, nu. 4. & 5.*
6 *Quid de censibus & redditibus, nume. 8.*
7 *Quem honoro grauo, & econtra.*
9 *Fructus dicuntur deductis expensis, sumptibus & impendiis.*
10 *Quid de domibus in quibus extant terræ, nu. 11.*
12 *Decimæ laico non possunt competere.*
13 *Bene tamen fructus decimarum.*
14 *Aliud est ius decimas percipiendi, & aliud res quæ ex decicima percipitur.*
15 *Rex inquãtum iure Regaliæ utitur, potius ecclesiasticus quàm laicus censetur.*
16 *Fructus non debent recolligi nisi suo tempore.*
17 *Præsentare, est fructus iurispatronatus.*

Quæstio L.

ET quia supr. quæstione proxima, diximus, regem facere fructus suos tempore apertæ Regaliæ, ex dignitate episcopali prouenientes. Nunc videndum est, * quid contineatur appellatione huiusmodi fructuũ. Dic 1
contineri inter cętera blada, siue grana, quæ messis tẽpore

percipiuntur etiam de terris dominii episcopatus, & (vt aliquibus placet) grana quæ proueniunt ratione redditũ etiam decimarum bladorum, quæ sunt in radice.

Etiam qui proueniunt de vinis, vinagiis, decimis, & aliis redditibus, qui succedunt in vino, prout dictum est de granis.

Et si terræ, redditus, & decimæ, tempore aperturæ Regaliæ ad firmam sunt datę, rex optionem habet firmam retinendi, vel vinum, & bladum recipiendi, instar domini feu
2 di, qui * ob deffectũ hominis, feudũ vassali detinet, quod firmatur & apparet per plura compota in camera compotorum de pluribus regaliis reddita.

Quid dicendum de nemoribus, & siluis ceduis, quæ tẽpore Regaliæ reperiuntur venditæ? Dic etiã appellatione fructuum venire, prout & sequẽtia. Pone, episcopus Parisien. priusquam ab humanis decederet, vel in mense Martio cederet, certas siluas, de pertinentiis episcopatus vendidit, quæ tempore obitus reperiuntur omnes scissę, tamẽ omnis dictæ venditionis pecunia non soluta, cum ex conuentione in festis natiuitatum beati Ioannis baptistæ, & domini nostri inde sequẽti, solũ veniret soluenda, quęri
3 tur * an rex iure Regaliæ, de pecunia huiusmodi sic debita, aliquid habeat percipere, aut solum futurus episcopus, vel hæredes dicti episcopi mortui.

Breuiter dic, quòd postquam visa fuerũt compota Regaliarum, temporum præteritorum, aliàs fuit conclusum per dominos ipsorũ compotorũ, (prout in libro decimo memorialium ipsius cameræ reperitur, signato ad literam K. fol. 35.) quòd rex, dicto iure Regaliæ perciperet pecuniam terminorum, qui durante apertura Regaliæ laberentur, futurus autem episcopus, illam quæ in terminis, clausa Regalia, id est post præstationem iuramenti fideli-

tatis,

tatis,& alia requisita ad clausuram huiusmodi descripta in tertia,&.52.quæstionib⁹,debebitur dicti vero hæredes pecuniam,quæ in terminis ante obitum ipsum lapsis, reperietur debita.

Sed quid * de siluis huiusmodi venditis, quæ solũ sunt incœptæ scindi,aliquæ verò illarũ sunt scissæ,in tertia earum parte,aliæ verò in media, aut in quarta, pecunia cuius venditionis in integro non reperitur soluta, sed de aliquibus restat terminus vnus,de aliis verò duo termini, vt supra, quæritur an etiam aliquid ex eis pecuniis iure Regaliæ regi debeatur? Dic quòd etiam modo prædicto fuit conclusum, videlicet quòd rex percipiet pecuniam terminorum durante apertura Regaliæ affluxorum,futurus autem episcopus, terminorum Regalia clausa lapsorum,& hæredes terminorum ante apertam Regaliam debitorum. 4

Quod si aliquæ siluæ ceduæ per episcopum defunctum fuerint venditę,de vna quarum tempore obitus nihil scissum reperitur,de altera verò aliquid,cuius vẽditionis primus terminus in festo beati Ioannis baptistæ debet labi, qua die Regalia reperitur aperta, an * tunc emptores pos- 5 sint & debeant compelli, hunc primum soluere terminũ, esto quòd nihil sit scissum, etiam & ad tenendum illum venditionis contractum ? Dic pariter fuisse conclusum, quòd ad id compellentur,videlicet ad solutionem fiendam,& ad contractum tenendum,sine aliqua innouatione,& percipient rex & futurus episcopus terminos prædictos de huiusmodi vendis.habes arrestum in stillo parla. 319.quod vide.An autem & regi,& episcopis vendere liceat huiusmodi nemora & ceduas siluas, habes per nos in tract. pensio. parte 5. quæstio.8. ad quam locum te remitto.

6 Quid * de cēſibus,& redditibus epiſcopo debitis,quorum aliqui debentur in feſto ſancti Remigii,alii autem in Paſchatæ,& cæteri in duob⁹,vel tribus terminis in anno, quæritur quomodo illi recipientur, & pariter ipſi ſoluentur his qui illos ſuper epiſcopatu ſolui cōſueuerunt? Dic etiam fuiſſe concluſum, quòd rex percipiet eos qui debebuntur tempore Regaliæ,& etiam ſoluet illis quibus eo tempore debentur per epiſcopum, Regalia clauſa,pro quo habes arreſtū in ſtillo parlamē.ſub nu.309. Et in hoc ius Regaliæ non diſcordat à iure communi, ſed cum illo
7 conuenit,dicente,quem * honoro grauo,& econtra. not. Guil.Benedicti in repeti.c.Raynutius.in verbo ſi abſque liberis 2.nu.56.de teſta.

Idem de locationibus domorū,& aliarum rerū,quæ anno,in quatuor terminis,æquali portione ſoluuntur. idem etiam de locationibus hortorum, terrarum,& aliorum hæreditagiorum.

Et quia ſunt aliqui cenſus antiquitus debiti, in medio Martii, qui tamen non recipiuntur niſi in dominica ſequenti, inter quos dies, epiſcopus ab humanis decedit,
8 vel aliàs aperitur Regalia. Quæritur * cui illi debentur, an regi, vel hæredibus? Dic concluſum, quòd ſi præciſæ debebantur in medio Martii, tunc hæredes illos percipient, oneráque ſuper illis impoſita ſoluent, eſto quòd poſtea termini eueniant. Euentus enim terminorum ad acquiſitionem fructuum nihil operatur,ſed præcipuè eorū à terra,ſeu fundo ſeperatio,vt amplius pars fundi non dicantur, & in eo pendere.Duo onera ſoluent quæ inſtar
9 expenſarum habentur,* fructus dicuntur,deductis expenſis, ſumptibus,& impendiis.glo.Bar.Ang.& communiter doc.in.l.in fundo.ff.de rei vendi.doct.per illū tex.in.l.fructus.ff.ſolu.matrimo.

Sed

Sed quid de firmis mutabilibus, vtpote de firmis pedagiorum & vinagiorum,ac aliarum rerum,quæ ad annum, duos,vel tres,ad pecuniam dantur? Dic quòd ille ſoluētur pro rata dierum,ita quòd hęredes epiſcopi defuncti habebunt eorum portionem,vſque ad diem mortis incluſiuè, rex autem percipiet tēpore Regaliæ, futurus vero epiſcopus,à tempore quo clauſa fuerit Regalia.

Et quia ſunt domus,in quibus extant terræ,ad epiſcopatum pertinentes,quę ſolent dari ad minagium grani,anno quolibet ſoluendum in feſto ſancti Remigii,& cum hoc, ſolui certa pecuniæ ſumma die illa. Quæritur * quomodo 10
granum & pecunia huiuſmodi debeant recipi, & ad quem pertinebunt? Dic quòd ex quo meſsis facta fuit tempore apertæ Regaliæ,rex granum,& pecuniam percipiet, oneráque ſoluet. Ratione quorum onerū, ſeu ſolutionis illorum,quæritur quid in caſibus ſequentibus ſit dicendum? Pone,epiſcopus ſingulis annis, certis perſonis, ſoluere tenetur certos granorum redditus,nonnullos certo die præfixo,alios duobus terminis,aliquos de menſe,in menſem, alios de duobus menſibus, in duos menſes, & aliqui eorum percipiuntur ſuper molendinis, aliqui ſuper toto epiſcopatu, aliqui ſuper horreis, in quibus nihil erat tempore apertę Regaliæ,aliqui etiam ſoluuntur in feſto prædicto ſancti Remigii,aliqui in feſto omnium Sanctorum, qui termini vita comite dicti epiſcopi erāt lapſi,& ea onera,ex his quæ epiſcopus in bonis reliquit,nō poſſunt perſolui,* quæritur quid hoc in caſu ſit dicendum? 11

Dic quòd etiā per eoſdem dominos cōpotorū per modū declarationis & ordinationis fuit cōcluſum,ꝙ cōmiſſus in Regalia,poterit ſoluere dicta onera de eo ſuper quo ipſa ſunt conſtituta,ſi poſſe fieri, non de re alia, & ſi non tantum valet recepta dictarū firmarum, ſoluet aſsignatis pro

rata, ad id quod recepta de eo se extendere poterit.

Et quia supra in primo articulo huius quæstionis dicitur, quód sub huiusmodi fructib⁹, quos rex percipit, ratione Regaliæ, decimę bladorum & vinorum cõprehendun
12 tur, illud intellige sanè, videlicet * quod non de iure decimæ quód est spirituale, quod laico competere non potest, sed de fructibus ex decimis prouenientibus, qui sunt corporales & temporales.

Et ideo licet secundũ iura canonica decima non possit dari vel concedi laico in perpetuum, scilicet ius percipiẽ
13 di decimas,* tamen fructus decimarũ possunt dari, & cõcedi laico, ad tempus, vel ad vitam, etiam & locari, aut ad firmam dari. c. 2. de locato.

Etiam & ecclesia parochialis, id est emolumentum illius in quo veniunt decimæ, oblationes, & alia similia. c. fi. ne prælati vices suas, & in casu præsenti rex non petit ius decimas percipiendi, sed solum fructus pendentes, & tẽpore Regaliæ prouenientes.

14 Istud firmatur similibus, quia de iure cõmuni * aliud est ius percipiendi, & aliud est res, quæ percipitur & quæ prouenit de prædictis, videlicet frumentum, vinum, & similia, quæ sunt corporalia, & tamẽ ius percipiendi est incorporale. glo. & doct. in. c. quanuis sint grauæ, de deci.

15 Præterea * inquantum iure Regaliæ rex vtitur potius ecclesiasticus quàm laicus dicitur, tum quia eo iure beneficia confert ecclesiastica, & dignitates, Regalia aperta vacantes, quodquidem ius conferendi est in spirituale. c. dilecto filio. in fi. de præbend. Quód si hoc ius habet dici, non debet incapax iuris decimandi, quod est spirituale. Non est igitur mirandũ si in huiusmodi fructibus decimæ comprehendantur, quod nõ placet do. Rufço sup. 55. priuilegio, vbi ponit contrarium fuisse per curiam decisum

cisum,quod probat,& in cõtrarium adductis respõdet,cõcludens decimas non venire in fructibus,quos aperta Regalia rex percipit.

Equidem non placet quod supr.etiã dictum est de siluis ceduis,per ea quæ idem do.Rusæus citat in 56.priuil.vbi dicit,quòd deputati ad leuandum fructus durante Regalia,nõ possunt incidere arbores ceduas, neq; piscari viuaria prælaturæ,ante tempus, neque alia agere, per quæ deterioretur redditus perpetuus prælaturæ,ita fuisse ordinatum asserit per regem Philippum pulchrũ,quod fit, * quia fructus nõ debẽt recolligi nisi suo tempore.l.si merces.§. si conductor. ff.loca. cum aliis ibi per eundem Rusæum adductis. 16

In ipsis duabus conclusionibus, prout & sequentibus, præfati domini compotorum, satis leuiter,& minus iurisdicè videntur conclusisse, vt rectè intuenti iurisperito constat.

Postremò,quòd appellatiõe huiusmodi fructuũ,quos dicimus regem percipere durãte tẽpore apertæ Regaliæ,etiã collationes beneficiorũ & dignitatũ,& aliorũ sup.q.9.mentionatorum veniant, satis probatum videtur, per operis discursum,de quo nõ est mirandũ,etiam per ea quæ tradit do Petr.Rebuff. in tracta.nominatio.quæst.17.principali,& quæst.16.minus principali,dicens quòd si consuetudine caueatur, quòd tutor faciat fructus suos patrimonii pupilli, * præsentare poterit,cum præsentare sit ius patro. 17 fructus.c.consultationibus. de iure patr. etiam industrialis,cũ in eligendo idoneũ requiratur hominis industria.c. decernim⁹.16.q.7.quod firmatur per simile,quia vxor relicta vsufructuaria præsentat.not.Paulus Picus in repeti.l. Titia.§ Titia.q.39.de legat.2. Alia adducit motiua idem Do.Rebuf.quæ videre licet si placet.Potest ergo rex iure

Regaliæ,ad beneficia ad præsentationem episcopi pertinentia præsentare,vt sup.d.9.quæstione fuit conclusum. Si enim nō posset præsentare,omnes fructus tēpore apertæ Regaliæ prouenientes,non diceretur percipere, quod non est dicendum.

Summarium.

1 *Fructus ex beneficijs litigiosis prouenientes,an rex aperta Regalia percipiat,prout & fructus deportus.*

2 *Quotiens ius commune est contra aliquem, tenetur is ad probationem illius quod intendit.*

3 *Possessio immemorialis iuuat possessionem damnatam.*

4 *Qui non probat id quod est contra ius,non potest præsumi nisi malum.*

5 *Semper interpretamur in id quod est contrarium contumaci.*

Quæstio LI.

1 SVpra quæstione proxima,dictum fuit regem multas fructuum species iure Regaliæ percipere. Nunc oritur dubium,* an fructus quos episcopus de beneficiis litigiosis percipit, contineantur.Pone pro faciliori dubii intelligentia, episcopus Parisien. consuetudine priuilegio,aut alio titulo(non dicam vsurpatione) percipit omnes fructus beneficiorum litigiosorum suæ diœcesis. Quæritur,an rex aperta Regalia in episcopatu Parisien.omnes eos iure Regaliæ possit fructus percipere?Et videtur quòd sic,quia ea durante Regalia rex tanquā bonus & legitimus administrator loco episcopi succedit,ideo nō minus fructus ipsos debet percipere, quàm episcopus, Regalia clausa percipit, cum illi videantur de patrimonio episcopatus, licet aduētitia censeantur,prout collatio

collatio beneficiorum dici poteſt tanquam incerta & caſualis, vt patet intuenti. Quia non fit niſi medio certæ vacatiõis, vtpote quæ cauſatur à morte naturali vel ciuili, vtraque quarum eſt incerta, maximè naturalis quo ad diem vel horam, certa tamẽ quod procedente tempore veniet. l. prima, vbi doct. ff. de conditio. & demonſtr. idem dic de aliis vacationibus quarum aliquas citamus ſup. in 3. q. & aliis vſque ad 8.

Quòd ſic dictũ eſt de fructibus beneficiorum litigioſorum, idem dic identitate rationis, de fructibus in primo anno vacationis excreſcentibus, quos noſtri vocant deportus, cum ſit ſimilis, non dicam vſurpatio, per concilium Baſilienſe damnata, vt videre licet in pragma. tit. de annatis, vbi vide glo. in verbo annatarũ, & quæ ibi dixi poſt eam.

E quidem vſurpatio, quia contra ius cõmune, ideo hi qui hoc iure ſe tueri volunt, illud habent probare, quia iuris doctrina eſt, quòd * quotiens ius commune eſt contra ali 2
quem, tenetur ille ad probationem illius quod intendit, licet poſſeſsio ſit apud eum. tex. eſt in. c. ad decimas. de reſti. ſpolia. libr. 6. vbi vide docto. & in cap. bonæ 2. de poſtula. præla. & Ioan. de firmo, in tracta. de epiſcopo, libr. 4. parte 2. quæſt. 11. & Cap. Tholoſ. deciſ. 464. quod fit, quia illa poſſeſsio eſt à iure damnata, quæ non iuuat poſſeſſorem,* 3
niſi fuerit tanti temporis, de quo non eſt memoria, ait Bal. in. l. ius eius. C. de probatio. & l. 2. verſ. quæro nunquid. C. de ſenten. quod latè diſcutit Gomes, in regula de annali poſſ. q. 57. & Freder. conſi. 234. colum. 2. Super primo. Ideo ſi quis poſsideat duo beneficia duplicia, id eſt iure incompatibilia, illorum cogitur iuſtificare poſſeſsionem, per ꝓbationes iuris ſingularis, cui innititur ca. ordinarii ĩ princip. de officio ordina. libr. 6. Quod ſi nõ probet, non po-

4 test præsumi, * nisi malum, cum sit contra ius ait in simili Cardi. post Hostien. ibi in c. osius, in fine. de electio. ergo si pro iure secus, nam ius nunquam profert iniustum, sed iustum, quia anima iuris est iustitia, & ratio, quæ nobiscum nasci dicitur, saltem naturalis.

Pro ea præsumptione mali habes quod notat Bart. in l. quandiu colum. 1. versi. venio, ad vlt. gl. ff. de aquir. hæred.
5 quòd * semper interpretamur in id quod est deterius contumaci, & vtilius aduersario, nota. in l. 2. §. actor. versic. si reus. ff. de iura. calum.

¶ Summarium.

1 *Quis temporibus his fructus aperta Regalia prouenientes percipiat, aut suos faciat?*
2 *Diuisio fructuum ipsorum ponitur.*
3 *Intentio regis quo ad ipsos fructus concernit describitur.*
4 *Qui reges sanctæ Cappellæ palatii Parisien. huiusmodi fructus donauerunt nominantur.*
5 *Forma donationis eorum per Henricum regem factæ, ad uerbum inseritur.*
6 *Fructus immaturi percepti per receptorem iurium Regaliæ tanquam maturi debent episcopo restitui.*
7 *Fructus immaturi non dicuntur fructus.*
8 *Corpus humanum in utero matris organizatum, non dicitur homo donec anima fuerit infusa.*

Quæstio LII.

1 ETiam supra questione 49. diximus, fruct⁹, redditus & prouentus tempore Regaliæ prouenientes ad regem iure Regaliæ pertinere, nunc quæritur an * his nostris temporibus, illos etiam faciat suos, ac realiter percipiat.

percipiat. Et vt responsum certum habeas, dic quòd Ludouicus II. Francorum rex, videns quòd ob bella, quæ in regno fuerant orta, Thesaurarius & canonici sanctæ Cappellæ palatii Parisien. quàm pluribus redditibus, prouentibus, & reuenutis, ac hæreditagiis, de fundatione & dotatione eiusdem sanctæ Cappellæ existentibus, fuerant spoliati, adeo & in tantum, quòd superexistentes fructus, & cætera huiusmodi ad victum & statum eorundem thesaurarii, & canonicorũ, cæterorúmque ministrorum diuinũ seruitium in ea facientium, & dicentium, erat insufficientia dictos fructus, redditus, & prouentus eidem sic iure Regaliæ prouenientes in quibuscunque ecclesiis cathedralibus, & metropolitanis regni, ipsis thesaurario, & aliis prædictis, modo sequẽti donauit, mediam * videlicet illorum 2
partem, pro continuatione dicti diuini seruitii. Reliquam autem pro ornamentis ecclesiasticis, & ad sustinendum, & manutenendum vitreas, & alias dictæ sanctæ Cappellæ reparationes.

Quæquidem donatio per dominos cameræ compotorum expedita, & verificata fuit, de eáque ipsi thesaurarius, & canonici, secundũ eius formam & tenorem, vsque ad dicti Ludouici II. obitum, fuerunt realiter & de facto gauisi.

Postmodúmque per regem dicti Ludouici, immediatum successorem confirmata, etiam & per præfatos dominos cameræ compotorum expedita, & verificata, ea tamen lege, * quòd rex intendebat quictus & exoneratus 3
esse, ab omni eo, in quo illis posset esse debitor, tam ad causam reparationũ huiusmodi, quàm dicti diuini seruitii, aliarúmque dictæ sanctæ Cappellæ necessitatum, solũ tamen eius vita comite. Et hanc donationem * quæ est 4
Caroli octaui, Francorum regis, reperies sub datum in loco nostræ Dominæ de Clery, propè Aurelianum,

anno domini 1483.die 14.Decembris.Signatum Charles, quę etiam fuit in dicta compotorum camera verificata & expedita,die 14.Februarii,anno prædicto.

Cui Carolo in regno ſucceſsit Ludouicus duodecimus, qui etiam ſimilem fecit donationem ſub datum Pariſius duodecima Iulii, milleſimo quadrageſimo nonageſimo octauo, & regni ſui anno primo, quæ etiam per dictam Cameram fuit interinata prima Decembris, dicto anno. Signata,Loys.Par le Roy,Robineau.

Cui etiam immediatè ſucceſsit Franciſcus huius nominis primus, qui ſimiliter ſimilem fecit donationem. Sub datum Pariſius 18. Martii, Anno domini milleſimo quingenteſimo decimoquarto. Et regni ſui anno primo. Signatum,Francoys.Par le Roy,Robertet.

Quæ pariformiter per dictam compotorum cameram fuit expedita vltima Auguſti, milleſimo quingenteſimo decimoquinto.

Poſtremò, eidem Franciſco in regno etiam immediatè ſucceſsit Henricus, eiuſdem filius, & huius nominis ſecundus, qui pariter ſimilem ſub tenore infra ſcripto fecit donationem, quam ad verbum, ad meliorem animi informationem hic inſerere curaui, & iuris dictorum dominorum theſaurarii,& canonicorum inſtructionem, ac verificationem, cum multis ius hoc ſit ignotum illis competere.

Præmiſſa enim tibi, in verbo ſacerdotis vera fore certifico, quia illa ab archiuis dictæ ſanctæ Cappellæ etiam ex originalibus literis habui,prout & ipſum tenorem ſequentem.

Henry

437

HEnry * par la grace de Dieu, Roy de France. A tous ceulx qui ces presentes lettres verront salut, Noz chers & bien amez, les tresorier, & chanoines de la saincte Chappelle de nostre Palais royal, a Paris, Nous ont fai expofer, que le feu Roy nostre treshonoré seigneur & pere, (que Dieu absolue) & autres noz predecesseurs roys de France, deuement aduertis de la grand diminution de plusieurs rentes, reuenuz, terres, & possesions dõnez, & octroyez pour la dotation & fondation de ladicte saincte Chappelle, a l'occasiõ des guerres qui ont eu cours en nostre royaume. Et que lesdictes rẽtes, reuenuz, terres, & possesions ne suffisoient pour fournir aux charges & necessitez d'icelle saĩcte Chappelle, vie & estat des psonnes, faisans & continuans iour & nuyct le diuin seruice en icelle, Ayent donné & octroyé leur vie durant ausdictz tresorier & chanoines, tous & chacuns les fruictz, profitz, reuenuz, & emolumẽs q̃lzconques qui viẽdroiẽt, istroiẽt, & escherroient des Regalles, & droictz d'icelles, qui leur appartenoiẽt, & pouoient appartenir, & eschoir, en quelq̃ maniere que ce fust, de & en toutes & chacunes les eglises metropolitaines & cathedrales, de tout & par tout nostre royaume, pour les des deniers d'icelles Regalles estre conuertis & employez, moytié a la continuation & entretiennemẽt du diuin seruice d'icelle saĩcte Chappelle, & lautre moytié en ornemens, linge, & a soustenir & entretenir les verrieres & reparatiõs de ladicte saĩcte chappelle, & q̃ ce neãtmoĩs, les reuenuz, & emolumẽs desdictes Regalles iusques icy escheuz n'ont peu suffire pour lesdictes reparatiõs, & necessitez de ladicte saĩcte Chappelle. Et que lesdictz tresorier & chanoines, obstant la grande diminution de leurdict reuenu, ne pourroient encores de present bõ-

nement entretenir, ne cõtinuer (comme il appartient) ledict seruice diuin, ne supporter les autres charges, si par nous ne leur estoit pourueu de remede & prouision conuenables, humblement requerant iceulx.

Scauoir faisons, que nous voulans ensuyuir les tres louables faictz de noz predecesseurs, & considerans que les deniers & reuenu desdictes Regalles sont de chose donnée, ausmonée, & destinée a Dieu nostre createur, & ses suppostz, pour le seruir & honnorer, & qu'il est plus conuenable les applicquer pour Dieu es choses dessusdictes, que es choses prophanes: Aussi que icelle saincte Chappelle a tousiours esté, & est la plus principalle, & plus peculiere des Roys de France, expressement fondée pour prier Dieu pour les Roys de France. Et que no⁹ sommes tenuz soustenir & entretenir de noz deniers, la vie, estat, & reuenu des personnes faisans & continuans iour & nuyct le seruice diuin. Pareillement l'edifice d'icelle, & y fournir le linge, ornemẽs, luminaire, & autres charges, & necessitez, a fin que le seruice diuin qui y a accoustumé estre faict, soit continué & entretenu, de bien en myeulx en l'hõneur & louange de Dieu, & des tresdignes enseignes de sa benoiste passion, ausquelles nous auons feruante & tressinguliere deuotion. Pour ces causes, & autres bonnes & grandes considerations a ce nous mouuans, Auons donné & octroyé, donnons & octroyons de grace especial par ces presentes, tous & chacuns les fruictz, proffitz, reuenuz, & esmolumens quelzconques, venuz & escheuz depuis nostre aduenement a la couronne, & qui viendront & escherront des Regalles & droictz d'icelles, qui nous appartiendront & pourront escheoir, & appartenir en quelque maniere que ce soit, De & en toutes & chacunes les eglises metropolitaines, & cathedrales

thedrales de noſtre royaume, & par tout icelluy noſtre royaume, pays & ſeigneuries, ou leſdictes Regalles ont lieu, & a cauſe d'icelles, & des droictz d'icelles noſtre vie durant, A les auoir & prẽdre doreſenauãt par chaſcun an noſtredicte vie durant, a quelque valeur & eſtimation q̃ ſe pourroyẽt mõter, Par les mains du receueur general d'icelles, tout ainſi qu'ilz ont fait du viuãt de feu noſtredict ſeigneur & pere, pour les conuertir & employer, la moytié, a la continuation & entretenement dudict diuin ſeruice, en ladicte ſaincte Chappelle. Et l'autre moytié, en aornemens & veſtemens d'egliſe, & en linge, pour ledict diuin ſeruice. Et a ſouſtenir & entretenir les verrieres de ladicte ſaincte Chappelle, & autres reparations d'icelle : Leſquelles reparations, neceſsitez, & autres charges nous conuiendroit autrement fournir de noz autres & propres deniers. Et moyennant & par my ce, nous entendons demourer quitte & deſchargé, de tout ce que nous pourroit eſtre demandé, tant a cauſe dudict diuin ſeruice, comme auſsi deſdictes reparations, & autres charges & neceſsitez deſſus dictes, noſtre vie durant, Pour autant que leſdictz treſorier & chanoines auroyent receu, & qui employé aura eſté eſdictes charges & neceſsitez des fruictz & profitz, reuenuz & eſmolumẽs deſdictes Regalles.

Si donnons en mandement par ces meſmes preſentes, A noz amez & feaulx les gens de noz comptes & threſoriers a Paris, que leſdictz threſoriers & chanoines de ladicte ſaincte Chappelle, ilz facent, ſouffrent, & laiſſent iouyr & vſer plainement & paiſiblement de noſtredict don & octroy, ſans leur y faire mectre, & donner, ne ſouffrir eſtre faict, mis & donné aucun deſtourbier ou empeſchement, mais ſi faict ou

mys

mis y estoit,par importunité de requerans, ou autremẽt, qu'ilz le facent incontinent & sans delay oster & leuer, au profit de ladicte saicte Chappelle, & desdictz tresoriers & chanoines. En faisant leuer, cueillir, & receuoir entierement par le receueur general desdictes Regalles,ou ses cõmis & deputez, tous les fruictz,profitz,reuenuz,& esmolumens d'icelles Regalles, nostredicte vie durant, & les bailler,& deliurer, c'estassauoir la moytié ausdictz tresorier & chanoines,pour conuertir & employer a la continuation & entretiennement dudict seruice diuin, de ladicte saincte Chappelle. Et l'autre moytié conuertir, & employer,par l'aduis & ordonnance de nosdictz gens des cõptes & tresoriers, ou l'vn d'eulx a ce deputé de par eulx,& desdictz tresorier & chanoines de nostredicte saicte chappelle,ou leurs commis & deputez, en aornemens, & vestemẽs d'eglise,& en linge,pour ledict diuin seruice,& a soustenir & entretenir lesdictes verrieres, & autres reparatiõs d'icelle saincte Chappelle. Et par raportant ces presentes signées de nostre main,ou vidimus d'celles,faict soubz seel royal,pour vne fois,& quictance desdictz tresorier & chanoines,touchant ladicte moitié,pour lentretenement dudict seruice diuin. Et aussi quictance des ouuriers qui auront faict lesdictz ouuraiges & reparations, & des autres qui auront fourny ausdictes necessitez & charges,ou aucunes d'icelles. Et certification quant ausdictz ouuraiges,reparatiõs,necessitez,& charges de ladicte saincte Chappelle,de nosdictz gens des comptes & tresoriers, ou de leursdictz commis & deputez,entant qu'a chacun d'eulx apartiendra. Voulons ledict receueur general, ses commis, & chacun d'eulx,demourer & estre tenuz quictes & deschargez des sommes de deniers, que pour les causes dessusdictes,ou aucunes d'icelles,ilz auront,comme dict est,payé

&

& baillé. Et icelles sommes de deniers estre allouez es cõptes dudict receueur general desdictes Regalles, & rabatue de sa recepte, par les gens de nosdictz comptes. Ausquelz nous mandons qu'ainsi le facent sans difficulté. Et s'il aduenoit le temps aduenir, que nous, nõ recors de nostredict don & octroy, aucuns dons & octroys touchant lesdictz fruictz, profitz, reuenuz, & esmolumens desdictes Regalles, ou aucunes d'icelles allieurs, ou a autre, ou autres personnes, estoient par nous faictz par importunité de requerant, ou autrement, qu'ausdictz tresorier & chanoines de ladicte saincte Chappelle. Nous voulõs, ordonnõs & declarons, des maintenant, pour lors, Tout ce que par nous seroit faict & ordonné au contraire de nostre present don & octroy, estre nul, & de nul effect & valeur. Nõobstant que la valeur desdictes Regalles ne soit cy declaré, que telz & semblables dons ne deussent estre faictz, passez, ny allouez que pour la moytié seulement. Et l'ordonnance par nous faicte sur le faict de noz finances, port & distribution d'icelles, en noz coffres du Louure a Paris, & quelzconques autres ordonnances, restrinctions & mandemẽs, ou defences a ce cõtraires. A toutes lesquelles, & aux derogatoires des derogatoires y contenues, Nous auons pour ceste fois seulement, & sans preiudice d'icelles en autres choses derogé, & derogeons par sesdictes presentes. Et pource q̃ de cesdictes presentes lesdictz supplians pourront auoir a besongner en plusieurs lieux. Nous voulons qu'au vidimus d'icelles, faict soubz seel royal, foy soit adioustée, comme a ce ꝑsent original. En tesmoing de ce nous auõs fait mettre nostre seel a cesdictes presentes. Donné a Fonteinebleau le.11.iour de Nouembre, l'an de grace 1547. & de nostre regne le premier. Henry. Par le Roy, Clausse. Et sellé du grand seel en cire iaune auec double queue.

Quæquidam donatio pariformiter per dictam compotorum cameram fuit expedita, & interinata 14.mẽſis Decembris.1547.

Poſtremò vnum habes in præmiſsis attendendum,
6 quo ad mentionem de fructibus factam, quia * ſi contĩgat aliquos fructus immaturos fuiſſe perceptos per receptorem, aut alium nomine regis, vel dictorum theſaurarii & canonicorum, tunc tanquam maturi debent epiſcopo reſtitui, ſi tẽpore clauſæ Regaliæ ſolum debebant
7 tanquam maturi colligi. Cum * fructus immaturi nõ dicantur fructus, quia maturus fructus dicitur, qui eſt in ſuo eſſe perfecto. Ideo qui colligit immaturos, delinquere dicitur, ſunt enim pars fundi & ad proprietarium, id eſt epiſcopum pertinent. notat Henric. in cap.primo.col. 2. de peculio.cleri. vbi vide Barba. & Iaſ. poſt alios in.l.diuortio.§.interdum.nu.15.ff.ſolu.matrimo.

Quod fructus immaturi non dicantur fructus, habes
8 in ſimili de corpore humano, quia * licet in vtero matris ſit organizatum, non tamẽ eſt homo, donec per creatorem anima in corpus infundatur. cap. quòd verò. & cap. Moyſes.32.quæſt.2.& in cap. ſicut.de homicid. quod proſequere, vt per nos in tractatu diſpen. membro primo. num.6.& ſequen. quia aliter non inſiſto, cum non ſit præſentis ſpeculationis.

¶Summarium.

1 *Regalia quando dicatur clauſa.*
2 *Forma literarum regis per quas, quòd epiſcopus illi iuramẽtum fidelitatis fecit atteſtatur.*

Quæſtio LIII.

Regalia

REgalia * quando dicatur clausa, dic istum 1
pūnctum fuisse expeditum per ea quæ cita
ta fuere supra.q.3.vbi reperies ordinationē
regiam aperturam, & Regaliæ clausuram
continentē, ideo in hoc aliter non insisto,
sed solum formā literarum attestationis, de quibus fit mē-
tío ibi, sub his verbis describo.

CArolus * Dei gratia Francorum rex. Dilectis & fi- 2
delibus gentibus compotorum nostrorum Parisius,
Senescshallo Andegauen. & Cenomanen. commissariisque ad leuandum Regaliam in diœcesi Cenomanensis, nunc ex parte nostra deputatis, Cæterísque iustitiariis & officiariis nostris, aut eorum locatenentibus, salutem & dilectionem. Significamus vobis, quòd dilectus & fidelis consiliarius noster, magister Gonterus de Baluecolis, electus Cenomanen. sacramentum fidelitatis, quod nobis ratione suæ ecclesiæ Cenomanens. facere & præstare tenebatur, nobis hodie fecit & præstitit, ad ipsum recepimus, nostro, & quolibet alieno iure saluo. Quare vobis & vestrum cuilibet, prout ad eum pertinuerit, præcipimus, & mandamus, quatinus temporalitatem dictæ ecclesiæ Cenomanen. præfato consiliario nostro, vel eius gentibus, visis præsentibus, indilatē & sine mora quacunque, deliberetis, seu deliberari faciatis ad plenum.

Datum apud Luperam propè Parisius, sub sigillo secreti nostri, Anno domini millesimo tricentesimo sexagesimoseptimo, & regni nostri quarto, die tertia huius mēsis Decembris.

Hanc (vt prædixi) quæstionem latius non prosequor, sed etiam te remitto ad ea quæ supra in.58.priuilegio fuerunt discussa.

Summarium

¶Summarium.

1 *An per solam sufferentiam Rregis, egalia dicatur clausa.*

2 *Patientia non habetur pro consensu, quando de tacentis præiudicio tractatur.*

Quæstio LIIII.

Visum est supra quæstio. proxima & tertia, qualiter & quãdo claudatur Regalia. Nũc
1 oritur dubium, * an per regis sufferẽtiam solam, claudatur, vt quia rex suffert, aut tollerat, quòd ante iuramẽti fidelitatis præstationem, & alia in. d. quæstionibus descripta, episcopus de sua tẽporalitate gaudeat? Breuiter dic quòd non, quia etiã omnia beneficia, tempore huiusmodi gaudẽtiæ vacantia, rex, iure Regaliæ, vsque ad triginta annos confert, ita audio fuisse ordinatum per Philippum Francorum regem & super hoc interuenisse arresta. Et per eum dictatum, quòd sufferentia non tollit Regaliam, quo ad beneficiorum collationem. De ea tollerẽtia quæ videtur tacita, prout & de alia, quæ est expressa, an importent dispensationem, habes per nos in tracta. dispen. membro. 5. parte. 3. num. 50. & amplius num. 48.

2 Pro prædictis facit iuris doctrina, quòd * patientia non habetur pro consensu, cum tractatur de tacentis præiudicio, & amissione dominii. not. in. l. filiusfa. §. inuitus. ff. de procura. &. l. quanuis. §. vetare. ff. de furt. Bar. in. l. cum de in rem verso. ff. de vsur.

Secus igitur quando agitur de commodo tacẽtis, sic debet intelligi prouerbium gentis Angliæ, quòd taciturnus prætẽdit speciem confitẽtis. Etiam quando agitur de incommodo tacentis, dum tamẽ illud respiciat diuinum cultum, quia tunc tacens habetur pro consentiente. Pone in

seruo

ſeruo qui patiente & non contradicēte domino ad ſacros promouetur ordines, quia valida eſt ordinatio, prout probo in ſcala noſtra benefi.ar. Seruus. & latè Cæſar Lamber. in trácta. de iure patro. q.2. ar.2. partis.3. lib.2. à num.9. vſque ad num.19.

Quæſtionē noſtrum habes latè tractatam ſupra in.10. priuileg. vbi vide aliàs rationes, ad noſtram concluſionem tendētes, quod ſi nō in propriis, ſaltem in ſimilibus terminis: ſic idem dicendum, ratione identitatis, quæ eſt fundamētum extentionis. Etiam & in terminis propriis ſupra in priuilegio.38.

Dico ratione idētitatis, per theoricam iuris, quòd quando in pluribus caſibus eſt eadē ratio, illa decidit omnes caſus, non per extentionem, ſed ſicut genus comprehendit ſpecies, ſic generalis ratio comprehēdit diuerſas ſpecies caſuum emergētium, dicunt Petr. & Cyn. in. l. iura. non in ſingulas. ff. de leg. Bal. in. c. quia V. ante finē. de iudic. vbi ait, quòd quo rationis nexu connexuit, diſpoſitio iuris nō ſeparat, nec equidē id contingit per extentionem, ſed verius per tacitam diſpoſitionem eiuſdem, iſtud proſequitur Petr. de Anchar. in conſil.96. col.1. ſuper dicto. & Paul. de Caſtr. conſi.83. col.2. Præſens caſus. vol.2.

¶Summarium.

1 *Ius Regaliæ, an cum communi iure conueniat, uel ab eo diſcordet?*

2 *Iure communi, præbenda eccleſiæ cathedralis minori.* 14. *annis non poteſt conferri, bene tamen iure Regaliæ.*

3 *Ius Regaliæ ſe habet inſtar iurium fœudorum.*

4 *Rex iure Regaliæ conferens, regulis cancellariæ Romanæ non ſubiicitur.*

5 *In beneficialibus, non ſit hæreditaria ſucceſſio.*

¶Summarium.

6 *Dispensationis effectus, est de illicito facere licitum.*
7 *Rex unctus persona ecclesiastica dicitur, non laica.*
8 *Quæ spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege.*
9 *Sine temporalitate, spiritualia diu non possunt subsistere.*
10 *Beneficium est ius incorporale.*
11 *Spiritualia non sunt sine temporalibus conferenda.*
12 *Beneficium, est beniuola actio capienti tribuens gaudium.*
13 *Nomen, rei debet conuenire*
Recessus à iure communi, est odiosus.
14 *In odiosis sequimur, quod est minimum.*
15 *Vt cognoscitur an cõstitutio sit fauorabilis, uel odiosa, debet considerari ad quid principaliter est introducta.*
16 *Papa in toto, uel in parte, non potest potestatem à Deo sibi traditam à se abdicare.*
17 *Sicut non potest contra Deum præscribi, ita nec contra eius uicarium.*
18 *Ecclesia non potest aliquid facere, per quod eius unitas destruatur.*
19 *Papæ potestas, non solùm est humana, sed etiam diuina.*
20 *Quando actus licito ac illicito iure fieri potest, præsumendum uenit quòd licito fuerit factus iure.*

Quæstio LV.

1 IVs Regaliæ, an * cum communi iure conueniat, vel ab eo discordet? Dic, quòd potius discordat, quam conueniat, vt patet ex multis in discursu operis contẽtis, quod fit, quia ius illud non à communi iure originem sumpsit, sed potius à priuilegio, quod ius commune dicitur priuare. Ideo cum de eo iure firmando, & roborãdo agitur, procurator regis instigante regalista proponit, quòd ius beneficia cõferendi iure ipso Regaliæ, rex exercet, seu ea confert potestate imperiali

imperiali & pontificali. Illúdque summo pontifici, neque constitutionibus ecclesiæ, prout nec cætera coronæ iura subiici, quódque non arctari ad modum collationum ordinariorum ecclesiasticorum.

Pone pro discordia, quia * licet iure communi præbenda ecclesiæ cathedralis minori.14.annis non possit cōferri.not.Panor.in.c.super inordinata.nu.4.&.12.de præbē. Regula cancellariæ, etiam hoc cantat expressè, tamen habes supra in.24.priuil.quòd collatio talis præbendæ iure Regaliæ obtenta, &.7.annos habēti facta, viribus subsistit, quia (vt subdit ipse procurator regis) si hanc opinionē iure cōmuni fundatam, rex teneretur obseruare, sequeretur ꝙ iura regis diminuerentur, supérque ipsis (vt verbis suis vtar) interpranderetur, & per obliquum illa tollerentur, ipsóq; iure, vti non posset ad libitum, quod absurdum & incōueniens reputat, subdens id ius Regaliæ appellatum, tanquam nihil magis regibus Franciæ peculiare, & magis ad regnum ius pertinere possit. 2

Se igitur habet ius Regaliæ, instar iurium feudorum, * quę regulariter sunt cōtra regulas iuris cōmunis. Ideo nō trahendum in consequentiam.l.quod verò.&.l.ius singulare.ff.de legib.idem dic de stilo curiæ Romanæ, qui etiā aliquando est contra ius commune, probat Staphil.in tra cta.de signatura literarum gra.§.his ità.nu.5. 3

Ex quibus infertur, quòd * rex, iure Regaliæ beneficia conferens, regulis cācellariæ Romanæ nō subiicitur, ideo ille suis collationibus eo iure factis nō refragantur, quod nota, maximè propter regulas, etiam in Gallia robur suum obtinentes, videlicet de infirmis resignantibus, & infra viginti dies decedentibus, ac de verisimili notitia obitus, quæ dicuntur à iure communi extractæ, vt patet rectè intuenti. Et quo ad primam, à iure dictāte * quòd in bene- 4 5

ficialibus non fiat hæreditaria succeſsio, iuxta illud quòd ſanctuarium de iure succeſſorio poſsideri non debet. notat Rota in nouis deciſio. 233.col.fi. Si prælatus.dixi apud Ioan.Mona.in.c.2.vt lite penden.lib.6.

Quo ad ſecundum, ne detur occaſio captandæ mortis alienæ.cap.ne captandæ.de conceſſio.præbend. in 6. cum ſimilibus.

Etiam propter decretum de pacificis poſſeſſoribus; quia licet rex illud acceptauerit, & in ſuo regno obſeruari voluerit,vt patet in pragma.& concorda.non tamen ſe illi ſubiicit, ſeu illo ligari voluit, prout nec iuri deuolutionem ob negligentiam vel culpam ſtatuenti,vt probatum fuit ſupra.q.15.

Pro ipſa diſcordantia,etiam habes quæ notantur in.50. priuilegio. vbi dicitur, quòd taciturnitas defectus naturaliũ regaliſtæ non operatur ſurreptionem, dummodo per antea cum eo fuerit legitimè diſpẽſatum (id eſt de illicito ad
6 licitum deuentum,* quia diſpenſationis eſt effectus.gloſ. pe.in.c.dudum. el.1.de elect.) Eſt enim iuris doctrina, quod per diſpẽſationẽ habilitatus,perinde habetur,ac ſi eſſet habilis de iure communi.Bal.per illum tex. in.l.liberos.C.de collatio.quia per eam omnis macula purgatur, etiã perinde habetur,ac ſi nunquã fuiſſet maculatus. Idem Bal.in.l. imperialis.per illum tex.§.ſimiles.C.de nup. glo.in.c.ferrum.50.diſt.quod proſequere,vt per nos in tracta. penſio. parte.1.q.24.Dico legitimè diſpenſatum fuerit, licet illud ſit contra ius commune,& praxim vtriuſque curiæ,prout per nos fuit deductum in tracta.diſpenſatio. membro.2. nume.133.vbi pono antidotum huic morbo conueniens,& neceſſarium.

Præterea quòd prædicta põtificali dignitate rex iure Regaliæ conferat,etiam procurator ipſe ſolet adducere quòd

rex

rex * tanquam vnctus & sacratus oleo sancto diuinitus di 7
misso, non laica, sed ecclesiastica persona censetur,& au-
ctoritatem quam habet in ecclesiis sui regni, in collationi-
bus beneficiorum in Regalia, & super regimine patrimo-
nii, procedit ex sua, & prædecessorum suorum mera libe-
ralitate eisdem ecclesiis facta. Etiam ex dispositione di-
uina, à qua procedentia nullo iure positiuo regulantur,
iuxta illud, Quæ spiritu * Dei aguntur,non sunt sub le- 8
ge.cap.licet.de regula.cap.duo sunt. 19.q.1.cap.gaudemus.
de diuort.cum aliis per nos adductis in.d.trac.pensio.par-
te.1.q.2.nume.100.

Dico diuino,etiam recognoscente, & approbante eccle sia militante,ad exaltationem & conseruationem fidei catholicæ, ac religionis Christianæ. Etiam quòd habuit & habet tanquam patronus, & vniuersalis fundator dictarum ecclesiarum, dicit Rusæus supra in prima parte præfatio.nume.10.

Et vlterius procedendo, ipse regis procurator subdit, quòd quanuis per iura canonica, rerum spiritualium administratio sit laicis interdicta, hoc de merè laicis,non de personis sacratis, & sublimibus debet intelligi, qui temporalitates, & larga patrimonia ecclesiis contulerunt. Quódque ex largitione patrimonii, fundi, vel ædificationis ecclesi,eius patronatus,defensio & cõseruatio ecclesiæ, etiam merè laicis poterat competere, vnde non mirum si regibus, maximè regi Franciæ tanquam Christianissimo & personæ sacratæ, non humana benedictione, vel vnctione,sed diuino munere singulari cœlico chrismate miraculosè misso, qui tanta patrimonia, tantas libertates, tantas largitiones fundorum, ædificiorum & dotationum ecclesiis regni fecerant,maior auctoritas, præeminentia, & administratio, etiam in spiritualibus pertinerent,

maximè in beneficiorum eccleſiaſticorum collationibus, quæ licet ſint ſpirituale,tamen non modicum habent temporalitatis annexum, quāquidem temporalitatem à rege dicit procedere.Et quòd ſine ea miniſtri eccleſiæ in admí-
9 niſtratione ſpiritualium & ſacramentorum diu * permanere & ſubſiſtere non poſſunt.not.Caſſad. deciſi.vnica.ti. de cõſuet.gl.prag.in proœ.in verb.debilius.quod fit,quia
10 beneficium * eſt ius incorporale,quod diu ſine re corporali remanere non poteſt,ſicut aīa ſine corpore,ait Guill. in cle.ſi.col.2.de præb. vbi Car.q.1. Hinc Petrus de Anch.
11 in.c.2.eo.titu.ait,quòd * ſpiritualia non ſunt ſine temporalibus conferenda, quia debilia ſunt.c.ſi quis obiiciat.1. q.3.ideo vltra eccleſiæ facultates, miniſtri non ſunt recipiendi,aliàs non dicuntur habere beneficia.c.2.de inſtitu. Prępo.poſt glo.in.c.ī nouo.in ſi.21.diſt.& in.c.viduas.1.q. 2.vbi glo.quam vide in.c.res eccleſiæ.12.q.1.quod fit,quia aliàs non cõueniret diffinitio beneficii,quæ dicitur ſecun-
12 dum doctores beniuola * actio,gaudium tribuens capienti,dicit Io.Mo.in.c.ſi tibi.nu.9.de præben.lib.6.vbi Petr. de Anch.not.2.Erit igitur murmuratio,iuxta verbũ Pſalmiſtæ.58. Et ſi non fuerint ſaturati murmurabunt,aut in via deficient,ſi dimittantur ieiunii in domũ ſuā.Marc.8.c.
13 Et ſic * nomen non conueniet rei, quod decet.gloſſ. poſt tex.in.c.cum ſecundum Apoſtolum.de præben. vbi doct. & Freder.in conſi.12.col.54.tex.eſt in.§.eſt & aliud.inſti. de donatio.

Poſtea idem procurator inferendo dicit, quòd conueniēter & neceſſario diuino munere prouiſum extitit,quòd rex, & prædeceſſores ſui fundatores eccleſiarũ regni, tanquam vniuerſales patroni,in collationibus modico tempore,videlicet viduitatis eccleſiæ, pro iure omni cõferendi & præſentandi pertinentibus regi,nonnullis fauoribus

&

& prerogatiuis singularibus,& ratione patrimonii proue nientibus vteretur & gauderet.

Hic enim fatetur procurator ipse,regem esse rerum ecclesiæ viduæ administratorem,ergo loco episcopi, eo tem pore viduitatis esse surrogatum, dicit do.Rufæ.in.52.priuilegi. sic aperta Regalia,potius ius non habet,quàm episcopus habeat illa cla[illegible],qui tamē subiicitur regulis cancellariæ,& cōstitutionibus ecclesiasticis,quia regulariter super illis non dispensat,aut cōtra illas non disponit iuribus vulgatis.

Hæc illatio non placet regalistis, sed potius, quòd ius Regaliæ discordet à iure communi, sic fatentur illud ius esse odiosum, quia doctrina est iuris, quòd recessus ab eo iure communi est odiosus.c.1.&.2.de fil.presbyt.lib.6.cū aliis per nos adductis in.d.tract.dispen.memb.12. parte.1. nu.69.quod fit,quia id * quod iuris est cōmunis, dicitur 13
fauorabile.not.Roma.in consi.328.col.fi.Præsens consultatio,& consi.318.nu.5.quod incipit Quæritur. Ideo illud quod est cōtra ius cōmune,debet dici odiosum, per regulam,quòd contrariorū eadem est disciplina,seu doctrina, inquit Ias.in.l.quēadmodum.in prin.ff.de no.oper.nūcia. & in rub.ff.de acquir.pos.nu.10.& seq.In odiosis * enī se- 14
quimur,quod est minimū & ad mitiorē & æquā interpretationē venimus,quia in dubio capiēdus est sensus in lege per quē minus preiudicetur.l.fi.§.licētia.C.de iure delibe.imò ait tex.ibi,in.§.in cōputatione,quòd potius permittitur, quòd actus nihil operetur quam quod indebitè ius alicui tollatur. Ad cognoscendum tamen,an quid,vtpote constitutio sit fauorabilis, vel odiosa, * debet consi- 15
derari ipsa dispositio ad quid principaliter est introducta.notat Roma.in consi.338.nu.2.Præsens consultatio.

Odiosum quidem dici potest,quia dicitur papam nihil

contra huiuſmodi ius poſſe facere, id eſt quo minus rex ad libitum eo iure beneficia aperta Regalia conferat priuatiuè, ſic non eſſe præſumendum quòd ius ipſum procedat medio priuilegii Apoſtolici, Cum papa poteſtatem à
16 Deo, non ab hominibus ſibi traditam * in toto vel in parte, à ſe non poſsit abdicare, quia aliter dicere eſt cõtra verbum domini Petro eius vicario, & [illegible]s in pontificatu ſuccedentibus dicentis, Quodcunque ligaueris &c. & quodcunque ſolueris &c. Matthęi.16.c. In hoc enim non poteſt per quempiam allegari præſcriptio per id quod notat Pa-
17 nor.in.c.omnis.in.2.not.de cẽſib. quòd * ſicut nõ poteſt contra Deum præſcribi, ita nec contra eius vicarium.

Præterea, papa non poteſt facere legem à qua non poſſit recedere, etiã per quæcũque verba derogatoria, prout probaui contra Ioan.Mona. contrarium tenentẽ in.c.primo.nume.3.de conſtitutio.lib.6. vbi nume.11. dixi dictum Ioan.Mona. non procedere quando facit de plenitudine poteſtatis. Quòd ſi poſſet, poteſtatem diuinam eidẽ miniſterialiter per prædicta verba traditam, coarctaret quod
18 non eſt dicendum vt in ſimili, quòd * eccleſia non poteſt aliquid facere, per quod eius vnitas deſtruatur, cum illa à Deo ſit vnita.c.loquitur.24.q.1. quod probat verbum domini, Erit vnum ouile & vnus paſtor. Ioan.10.c.

Ita venit dicendum, quòd papa non poteſt facere quòd ab eo in parte, vel toto, eius tollatur poteſtas, etiam à Deo
19 data, per verbum, Paſce oues meas, & ſimilia. Papę * enim auctoritas, non ſolùm humana eſt, ſed etiam diuina. Humana quidam, quia data homini, & per hominem exercetur. Diuina, quia data à Chriſto, qui eſt Deus, & firmata in petra firma, id eſt in Chriſto, qui eſt verus Deus, ait Ioan.Monach. in extrauagã. vnam ſanctam, in verbo eſt autem. de maior. & obedien. Ideo quæ facit non propria, ſed aucto-

auctoritate diuina operatur.cap.quanto. de tranſla.præla. &c.c.inter.in prin.eod.titu.

Sunt enim correlatiua eccleſia,& papa,tanquam ſponſus,& ſponſa,in quibus fit idem iudicium.

Quæ nota contra eos, qui dicunt papam non poſſe recedere à ſuis concordatis,cum principibus per modũ contractus factis,per quæ vult,quòd de dignitatibus & aliis beneficiis eccleſiaſticis non poſsit diſponere,niſi præcedente eorum nominatione,aut præſentatione. Sic non placet dictum gloſ.concorda.in forma manda.in verbo indultũ. dum, inquit, quòd papa non poteſt facere legem, à qua non liceat recedere, niſi per viam contractus.Illa enim exceptio,quo ad ſupremam papæ poteſtatem,non poteſt iure fundari,prout nec ratione etiam naturali.

Poſtquam igitur ius Regaliæ nõ conuenit,cum iure cõmuni,debet dici ius ſingulare.l.ius ſingulare.ff.de legib.l. prima.in fi.ff.ad municipal.Bar.in.l.1.§.ſed in eo.ff.ad Silleia.tex.ad hoc per Domi.& Franc.ponderatus.in.c.præſenti.de præb.in 6. Sic dicitur à iure cõmuni exorbitans, inquit domi.Ruſæ.ſupra in.52.priuilegio. in fine. Ideo ex prædictis habes, quòd rex hoc ius Regaliæ poteſt habere ex iure licito,vel illicito,potius tamen eſt dicendum,quòd ex licito,per iuris doctrinam, quòd cum * aliquis actus li 20 cito,ac illicito, iure fieri poteſt, præſumendum eſt illicito iure factum non fuiſſe,ſed licito.l.cum creditor.ff.de furt. &.l.ſi ſocius.cum ibi not.ff.pro ſocio.&.l.merito.ff.eo.tit. &.l.2.C.de petitio. hæredita. nota. Roma. in conſilio.113. pro deciſione.

Dico ex licito, Cum nihil præſumatur placere principi, niſi quod iuſtum & verum eſt,quia vult omnes ſuos actus regulari à iuſtitia poli & fori.Is enĩ eſt cui turpius eſt vinci beneficiis,quàm armis.

¶Summarium.

1 *Ius Regaliæ, an naturam iuris patronatus habeat.*
2 *Sicut aliquid factum fuit de facto, ita de facto debet reuocari.*
3 *Scriptura quæ non tenet, cassari debet.*
4 *Possessio unius, alteri data, iuris ordine non seruato, potest de facto reuocari, possessore etiam non uocato.*
5 *Ius Regaliæ non comprehenditur sub generali expressione.*

Quæstio LVI.

1 IVs Regaliæ, an * naturam iuris patronatus, id est præsentandi habeat, maximè vt transeat cum vniuersitate bonorum dignitatis mundanę, vtpote ducatus vel comitatus. Et vt responsum habeas, dico quod nõ, nam esto quod ius patronatus cum vniuersitate transeat, non tamẽ ipsum ius Regaliæ, quia licet rex ducatum Aurelianen. vel similem, alicui suorum liberorum donet in apanagium, tamen in illa donatione ius Regaliæ quod rex habet in ecclesia Aurelianen. ad illum liberum donatarium non transiit, sed semper penes coronam tanquam ius ab ea inseparabile remanet, aliàs rex periurus dici posset, Cum in sua coronatione iurauerit nõ alienare iura regni. cap. intellecto. de iureiur. de quo iuramento habes per nos in tracta. pensio. parte. 3. q. 3.

Hanc tamẽ iuris Regaliæ remissionẽ, videmus pluries per regem fuisse factã, quod fuit actũ de facto, nõ de iure. Ideo de facto venit reuocandum. cap. nosti. ibi, reuocare. de electio. vbi Hostien. subaudit, quatenus de facto, &
2 Baldus in princip. subdit, quomodo reuocatur, * quod nullum est. Respondeo, reuocatur de facto, sicut de facto processit, sic in. l. prima. §. primo. ff. de feriis. idem Bald in cap.

446

in cap.auditis. colũ.2.de elect.vbi dicit,quòd * scriptura 3
quæ de iure non tenet,cassari debet,quia quantum ad corticem literæ,aliqua est,licet medulitas nulla sit,alia citaui in.d.trac.pensio.parte prima.q.2.ideo ratem sisto,in hoc puncto.

Et dic reuocari de facto,etiam non citata parte, iuxta singulare dictum Inno.in.c.cum dilecti.de elect.quod exclamat Francus in.c.primo,in prin.de religio.domib.lib. 6.Et ideo dicit idem Inno.in.c.querelam, in.2.col.de e-
lect.quòd * possessio vnius alteri data, iuris ordine non 4
seruato,potest de facto reuocari,possessore etiam non vocato,facit glo.in.l.minor. ĩ prin.ff.de euictio. cum similibus propositis,de quibus per Roma.in consil.320.num.5. hæc istorum.

Licet enim permissum esset regi,huiusmodi ius Regalię
alienare,tamen illud,alienatio non comprehẽderet,nisi * 5
expressè & specialiter de eo iure sermo fieret,dicit Calca. in consil.primo. Ratio,quia quemadmodum beneficia in curia Romana vacantia, dicuntur iura curiæ Romanæ, vt probo in trac.pensio.parte prima.q.31.& de eis est specialis mẽtio facienda.c.2.de præb.lib.6.ita & de Regalia, cum etiam sit ius præcipuum coronæ,vt dictum est supr. quæst.2.& 54.

Fiat igitur specialis mentio de eo iure.Bald.in.l.2.C.de seruitu.&aqua.Claud.de Seissello in specul.feudo.in rub. qui feud.dar.pos.col.1.doct. in cap.per translationem. de offic.deleg.

¶Summarium.

1 *Lis medio iuris Regaliæ intentata,secundum quod ius terminari debeat.*

2 *In decidendo,iudex debet seruare litigantium leges.*

3 *Magis priuilegiata debent anteponi.*
4 *Inter laicos seruantur eorum statuta, deinde lex communis.*

Quæstio LVII.

SI ratione beneficii, iure Regeliæ collati, inter apostolicum & Regalistā lis oriatur, secundum quod ius, an * Regaliæ,
1 aut cōmune debeat illa terminari, quæritur. Respōdeo dicēs, siue de decisione, siue de litis ordinatione quæras, ius Regaliæ insequi debere, illóque deficiēte, ius cōmune.i.canonicū. Moueor sequētibus, Primò, per ea quæ sup.q.54.diximus, videlicet quòd ius Regaliæ à iure communi potius discordat quàm cum eo conueniat.

Secūdò p ea quæ tradit Præpo.in summa.2.q.4.col.2.ꝙ
2 in * decidēdo, iudex debet seruare litigātiū leges.iuxta notata per Inn.in rub.de cōsu.& Bar.in.l.omni nouatiōe.C. de sacrosf.eccl.& Anth.in.c.quod clericis.de foro compe.

Quòd si diceris apostolicū, vnū etiam esse litigātiū, ergo non minus debet lis illa secūdum legem ipsius, quæ est lex canonica, quàm secundū ius alterius litigantis.i.regalistæ terminari, sed & melius, cum ius cōmune sit potētius, & excellentius, quàm ius Regaliæ, quod est particulare, sic magis attendendum, vt in simili dicit Io.Mo.in.c.accusa-
3 tus, nu.7.de hęre.lib.6.quòd * magis priuilegiata debent anteponi, not.Neapol.in deci.56.dixi in tract.pensio.parte 3.quæst.3.

Ad hoc respondeo, quòd sic insequi, cum ipso iure Regaliæ fuit introductū, & tempore immemoriali obtentū, igitur legis aut priuilegii habet vigorem, ideo insequendum, quia species derogat generi iuribus vulgatis.

Tum secundò, quia ius Regaliæ in omnibus nō determinat,

minat, sed multos casus per ius canonicum decidendos relinquit, etiam ius Regaliæ concernentes.

Sic in totum ius commune non tollit, ideo apostolicus in eo omnino non debet conqueri, quòd si conqueratur conquestus eius nihil operabitur, vt in simili, inquit Ias. in consilio.93.colum.2. Quanta mihi, volumi.3. cuius sunt verba, conquestus sum plerisque in locis, sed nō plus profeci, quàm proficiant, qui lunæ aut soli calamitates suas lamentantur.

Tum tertiò, quia quando inter iudæos oritur quæstio, seruāda est eorū lex, quæ Mosaica appellatur, & illa cessante, recurritur ad ius commune, vt in simili, quando agitur inter Christianos. nam * primo seruantur eorum statuta, 4
deinde lex communi. Hāc punctum nostræ.q. habes per nos latè tactum apud Io.Mo.in.c.Romana.§.contrahentes.num.3.&.4.de foro compet.lib.6.quibus adde Roch. Curtium in repeti.c.fin.quæst.16.de consuetu. & Sozi.in consi.220.col.pe.Cum in præsenti. Præpo.in.c.quo iure. 8.distinct. & Raph.Cuma. consil.83. Quia causa decimalis. Et per hæc de hac quæstione breui sum expeditus.

¶Summarium.

1 *Si diuersa, in materia Regaliæ reperiantur iura, quod illorum in decisione erit obseruandum?*

2 *Secundum legem quæ tempore actus uigebat est iudicandum.*

Quæstio LVIII.

SI diuersa, * & inuicem repugnantia, in materia Regaliæ reperiantur iura, quod illorū in decisione erit obseruandum? Breuiter dic quòd ius quod tempore collationis iure 1

Regaliæ factæ partes obtinebat. Moueor per id quod tra-
2 dit Floria.in.l.prima.ff.de vsur.quòd * secũdum legẽ quæ tempore actus vigebat, nõ secundum legem temporis intentatę actionis, cum in decisoriis debeat attendi lex, quę vigebat tempore consensus, id est celebrati contractus, licet ex contractu illo non esset orta actio, sed post legem nouam.l.prima, in fine.C. de rei vxor.actio. qui tex. hoc probat subtiliter intuenti, licet prima facie contrarium videatur probare, subdit idem Floria.vbi sup.

¶ Summarium.

1 *Forma prouisionis iure Regaliæ facta, quid continere necessario debeat.*

Quæstio LIX.

1 QVæ forma * prouisionis, iure Regaliæ facta necessario cõtinere debeat? Breui dic, quòd sequentia in effectu.

Primò, quòd canonicatus & prębenda in ecclesia Parisiens. vel alia cathedrali, Regaliæ affecta per obitum Ioannis N. Illorum vltimi possessoris nuper vacauerunt, aut adhuc vacant in Regalia.

Secundò, quòd iure ordinario, aut aliàs, episcopus Parisien. eosdem, Regalia clausa, plenè consueuit conferre.

Tertiò, quòd tempore vacationis huiusmodi, episcopatus Parisien. per obitum Ioannis Petri, vltimi Parisiens. episcopi, aut alium vacationis modum Regalia erat aperta.

Quartò, quòd ad regem medio dictæ aperturæ, de eisdẽ canonicatu & præbenda, iure Regaliæ spectat plenè & liberè prouidere, seu ad libitum disponere.

Quintò,

Quintò, quòd rex, dicto iure Regaliæ eosdem, certis de causis animum suum mouentibus Philippo probo cum plenitudine iuris canonici contulit, aut de eis prouidit.

Sextò, quod clausula executorialis describatur, prout supr. in 37.q. continetur.

Quæ omnia firmantur per ea quæ citata fuere supra.q. 52.& præcedenti.

Dixi in primo requisito, nuper vacauerunt, & adhuc va cant, quia oportet, quòd à tempore huiusmodi vacationis, vsque ad prouisionem regis non reperiantur 30. anni lapsi, cum post lapsum huiusmodi animorum, potestas iure Regaliæ conferendi, eo ipso, à Rege fuerit abdicata, per ea quæ notantur supra in 42. priuilegio, quibus adde iuris doctrinam, quòd quando quis disponit pro tempore certo, non est trahenda sua dispositio ad aliud tempus.l.pater seuerinam, in fine.ff.de conditio.& demonstra. Ad idem quòd prohibitum ad tempus post illud videtur concessum.l.cū prætor.ff.de iudic.cū aliis per nos citatis in tract.deuol.parte 1.q.11.

Dixi præterea, per obitū,&c. quia licet de rigore iuris, certus vacationis modus in prouisione nō sit exprimēdus. not.Archi.Domi.& Franc.in.c.susceptū.de ref.in 6.Fely.in.c.nostra, correla.37.eo.tit.& Lap.allegatio.6.cū aliis per nos citatis in tractatu deuolutio.parte.1.q.32.tamē bonum est quòd exprimatur, aut saltem dicatur quòd certo modo vacauerunt,& vacant, postea subdatur clausula, vel alias quouismodo, quia tunc omnis vacationis modus cō prehenditur, vt latè fuit per nos probatum in trac.pensio. parte prima.q.24.nu.25.& seq.

Consequenter, dixi in secundo requisito, quòd episcopus iure ordinario, aut aliàs, eosdem plenè consueuit, Regalia clausa, conferre. Nam oportet quòd illi fuit ad ple-

nam epiſcopi diſpoſitionem, quia ſi ad alios, cũ epiſcopo conferre pertineret, rex iure Regaliæ, nec alio conferre poſſet, per ea quæ diximus ſup.q.12.

Dico plenè conferre conſueuit, id eſt nulla præſentatione præcedente, aut conſenſu, vel requiſitione alicuius neceſſariis, quia tunc dicitur plenè conferri, non alio modo, vel eſt in quaſi poſſeſsione conferendi, licet ad eum ius proprietatis conferendi, ſed ad alterum pertineat. cap. conſultationibus, de iure patro. cum aliis per nos adductis in tracta. deuolutionum, parte prima. quæſtione.31.

Præterea, in tertio requiſito dixi, quòd per talem vacationis modum, erat Regalia aperta, cum illa clauſa rex iure Regaliæ, nec alio, illos conferat, cum eius poteſtas eo iure conferendi, ſit per clauſuram ſuſpenſa.

In quarto dixi, quòd eo aperturæ medio illos ad regem ſpectat conferre, cum ipſa apertura ſit præcipuum poteſtatis regis, eo iure conferendi fundamentum, quo deficiente ædificari non poteſt. c. cum Paulus, prima quæſtione prima.

In quinto requiſito etiam dixi, quòd eo iure Regaliæ confert, quia per hoc conſtat de Regis voluntate, quæ iuncta cum poteſtate collationis faciunt effectum. Bald. poſt textum, in capitulo cum ſuper abbatia. de officio delegati.

Si enim non diceret, quòd eo iure confert, pro eo non eſſet potius præſumendum, quàm pro alio, vtpote fundationis, dotationis, & cõſtructionis, tum etiam, quia hoc ius ſpeciali expreſsione eſt dignum. dixi ſup. in 55. quæſtione, nume.5.

Tum equidem, quia ipſa expreſsio operatur, vt pro-

uiſio

uisio illa fit secundum priuilegia prædicta discutienda & examinanda, fauorésque illius iuris obtineat, seu illis gaudeat, qui non reperiuntur paruæ efficaciæ, vt ex discursu operis potest patere, quos aliter breuitatis causa non refero, sed ratem sisto.

Summarium.

1 *Omnes archiepiscopatus, & episcopatus regni Fraciæ, an sint iuri Regaliæ affecti?*
2 *An prouincia Auxitanen.*
3 *An prouincia Prouinciæ.*
4 *An Aquitaniæ.*
5 *Quid de Bituricen.*
6 *De Burdegalen.*
7 *De Lugdunen.*
8 *De Narbonen.*
9 *De Remen.*
10 *An Attrabaten.*
11 *Quid de Cothalanen.*
12 *De ecclesia Remen.*
13 *De Morinen.*
14 *De Tornacen.*
15 *De Suessionen.*
16 *De Beluacen.*
17 *De Laudunen.*
18 *De Ambianen.*
19 *De Nouimen.*
20 *De Siluanaten.*
21 *Quid de prouincia Rothomagen.*
22 *De Abricen.*
23 *De Constantien.*
24 *De Ebroicen.*

25 *De Baiocen.*
26 *De Sagien.*
27 *De Lexouien.*
28 *Quid de prouincia Senonen.*
29 *Quo ad eccleſiam Senonen.*
30 *De Pariſien.*
31 *De Carnoten.*
32 *De Aurelianen.*
33 *De Melden.*
34 *De Trecen.*
36 *De Niuernen.*
35 *Quid de prouincia Turonen.*
37 *Et de eccleſiis in Britannia, quæ ſunt de ea prouincia.*
38 *Quid de prouincia Tholoſana.*
39 *Et de prouincia Viennen.*

Quæſtio LX.

1 OMnes * archiepiſcopatus, & epiſcopatus, ſub imperio regis Franciæ exiſtẽtes, an iuri Regaliæ ſint affecti, id eſt rex iure Regaliæ dignitates & beneficia poſsit cõferre in illis. Pro reſponſione dic, in hoc puncto plures, & varias etiam, & contrarias reperiri opiniones, prout ſequentibus apparet.

Et vt clara, & manifeſta, intuenti res ipſa pateat, prouincias regni per archiepiſcopatus diſtinctas, ordine alphabetico ponam, & poſtquamlibet illarum, ſuffraganeos epiſcopos, diſcutiendo, qui archiepiſcopatus & epiſcopatus, dicto iuri Regaliæ ſint aſſcripti, qui verò non ex conſequenti, id arreſtis curiæ ſupremæ parlamenti Pariſien. aliiſque mediis vrgentibus, prout vires dabunt firmãdo.

2 Primò eo ordine alphabetico occurrit * prouincia Auxitanenſis

xitanensis cuius metropolitanus est archiepiscopus Auxitanus, habens episcopos suffraganeos seque͂tes, Aren. Lectoren. Co͂uenaten. Tonseranen. Rigome͂. Oleren. Baionen. Lestuten. Adiuten. Et nullus illorum ipsi iuri Regaliæ per libros camerarum compotorum, & Thesauri Parisien. reperitur ascriptus.

Ide͂ dic de metropolitanis prouinciæ Prouinciæ, * qui sunt archiepiscopi Aquen. Arelaten. & Ebredunen. quia 3
etiam, nec hi, nec eorum suffraganei, ipsi iuri reperiuntur affecti, qui sunt Ebredunen. Dignen. Nicien. Seueren. Glandaten. & Vennen.

Aquen. aute͂, Apten. Forouilien. Regen. Vapince͂. & Sisthericen. Arelaten. verò Massilien. Tholonen. Tricastine͂. Olim verò Auinionens. erat, qui per Iulium papam secundum, factus est archiepiscopatus, cuius suffraganei episcopi sunt (ab Arelaten. extracti) Caualicen. Carpen. Vasionen. & Auraicen.

Secundò, sequitur * Aquitaniæ prouincia, cuius metro- 4
politanus & primas est archiepiscopus Biturice͂. quia etia͂ in dictis libris legitur, quod archiepiscopatus ille est sub Regalia, & eius episcopi suffraganei, exceptis episcopatibus Lemouicen. Cathurcen. Ruthene͂. Anicien (nunc exemptus) & Mimaten. Alii aute͂ qui subsunt sequuntur, Claromo͂ten. Sancti Flori Vabren. Castren. Albien. & Tutellen.

Aliqui tamen dicunt Anicien. etiam Regaliæ subesse & Albien. & no͂ omnes prædictos, exceptis Anicien. & Claromonten.

De Bituricen. * quòd subsit, habes firmatum per nota- 5
ta in 16. & 54. priuilegiis, & ea quæ leguntur in quodam libro parlamenti de anno millesimo 262. maximè in folio 174. vbi ponitur de Regalia ipsius archiepiscopatus.

Et quod quo ad decimas sede vaca͂te perceptas, ge͂tes regis

N

fuerunt absolutæ.& folio 57. vbi etiam reperitur, quòd rex fuit manutentus in possessione collationis beneficiorum & præbendarum vacantium sede pastore carente. Et ex notatis in libro tertio de anno millesimo 268. folio 57. quòd in Regalia Bituricen. veniunt decimæ, exceptis minutis.

Et quo ad Regaliam Claromonten. habes in.d.3. libro fol.146.& folio.88.

Et de Regalia Anicien.eodem lib.3.1256.

Et de regalia Lemouicen.eodem libr.tertio folio.180. istud prosequitur, prout & aliquos alios archiepiscopatus, illorúmque suffraganeos episcopos.Ioan.ferault in 5. priuilegio regni Francorum,quem vide pro ampliori con firmatione horum quæ in hac quæstione deducuntur.

6 Tertiò,subsequitur prouincia * Burdegalen.quæ est in Vasconia,cuius archiepiscopus,seu metropolitanus,& illius episcopi suffraganei,Regaliæ etiã subsunt, vt in præfatis libris dicitur contineri,excepto episcopatu Pictauen. de quo sic habetur,quòd ille fuit in Regalia computatus 1306.sed rex per literas præcepit,totũ episcopo restitui,cõditione habita,quòd inquireretur diligenter, si prædecessores episcopi vnquam fecissent homagiũ regi, & si quòd recuperaretur,quod episcopo fuerat restitutum,per quam Pictauen.exceptionem habes,quòd eiusdẽ prouinciæ suffraganei dicto iuri Regaliæ subsunt,videlicet Xantonen. Angolismen.Petragoricen.Agenen.Malcacẽ. Lucionen. Sarlaten.& Condomen.

7 Quartò sequitur prouĩcia * Lugdun.quia archiepiscopatus ille cũ suffraganeis,videlicet Eduen.& Cabilonen. dicto iure subesse,in dictis libris etiã legũtur,vbi inter alia ponitur,quòd rex in ecclesia Eduen.habet Regaliam, vt de hoc plenius continetur in compositione facta inter regem

gem & dictum archiepiſcopum Lugdunen.

Et quo ad Cabilonen. habes arreſtum prolatum 23. Iunii 1433. inter magiſtrum Symonem de Bergeriis regaliſtam, & Ioannem dondelot, ratione Archidiaconatus Cabilonen.

Quintò ſequitur prouincia * Narbonenſis, quia quòd illa. i. Archiepiſcopatus & eius ſuffranei Regaliæ ſubſint, nihil legi, ideo ſi aliter non reperiatur dicuntur ab eo iure Regaliæ exempti, qui ſunt Carcaſſonen. Biterrẽſis, Agaten. Magalonen. (qui nunc eſt in Mõtepeſſulano) Vticẽ. Nemauſen. Electren. Lodonen. & ſ. Pontii Thomeriarũ. 8

Sextò ſequitur prouincia * Remẽ. cuius Metropolitanus eſt archiepiſcopus Remenſis, qui prout & quidã eius ſuffraganei, dicto iuri Regaliæ ſunt affecti, videlicet Cathalanen. Morinen. Tornacen. Sueſsionen. Beluacẽ. Laudunen. Ambianen. Nouiomen. & Siluaneten. 9

Cameracen. autem. Atrabaten. & Lingonen. ſubeſſe non leguntur in dictis libris.

Quo ad Atrabaten. * habes firmatũ, quia legitur quòd Regalia illius fuit remiſſa per Philippum Frãcorum regem, epiſcopo Radulpho, Anno incarnati verbi 1302. & regni ſui anno 25. 10

Etiam per Carolum Francorum regem 30. Decembris 1392. & regni ſui 12.

Quam remiſsionem faciendo, ipſe rex Philippus procurationem, quam Atrabaten. exiſtens, eidem ſingulis annis epiſcopus debet, ſibi reſeruauit, de qua remiſsione habes ſupra 11. priuilegio.

Quo verò ad exemptionem eccleſiarum Cameracen. & Lingonen. nihil aliud vidi.

Quod autem prædictæ aliæ eccleſiæ, dicto iuri Regaliæ ſubſint probatur. Primò, quo ad * Cathalanen. per, ea 11

quæ in dictis libris leguntur,& per arresta anni 1260.librõ ordi.parlamenti,fol.197.& per arrestum de 13.Iunii,1439. inter magistrũ Hugonem Parryn,regalistam,& magistrũ Ioannem Agen.ratione Archidiaconatus Sandren.in dicta ecclesia Cathalanen.

12 Et quo ad ipsam ecclesiam * Remen. probatur per ea quæ not.sup.in 7.12.16.& 43. priuilegiis, etiam & per alia pene infinita curiæ arresta, quæ aliter non cito breuitatis causa.

13 Tertiò, quo ad * Morinen. per not.in 30. priuilegio,& quoddam arrestum curiæ latum inter Petrum de monte, regalistam,ex vna,& magistrum Ioannem de Morolis,ratione canonicatus & præbendæ ipsius ecclesiæ Morinen. prolatum 20.Nouembris 1361.Et per aliud de 12.Ianuarii 1381.ratione qua supra,inter Guillelmum de omere,& Petrum du Maresquel.

14 Quartò, quo * ad Tornacen. per priuilegium 14. & arrestum pronunciatum 15. Februarii, millesimo tricentesimo nonagesimosecundo, ratione canonicatus & præbendæ ecclesiæ Tornacen.inter Clementem parui,& Ioannem Donati.Et per aliud de 18. Ianuarii,1399.inter Philippum de Essertis, & Nicolaum Braque, ratione qua supra.

15 Quintò, quo ad * Suessionen. per arrestum pronunciatum 24. Decembris, millesimo 366. ratione Archidiaconatus Brie, in ecclesia Suessionen. inter magistrum Petrum Chappus, & magistrum Petrum de cruce. Et per aliud de 24. Decembris, millesimo 350. ratione canonicatus & præbendæ ecclesiæ de monte nostræ dominæ, id est Mariæ Magdalenæ, Suessionen.diœcesis,inter Guillelmum le Thiois, aliàs Basin, & Guillelmum de Chappis.

Sextò

Sextò, quo ad * Beluacen. per priuilegia 10.25.32. 48. & 16
50. & multa arresta.

Septimò, quo ad * Laudunen. per 6.9. & 17. priuilegia, 17
ac per arrestum ratione canonicatus & præbendæ ecclesiæ Laudunen. latum, die 21. Nouembris, millesimo tricentesimo octuagesimo quarto, inter Clementem Parui & magistrum Petrum de Monteroto.

Octauò, quo ad * Ambianen. ex deductis in 27. priui- 18
legio, & per arrestum latum die 5. Iunii, millesimo 413. ratione canonicatus & præbendæ ecclesiæ Ambianen. inter magistrum Guillelmum Fabri, regalistam, & magistrum Nicolaum Cornu.

Nonò, quo ad * Nouiomen. per 10. priuilegium, & 19
per arrestum, ratione canonicatus & præbendæ ecclesiæ Nouiomen. latum, die 18. Martii, millesimo 351. inter magistrum Ioannem de Hestrunelio, regalistam, & magistrum Stephanum Mercurii. Et aliud de quo in 9. priuilegio.

Decimò, quo ad * Siluaneten. per 36. priuilegium. Et 20
per arrestum latum 27. Martii, 1436. inter magistrum Aegidium Bridel, & Ioan. de Bailleul, ratione canonicatus & præbendæ ecclesiæ Siluaneten.

Rothomagen. * prouinciæ, etiam Regaliæ subest, vide- 21
licet ecclesia Rothomag. & eius suffraganeæ ecclesiæ quæ sequuntur, Abrincen. Sagien. Constantiē. Lexouiē. Baiocen. Ebroicen. quod probatur sequenti modo.

Primò, quo ad Rothomagen. per 4.13.19. & 27. priuilegia, & pene per infinita arresta aliter non citanda.

Secundò, quo ad * Abrincen. per arrestum latum. 22. 22
Iunii, millesimo tricētesimo nonagesimo secundo, ratione cappellaniæ sancti spiritus in ecclesia Abrincē. fundata, inter Guillermū Leuroux, regalistā, & Robertū Rochet

Et quòd rex ius istud in ea ecclesia Abricē.habeat, Io. Ferault in 5.priuilegio regni Francorum dicit vidisse bulam quam esse Innocentii asserit.

23 Tertiò, quo ad * Constantien.per priuilegium 55.& per arrestū de 30.Iulii 1307.ratione cuiusdā cappellaniç in ecclesia Constantien.fundatæ, inter Guillelmū Bernard regalistam, & Petrum Sauuage.

24 Quartò quo ad * Ebroicen. per arrestum pronunciatum 11.Maii, 1392. Ratione archidiaconatus de Orta, in ecclesia Ebroicen.inter magistrū Petrum Beauble regalistam, & Ioannem Cardinalem de Mirolio. Et per aliud de 11. Augusti 385. ratione canonicatus & præbendæ eiusdem ecclesiæ inter magistrum Guillelmum Gerron, & Ioannem Iuuence.

25 Quintò, quo ad * Baiocen.per 38.& 57.priuilegia, etiam per arrestum latum 15.Iunii 1335.de quo fit mētio in 3.priuilegio. Et per aliud de 9. Augusti 1409. ratione personatus de manerba Baiocen. diœcesis, latum in fauorem magistri Heliæ de Rosigniaco, regalistæ, contra decanum & capitulum ecclesiæ Baiocen. & magistrum Matthæum de Bosco. Et aliud de 30. Augusti 1413.ratione succentoriæ, ac canonicatus & præbendæ eiusdem ecclesiæ latum inter duos regalistas, videlicet Ioannem Torram, & Ioannem de homme.

26 Sextò, quantū ad * Sagien.legitur in prædictis libris, in quibus habes, ꝙ ī tota Normania ius Regaliç rex obtinet, & vnum dicitur, quòd de Regalia Sagien.habetur in libro 5.fol.40.de anno 1267.

27 Septimò, de * Lexouien. habetur in dictis lib.& probatur per arrestum latum 29. Augusti 1416. ratione canonicatus ecclesiæ Lexouien. inter magistrum Robertum Quosseti regalistam, & magistrum Guillermum le Sesne,

& per

& per aliud, de eisdē die & anno, ratione Archidiaconatus Pontisadeari in ecclesia Lexouien. inter Iacobum textoris & Heliam de Rosigniaco.

Præterea sequitur prouincia * Senonen. cuius metropolitanus est Senonen. Archiepiscopus, & illius ecclesia est sub Regalia comprehensa, prout & ecclesiæ suorū suffraganeorum, videlicet Parisien. Carnoten. Aurelianen. Melden. Trecen. Niueruen. & Antissidioren. 28

Quo ad * Senonen. probatur per 8. & 24. priuilegia, & per arrestum latum 22. Decembris 1347. ratione canonicatus & præbendæ eiusdem ecclesiæ inter Ioannem de Moulins, & magistrum Ioannem de Moncelis, regalistam. Alia possent adduci arresta, quæ omitto breuitatis causa. 29

Secundò, quo * ad Parisien. patet etiam per 21. 46. & 49. priuilegia, & per arrestum latum ratione archidiaconatus Parisien. die 7. Septembris 1471. inter magistrum Franciscum halle, & episcopum Andegauen. alia etiam possent adduci infinita arresta, quæ parte videbis si de hoc dubitaueris. 30

Tertiò, quo * ad Carnoten. per primum. 5. 18. 20. & 35. priuilegia, etiam & pœnæ infinita arresta, quæ aliter non refero. 31

Quartò, quo ad * Aurelianen. per notata in priuilegio 48. & per arrestum de die. 24. milllesimo tricētesimo quinquagesimo, ratione præbendæ ecclesiæ Aurelianen. inter procuratorem regis, & magistrum Ioānem de Groslis, regalistam, vt etiam patet in. 25. &. d. 48. priuilegiis, & magistrum Guillermum de Gardia. Et arrestum de 10. Aprilis 1385. ante pascha, ratione qua supra, inter Ludouicum Peroti, & magistrūm Bernardū de Cōbis, & aliud de 26. Maii, 1386. ratione qua supra. 32

33 Quintò quo ad * Melden.per priuilegium 15. & prædictorum librorum descriptionem,vltra quam non habeo, nisi alia arresta,videlicet arrestum latum 19.Aprilis 1423. ante Pascha,ratione cappellaniæ sanctæ Annæ,in ecclesia de Mauriaco,Melden. diœcesis fundatę,inter magistrum Rolandum Barguenet,&Dionysium Augrin.Item per id quod not.in 31.priuilegio,nu.3.

34 Sextò,quo ad * Trecen. non reperio arresta, sed solum dictorum librorum descriptionem,continentem quòd ecclesia Trecen.est sub Regalia.

35 Septimò,quo ad * Niuernen. & Antissidioren. solũ habeo dictam descriptionẽ,in qua legitur,quòd in tota prouincia Senonen.habet locũ Regalia,nisi in diœcesi Antissidioren.in qua decanus & capitulum dicuntur cum rege permutationem fecisse.

36 Consequenter sequitur * Turonen.prouincia,quam in parte reperio esse sub Regalia, videlicet primo ecclesiam Turonen.Cenomanen.& Andegauen.prout cauetur in dictis libris,quod non habeo per arresta probatum, præterquam de ecclesia Cenomanen. quia de illa reperitur arrestum sub datum 24.Martii,1455.ratione præbendæ ecclesiæ Cenomanẽ.ad vtilitatem magistri Petri Rippe,regalistæ,cõtra magistrum Robertum Cordelle. Aliam verificationem habes ex tenore formæ præstationis iuramenti fidelitatis sup.insertę.q.52.& in d.lib.5.fol.59.vbi etiam ponitur,an decimæ in Regalia veniant, & ad regem spectare debeant.

37 Aliæ ante ecclesiæ eiusdẽ * Turon.prouĩciæ sunt,in Britania,videlicet Redonen.Nanneten.Corisopitẽ.Vanetẽ. Maclouien.Brioten.Trigoren.Leonen.& Dolẽ.quæ omnes ecclesiæ non leguntur in dictis libris sub Regalia esse.

38 De prouincia * Tholosana, in prædictis libris nihil

hil deſcribitur,& ex conſequenti, nec de eccleſia Tholoſana,nec eius ſuffraganeis,quæ ſunt Aparmarum,Reuen. Mirapicen. Lumberien. Sancti Papuli, Montiſalbani & Vaticen.

Etiam nec de * prouincia Vienen. cuius metropolita 39
nus eſt archiepiſcopus Vienen. & ſuffraganei Valentinē. & Dien. ſimul vniti, Viuarien. Grationopolitana,& Gebenen.quæ vltima,nunc ab hæreticis occupata eſt, & azilum illorum dicta.

¶Summarium.

1 *Quæ eſt cauſa quòd omnes archiepiſcopatus, & epiſcopatus regni Franciæ,iuri non ſubſint Regaliæ?*
2 *Præſumendum eſt ius Regaliæ fuiſſe remiſſum aliquibus eccleſiis.*
3 *Ius Regaliæ dicitur acquiſitū fuiſſe īmemoriali præſcriptione.*
4 *Ius Regaliæ dicitur quandam iuris patronatus naturam habere.*
5 *Ius patronatus per non uſum perditur.*
6 *Si nullus utatur lege,non propterea lex tollitur.*

Quæſtio LXI.

ET quia ſupra quæſtione proxima viſum eſt, non omnes archiepiſcopatus,& epiſcopatus regni Franciæ, ſeu ſub ditione regis exiſtentes,iuri Regaliæ ſubeſſe.Nunc * videamus. 1
quæ ſit cauſa,cur potius ipſa Regalia ī quibuſdam deſcriptis in.d.quæſtione,& aliis non,locum habeat. Breuiter dic propter rationes ſequentes.

Prima eſt, quia nōnullæ prouinciæ, ſupra.d.quæſtione proxima citatæ,vtpote prouincia Prouinciæ,&Delphinatus, & ſimiles ab initio non fuerunt regni Franciæ, ſed

illi progressu temporis additæ, medio cuius, rex non potest ecclesiarum metropolitanarum & cathedralium dici fundator, dotator, & constructor, ratione quorum, dictũ ius Regaliæ & fructus tempore illius aperturę prouenientes suos facere, beneficiáque & dignitates conferre prætendit, vt patet discursu operis.

Sic succedit iuris doctrina, quòd cessante causa cessat effectus, iuribus & pasibus vulgatis.

Quod si replicueris, dicens, multas ecclesias supra in.d. quæst. proxima citatas à sui initio, prout & illarum prouincias esse & fuisse de regno, ille tamen non subsunt Re-
2 galiæ: Quia ad hoc respondeo,* ꝙ præsumendum est ius illud, aliàs certis de causis archiepiscopis & episcopis, illorúmque ecclesiis per reges Franciæ fuisse remissum, vt patet de Atrabaten. per ea quæ. d.q. proxima, nu.10. diximus.

Etiam & Antisiodoren. vt etiam diximus in.d.q. proxima, nu.35. & in.q.2. nume.17.

3 Secunda ratio potest adduci, quia * rex eo iure non est vsus immemoriali tempore, sic præscriptio vim priuilegii habens, contra eum vices suas interposuit, quod est verisimile, cum non reperiantur arresta ratione beneficiorum & dignitatum ad dispositionem huiusmodi archiepiscoporum & episcoporum pertinentium, sub Regalia non repertorum inter aliquas partes lata, per quæ ius Regaliæ præcipuum recipit fundamentum, vt patet ex operis discursu, quia si regalista in eo fundamento deficiat in salutari suo dicitur deficere, id est ius debile habere.

4 Tum etiam, * quia ius Regaliæ naturam quandam iuris patron. dicitur habere, vt patet intuenti, non tamen in omnibus, vt per nos fuit supra quæstio.55. deductum, quod si habeat, sequitur dicendum, quòd per non vsum
5 fuerit perditum, * Cum ius patro. per id, seu quasi possessio

sessio perdatur, probat Calde. consilio.15. titu.de iurepatrona. hunc non vsum & præscriptionem fatentur gentes regis, vt dictum est supra quæst.2.num.18.

Dictum Calde. videtur contra verbum Bar. dicentis in procemio.§.& ante, quòd * ex eo quòd nullus vtitur le- 6
ge, non propterea lex tollitur. Idem Bar. post Cyn. in.l. fina.C.de iure dor. impe. & Ioannes Andr. ante illos in cap.Ioannes.de cler.coniug.

Sed dic nos hic non esse in terminis legis, sed in terminis priuilegii, quæ sunt diuersæ naturæ, vt patet iurisperito rectè intuenti.

¶Summarium.

1 *An aliæ dignitates quàm archiepiscopatus, & episcopatus, iuri Regaliæ subesse reperiantur.*

2 *Ius Regaliæ est extraordinarium.*

3 *Priuilegium non extendi, lege euangelica probatur.*

Quæstio LXII.

Dignitates aliæ quā archiepiscopat⁹ & episcopatus, * an iuri Regaliæ subesse re- 1
periantur? Breuiter dic quòd non, quia licet plura monasteria, & alia pia loca, olim per reges Franciæ reperiantur fundata, dotata, & constructa, tamen illa non dicuntur iuri Regaliæ affecta.

Tum, quia quod sint, non reperitur in libris cameræ cōpotorum, in quibus iura Regaliæ sunt scripta, & describi solent, quæ dicitur probatio vrgens. Baldus in.l.finali. in quart; opposi.C.de rebus credit. Decius in consilio 496. nume.7.in causa domini. dixi latè in tracta.dispen.mēb.4.

parte prima.nume.34.& sequen.

Quia postquam non reperitur cautum, non dicemus subesse, maximè cum ius illud tanquam odiosum non sit extendendum, etiam à iure communi exhorbitans, iurisdictionémque episcoporum, quam in beneficiis iure ipso communi habent, eneruans.

2 Tum præterea, quia * ius Regaliæ est extraordinarium à priuilegio, consuetudine, aut immemoriali tempore procedens, quæ omnia non reperiuntur in aliis ab archiepiscopatibus & episcopatibus, ergo ad ea non sunt extendenda, cum priuilegia, consuetudo, & præscriptio extra terminos suos extentionem non patiantur, prout latè probamus in.2.præludio.tract.pensio.

3 Quo ad * priuilegium habes exemplum in lege Euangelica scriptum Matthæi vicesimo cap. de patrefami. qui tantum dedit operariis nouissima hora venientibus, quantum & his qui hora prima, id est mane, quia sic placuit eidem patrifamil. in quo iniuriam illis non fecit, propter conuentionem prius habitam, illud enim misticè, & in figura dictum est de populo Iudaico & Gentili.

¶Summarium.

1 *An omnes archiepiscopatus, & episcopatus sub Regalia existentes sint intra fines, aut limites districtus curiæ parlamenti Parisien.*

Quæstio LXIII.

1 AN * omnes archiepiscopatus, & archiepiscopatus, sub Regalia existentes, sint intra fines, aut limites districtus supremæ curiæ parlamenti Parisien. Breuiter dic, quòd si attendamus tempus introductionis

ctionis iuris Regaliæ, quòd sunt, nō autem nunc, vt patet ex notatis supra. quæst. 59.

Nam tempore introductionis ipsius, in regno non erat parlamentum, nisi Parisien. cui commissa est priuatiuè cognitio ipsius iuris, vt patet ex discursu operis, cui per erectiones aliorum parlamentorum in hoc præiudicium non debuit fieri, tum maximè quia per reges aliud nō fuit in ea delegatione immutatum, stet ergo ius suum firmum iuribus vulgatis.

Sileant igitur alia regni parlamenta, in hac iuris Regaliæ cognitione, quia si aliter faciant, in vanum laborant, ex defectu potestatis, sine qua nihil fit validum.

Et hæc in præsentiarum sufficiant, vt in proposito fine concludam breuissimè, ad laudem sanctæ Trinitatis, & intemeratæ Virginis matris, ac beati Hieronymi patroni mei, totiúsque curiæ cœlestis.

¶ Non confundas me Domine, à mea expectatione.

Tractatus reuerendissimi

IN CHRISTO PATRIS ET DOmini, domini Petri Bertrãdi, iuris utriusque eximii professoris, episcopi Eduen. Sacrosanctæque Romanæ ecclesiæ presbyteri, Cardinalis tituli sancti Clementis. Altercationem omnium & singulorum, quæ ratione iurisdictionum ecclesiasticæ & secularis, per eum, & Electum Senonen. ex una. Et magistrum Petrum de Cugneriis, partibus altera, coram Philippo Francorum rege, & in præsentia quàm plurimorũ ecclesiæ Gallicanæ prælatorum. Nõnullorúmque regni Franciæ Baronum deducta, & diuersis diebus fuere proposita & allegata, continens.

Diuisio operis.

IN hoc enim tractatu, primò literæ regis, (per quas Eduen. episcopo mandat, quatinus certa die Parisius personaliter intersit aduisus super certis rebus in eisdem literis designatis) ad verbum inseruntur.

Secundò, quòd ea die multi ex eis prælati, rege sedente, in propria comparuerunt, quibus, etiam & baronibus cõparẽtibus, Præfatus de Cugneriis in publico, pro rege est locutus. Postq; aliqua verba, articulos prætẽsa grauamina per ipsos ecclesiæ Gallicanæ prælatos iurisdictioni seculari illata cõtinentes, in medium de facto adducere est nisus, in quibus oĩbus ipsius tractatus prima pars cõtinetur.

Secunda verò pars, ad dicta proposita, prout & ad ipsos articulos, primam responsionem per dominum Electum Senonen. die alia factam amplectitur.

Tertia, aliam & secundam respõsionem, ad quemlibet eorũ articulorum particularẽ, per dictum dominũ Eduen. episcopum habitam continet, in fine cuius, dictorum pre-

latorum regi porrecta describitur supplicatio.

Quarta, responsionem regis vocis oraculo dicti de Cugneriis. Cum duplica dicti domini Eduen. episcopi comprehendit.

Quinta & vltima pars aliam super prædictis responsionē regis, tam ore proprio, quàm viuę vocis domini archiepiscopi Bituricen. oraculo datam, cum ipsorum prælatorum actione gratiarum continentem, breuibus verbis amplectitur.

¶Tenor dictarum literarum Regis sequitur talis.

PHilippus Dei gratia Francorum rex, dilecto & fideli nostro episcopo Eduens. salutem & dilectionem, Quanto magis scientiæ diuinæ, diuinarúmque scripturarum notitia, ac cæterarũ virtutum magistra rerum experiētia vigent in vobis tanto plenius nostis, quantum & qualiter omnes & singuli clerici & laici regni, tanquam membra simul in vno corpore viuentia sibi adinuicem tenētur compati, mutuúmque præstare cōsilium & auxilium temporaliter & corporaliter, ad defensionem & custodiam vnitatis, & optatæ pacis mortalibus cunctis, & veræ vnionis, contraria suis quique contenti iuribus pro viribus propulsanda. Cum igitur ad nostrā deductum fuerit notitiam, quòd vos, gentésq; & officiales vestri asseritis per bailliuos & officiarios nostros, & per barones aliquos regni nostri Franciæ, vobis ac subditis vestris, dictíque bailliui & officiales nostri: ac barones prædicti asserũt etiam per vos & officiales vestros, ac per curiarum vestrarum satellites & cursores, nobis

bis & ipsis nostrísque & eorum subditis quamplura fuisse retroactis temporibus illata, & in præsenti adhuc inferri hincinde grauamina, insolitásque & indebitas nouitates. proptérque illius veræ vnitatis connexio, quæ inter vos & ipsos vigere debet, vt est dictum suæ quodammodo indissolubilitatis integritatē amisit. Quòd si nobis, qui subditorum nostrorum, tam clericorum quàm laicorum concordiam & vnitatem diligimus displicet, non est mirū. Et idcirco volentes super his de salubri remedio, quantum cū dei adiutorio possumus prouidere. Requirimus vos, nihilominus tenore præsentium mandamus quatinus ad diem octabarum festi sancti Andreæ proximè venturum, Parisius personaliter intersitis aduisi super grauaminib9 & nouitatibus quæ & quas per prædictos asseritis vobis fuisse illata & illatas. Nos autem prædictis bailliuis & officialib9 nostris, atque baronibus, damus per nostras alias literas in mandatis, vt dicta die Parisius similiter intersint personaliter, aduisi super grauaminibus & nouitatibus quas sibi & subditis suis per vos & officiales vestros asserunt fuisse illatas, vt super his & singulis hincinde illatis grauaminibus per nos & consilium nostrum, de tam salubri posit remedio prouideri, quòd īter vos & ipsos amoris vinculum incorruptibile & sinceræ charitatis affectio indissolubilis futuris temporibus debeant obseruari. Datum Parisius, prima die Septembris, Anno domini 1329. die veneris. 15. Decembris.

DIe verò superius in dictis literis contenta, prælati Parisius conuenerunt in Palatio regali, & comparuerunt coram rege ibidem prælati adinuicem, videlicet domini Bituricen. Auxitanus. Turonen. Rothomagen. Senonen. archiepiscopi. Beluacen. Cathalan. Laudunen. Parisien. Nouiomen. Carnoten. Constan. Andegauē. Picta-

uen. Melden. Cameracen. Sancti Flori, Brioce. Cabilion. & Edue. episcopi. Qua die ipso rege sedente & cõsiliariis suis, necnon aliquibus baronibus ibidẽ assistentibus, & facta dignitati regiæ reuerentia per prælatos, Nobilis & discretus vir dominus Petrus de Cugneriis, miles & cõsiliarius dicti domini nostri regis, in præsentia omniũ, & ĩ publico locutus est pro rege facto themate suo. Redditæ quę sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Et prosecutus est, iuxta illud thema materiã suam, cõcludendo ad duo.

Primò, quòd regi debebatur reuerẽtia & subiectio. Secũdò, quòd debebat esse spiritualiũ & temporaliũ diuisio, vt spiritualia ad prælatos, & tẽporalia ad regẽ & barones pertinerent. Et hoc probauit per multas rationes facti & iuris, prout in respõsionibus factis infra, sic per Senonen. electum, & episcopũ Eduen. plenius continetur. Et finaliter cõclusit, quòd prælati essent cõtenti spiritualibus, & in eis defenderet eos rex. Quibus sermonibus cõpletis dixit verba quæ sequuntur in Gallico, quòd intẽtio regis erat reintegrare tẽporale. Deinde proposuit ĩ gallico articulos infra scriptos. Et postea tradidit ĩ gallico prælatis, licet sint translati in latino, & proponendo eos probat contenta in eisdẽ non pertinere ad prælatos, sed ad dominos tẽporales, & quòd iniustè ꝓcedebatur per prælatos super eis. Et nhilominus ꝓpositione facta, dixit idẽ domin⁹ Petrus, ꝙ prælati super his deliberarẽt & consulerent domino regi tanquã eius fideles. Sunt autẽ hi articuli, & responsiones super his factæ, necnõ grauamina regi tradita ꝑ prælatos. Quorumquidem articulorum in gallico traditorum in latino, tamen translatorum tenor sequitur, & est talis.

HAec sunt grauamina & vsurpationes, quæ & quas ꝑlati, & aliæ personæ ecclesiasticæ regni Franciæ, vel eorum officiales, & iudices pro ipsis fecerunt & faciunt, in

in præiudicium iurisdictionis temporalis domini regis,& baronum,& aliorũ subditorũ suorũ dominorũ tẽporaliũ.

Articulus primus.

Primò, de iure cõmuni cognitio causarum, quę tangunt realitatem, siue sint in possessione, siue in proprietate, pertinet ad iurisdictionẽ temporalem. Et officiales prælatorum impediendo iurisdictionem temporalem nituntur sibi attribuere cognitionem causarum realium, specialiter super possessione,& super omnibus interdictis. 1

Item quãdo laicus turbatur, vel impeditur ĩ possessione terræ suæ per aliquẽ clericum, & ꝓpter hoc impetrat adiornamentum à iudice seculari in casu nouitatis, vel aliàs. Officiales prælatorum impedientes iurisdictionẽ temporalem faciunt moneri, ad instantiam clerici iudicem secularem,& partem, vt post adiornamẽtum cessent, sub pœna excommunicationis,& certæ pecuniæ quantitatis. 2

Item cum cognitio personarum laicarũ pertineat ad iudicem secularem, exceptis casibus spiritualibus. Officiales prælatorũ faciunt eos citari coram se, ad instãtiam partis. Et si dictæ personæ laicæ declinent iurisdictionem, dictorum officialiũ, vel domini quibus subiiciuntur, requirunt eas remitti coram eis, tanquam coram dominis, vel iudicibus suis temporalibus, dicti officiales renuunt hoc facere,& compellunt per excommunicationem partes, ad procedendum coram eis. 3

Item officiales prælatorũ faciunt sæpè moneri personas laicas, ad instantiam clericorum, dicentium se esse impeditos in rebus hæreditariis suis per laicos. Et si ipsi laici asserant realitatem, & ita sit in veritate, & super hoc petãt remitti ad iudicem secularem, dicti officiales monent eos, sub pœna excõicationis, & sub magna pœna pecuniaria, 4

ne propter hoc vadant coram iudice seculari.

5 Item officiales prælatorum nituntur habere cognitionem contractuum initorum in curia seculari, per literas, aut sine literis, & per monitiones & excommunicationis sentẽtias nituntur excommunicationes facere talium contractuum super obligatis.

6 Item prælati faciunt consilia prouincialia, & synodalia statuta, in quibus plura faciunt & ordinant in grãde præiudicium iurisdictionis temporalis, de qua non spectat eis quoquomodo cognoscere, vel se intromittere.

7 Itẽ prædicti officiales nitũtur plures iuratos ꝓ recipiẽdæ obligationibus suis in cõtractibus in illis iurisdictionibus atq; locis dominorum temporalium super vẽditionibus rerũ hæreditariarum, & aliàs, & sic nituntur impedire iurisdictionẽ temporalem, cum extra sedem suam obligationem recipere non debeant, vel contractus.

8 Itẽ faciunt citari plures laicos ex officio suo sup aliquibus quæ sibi imponũt, maleficiis respõsuros, de quibus im positis asserunt sibi cognitionẽ pertinere. Et quãdo citati huiusmodi venientes ad diẽ sibi, vt præmittitur assignatã, negabãt maleficia opposita cõtra eos dicti officiales ipsos detinẽt captos, nec volunt eos recedere, licet in casibus eis impositis pertineat recredẽtia, & licet captio & detẽtio ad eosdẽ officiales minimè ꝑtineat, sed ad iudices seculares.

9 Itẽ in casibus supradictis, licet per inquæstas & processus factos per officiales prædictos contra dictos laicos sic captos, & detentos, iidem laici reperiantur puri & innocẽtes, & ab imposito sibi maleficio absoluantur. nihilominus dicti officiales nolũt eos expedire, donec pro scripturis ꝓcessuum, seu inquæsta prædictorum satisfactionem fecerint de magna pecuniæ quantitate, licet de iure in tali casu eis expensas restituere tenerentur.

Item

Itē memoria ſit de loquēdo ſuper ſentētia excōmunica- 10
tionis, quæ datur per ſolā citationem quotiēs quis deficit.

Itē loquendo ſuper obligationibus de niſi, per quas quis 11
excommunicatur incontinenti, ſi nō ſoluat certa die, licet
nequeat ſoluere die illa.

Itē quandoq; aliqui, quiq; ſint, excōmunicantur virtute 12
excōicationis curiæ prælatorū, & tales excōicati nō ſatisfa ciūt de ſummis cōtētis in excōicatione, incōtinenti reaggrauātur, & tūc iidē prælati, vel eorū officiales, faciūt mo neri iudices ſeculares, ꝙ ſub pœna excōmunicationis com pellant per captionem bonorū tales ſic excommunicatos ad faciendū ſe abſolui, & ad debitum perſoluendū. Et vbi iudices ſeculares nō obediunt monitioni huiuſmodi, ipſi excōmunicantur, nec poſſunt abſolui, niſi ſatisfaciant de debito pro quo perſonæ præfatæ excommunicatæ exiſtūt.

Item ſi bailliui, præpoſiti, vel ſeruiētes regii, aut alii ſub- 13
diti, iudices ſeculares talibus monitionibus inclinauerit, nec aliqua bona penes excommunicatos prædictos inueniantur, oportet dictos officiarios regios ire cum expenſis ſuis ad curiā prælatorū, & ibi iuramentū præſtare, ꝙ nulla bona inuenerunt penes excōmunicatos, alioquin incontinenti denunciantur excommunicati, & per ſententiam excommunicationis compelluntur ad ſatisfaciendum de debito pro ipſis excommunicatis.

Itē ſi duo laici ſint in ꝓceſſu in curia alicuius domini tē- 14
poralis ſuper actione reali, vel perſonali, & cōtingat quòd altera partiū diffugiendo appellet ad curiā alicuius prælati corā officiali ſuo, poſt magnos proceſſus factos, & litem cōteſtatam officiales dictarum curiarum nituntur retinere cognitionē taliū cauſarū, tam in reali ꝗ perſonali, & virtute monitionū & ſententiarū faciunt deſiſtere dominū tem poralē à cognitione cauſæ poſt appellationē, quod niſi fa-

ciat excõmunicatur,& trahitur ad emendã,ex quibus temporalis læditur iurifdictio, & amittit reffortum fuum,quia nullus à curia prælatorum appellat ad curiam regiam.

15 Item fi quis laicus in villa regis facit arreftari debitorem fuum laicum per iuftitiam fecularem loci,fi arreftatus appellat illos qui arreftant eum,officiales volunt habere cognitionem talem. Et fi aliquid attẽtetur fuper appellatione,ipfi nituntur exigere emẽdam à iuftitia,ficut ab illo cui factum eft arreftum. Et fi gentes regiæ compellunt eos ad refiftendum,ipfi excommunicant eos.

16 Item dicti prelati habent magnã multitudinem officialium,quos vocant præpofitos clericorum, quiquidam officiales faciunt cõmuniter citationes viua voce cõtra quafcũq; perfonas per dominiũ regis,& alibi fine cõmifsione, licet ĩ qualibet diœcefi effe non debeat,nifi fedes vna dũtaxat vbi cognofcatur de caufis. Et ex hoc accidit pluries, quòd multæ perfonæ fine caufa coram eis citantur, ad finem quòd redimant fe de magna pecuniæ quãtitate,quod eft in magnum præiudicium regis, fubditorúmque fuorũ, & iurifdictionis temporalis eorundem.

17 Item dicti præpofiti clericorum, figillant domos clericorum ĩ villis regis, & aliorum dominorũ temporalium in præiudicium iurifdictionis domini regis, & aliorũ fecularium,licet ĩ domibus & aliis tresfondis regis,vel aliorum fecularium dicti prælati exercere aliquã iurifdictionem non pofsint.

18 Itẽ dicti prælati,vel eorũ officiales,figillant bona mobilia clericorũ coniugatorum,&mercatorum,licet ĩ talibus eorum cognitio pertineat ad iudicẽ,vel curiam fecularẽ.

19 Item compellunt perfonas laicas ad dandum affecuramentum clericis coram eis in curia ecclefiaftica, maximè regis feruientes.

Item

Item ĩ iustitia & ĩ dominio regis,& subditorũ, faciũt gẽ 20
tes prælatorũ inuẽtaria de bonis laicorum decedentium.

Item ipsi cognoscunt de actionibus hipothecariis,quæ 21
sunt reales,vel saltim mixtæ.

Item dicti prælati nituntur habere cognitionẽ persona- 22
rum laicarum cõmorantium in domibus Dei,& leprosa-
riarum,villarum regiarum,& subditorum suorum,vel ex-
tra villas, licet domino regi, vel eius subditis memoratis,
pertineat cognitio eorundem,& dant dicti prælati,vel eo-
rũ officiales, monitiones, cum magnis pœnis pecuniarũ,
& sententiæ excõmunicationis, ꝙ nullus trahat illas perso
nas in alia curia quàm sua.

Item ad finem quòd dicta curia ecclesiastica augmente- 23
tur,dicti prælati feciunt magnã multitudinẽ tonsurarum
pueris ætate minoribus, quorum aliqui sunt seruorũ filii,
alii de illegitimo matrimonio procreati, ac hominibus cõ
iugatis insufficientibus & illiteratis.

Item faciũt contagiari & cõpelli per suos præpositos cle 24
ricorũ mulieres viduas,& nituntur habere eorum cogni-
tionem,necnon pupillorum,& sibi applicare bona eorum
quando moriuntur,sicut de maioribus ætate, quãdo dece-
dunt ab intestato, quorũ quidem cognitio spectat ad re-
gem,quia tales personæ sunt cũ bonis suis de gardia regis.

Item faciunt capi per dictos præpositos clericorum, & 25
in dominio regis,& alibi iuris ordine non seruato,plures
personas laicas imponentes eis quòd in aliquo casu com-
miserunt aliquid contra fidem,& detinent eos in carceri-
bus,licet eorum captio & detentio spectare debeat domi-
no regi,donec tales personæ super illo casu imposito sint
coniunctæ.

Item exercent suas iurisdictiones, currentes per villas 26
regias & subditornm,licet extra sedem suam non debeant

iurisdictionem tenere.

27 Item quando isti prælati,vel eorũ officiales,faciunt moneri præpositos,seruiẽtes, & iustitiarios regis sup aliquo faciendo per eos in suis monitionibus,magnã pecuniæ summam apponi applicantes prælatis, nisi fiat & compleatur quod in monitionibus suis cõtinetur, & cum hoc pœnam excommunicationis apponunt.& hoc est inceptum de nouo in præiudicium regis & subditorum suorum.

28 Item quando prælati,vel officiarii,eorum prosequuntur aliquem laicum in curia sua ex officio,& ĩ casu huiusmo di deficiunt sibi testes: ipsi faciũt plures personas laicas ad ferẽdum testimonium in illa causa coram se citari, siue sit Burgẽ.regius, & alterius cuiuscunque, & ipsis testibus nolunt aliquid constituere pro expen.eorum.Et nisi veniant ad diem ad quam citantur,excommunicantur.

29 Item si aliquis malefactor capiatur per aliquem iustitiarium regiũ,saisitus de furto suo,& ille cui res est furata veniat coram gentibus regiis,&probet rem huiusmodi furtiuam suam esse, & ideo expediatur eidem per gẽtes regias, si ex post facto dicant prælati,vel eorum officiarii malefactorem esse clericum,ipsi faciunt compelli per monitiones & citationes suas prædictas gentes regias ad restituendum eis rem furtiuam , prædictis quod nisi fecerint, excommunicantur.

30 Item si contingat quòd gentes regiæ capiant aliquẽ malefactorem pro crimine certo per eum commisso, & idem malefactor dicat se clericum esse, licet nec tonsuram, nec habitum deferat clericales, officiales prælatorum faciunt incontinenti detinentes, & capientes compelli per monitiones & sententias,ad restituendum sibi prædictum mafactorem tanquam clericum suum.

31 Itẽ si gẽtes regiæ,vel alii iustitiarii seculares ceperũt ali

quem

quem malefactorē, latronem, vel etiam homicidā, qui ton ſuram deferat clericalē, eúmque reſtituant prçlatis, idem malefactor ſatis citò, poſtmodum expeditur, licet recognouerit crimen, etiam licet aliqui laici qui cum eo fuerunt ſocii in maleficiis propter hoc iuſtitiati fuerint, eūque accuſauerint de maleficio: & ſic tales malefactores ad talia maleficia perpetranda facilius excitantur.

Item ſi quis dicat ſe expoliatum fuiſſe, officialis ſibi dabit incontinenti monitionem contra ſpoliatorem, & virtute monitionis huiuſmodi monebitur per aliquem de præpoſitis clericorum, quòd reſtituat ſibi contenta in monitione, & quòd iuret ſi ſpoliauit conquerentem de his de quibus eſt conqueſtus: & ſi iurare renuerit coram præpoſito, ipſe præpoſitus incontinenti monitionem ſigillat & excommunicat illum qui noluit iurare: nec poterit poſtea abſolui donec ſatisfecerit de cōtentis in monitione, de quibus conquerens ſe prius dixerat ſpoliatum. 32

Item ſi quis pro delicto ſuo detineatur in carcere alicu- 33
ius iudicis ſecularis, licet captus fuerit in habitu laicali, & ſine tonſura, & quòd geſſerit ſe antea per totam vitam tāquam laicus, pro eo ſolum quòd aduouabit ſe ꝓ clerico, quia meliorem expeditiam habebit à prælato & officiariis quàm per ſeculares, & delictum remanebit impunitū, dicti officiarii faciunt moneri iudicem ſecularem, vt citò malefactorem reſtituat eis atque reddat: alioquin ceſſabitur eis incontinenti per totam villam vbi ſic captus tenebitur malefactor: & pro vitandis periculis quç venire poſſunt occaſione dicti ceſſus, oportet quòd iidē iudices reddant malefactorem in magnum præiudicium iuriſdictionis regis & temporalis, ad quem cognitio poſſet venire in caſu reſſorti.

Item quando aliquis malefactor redditur iudicibus ec- 34

clesiæ per iudices seculares, tanquam clericus amici ipsius malefactoris, veniũt ad officiales prælatorum, & cõcordant cum eis: & sic dimittunt sine punitione ire, & sic peiora committunt quàm ante, licet crimina essent notiora.

35 Item quam citius clerici coniugati mercatores, vel alii clerici cuiuscunque ministerii existant, trahuntur in causam coram iudice seculari pro aliquo delicto, ipsi clerici impetrant ab officialibus quendam monitionem, & adducunt secum quendam presbyterum, per quem faciunt moneri iudicẽ secularem, sub pœna centũ, vel ducentorũ marcharum argenti, & excommunicant, ne curiam vel cognitionem de talibus teneãt, & ne molestentur eos in corpore vel in bonis. Et si domin⁹ iudex nõ vult postea, cessatur ibidem incõtinẽti à celebratione missarum, licet hoc pro facto suarum mercaturarum existat.

36 Itẽ dicti officiales cõcedunt citationes, sine numero, cõtra personas laicas in casu assecuramẽti personaliter corã eis, ad assecurandũ personas taliter incognitas, & si cognitæ sint, ĩ citatione cõtinetur, ꝙ ille qui citatus est moneatur sub magna pœna, ne illum qui sic citari eum fecerat ipsum pendente citatione trahat ad iudicem secularem.

37 Itẽ cum quis excommunicatus est in aliquo loco dicti officiales dant citationes personales super participibus, & faciunt citari totam patriam ad vnam, vel duas leucas circunquaque, & tales qui nouerunt excommunicatum bene. 40. 60. vel centum personæ purgaturę se super participatione prædictorum. Ex quo sequitur, quòd probi homines antiqui, & senes, redimũt se quilibet de duodecim, vel de duobus solidis, pro vitandis expensis & laboribus, & multæ vineæ, & terræ dimittũtur incultæ, & plures boni homines loca propria dimiserunt.

Item

Item dicti officiales imponunt pluribus personis, famæ laudabilis & honestæ vitæ, quod sunt vsurarii, & oportet eos cum ipsis officialibus cõcordare, pro euitanda eorũ infamia & labore. 38

Item dicti officiales faciunt citari aliquem bonũ hominem coniugatum, & imponunt ei quòd adulteratus est cũ aliqua. Et similiter mulierem aliquam coniugatam imponendo sibi quòd adulterata est in perpetuam infamiam ipsorum cõiugum, & cum hoc extorsionem pecuniarum recipiunt ab eisdem. 39

Item memoria sit de magna multitudine procuratorũ, qui comedunt totum mundum, virtute citationum, & recipiunt homines in gardia sua, & per villas tenent placita, & assisias suas, & authoritate sua relaxant citationes propter pecunias quas extorquent, & recipiunt ob hoc ab eis citatis. 40

Item alia grauamina quæ capitula, abbates, priores, hospitalarii, & aliæ personę ecclesiasticæ regni Frãciæ faciũt cõtra populũ: talia sunt, quia faciunt citari plures burgenses regis, & alios in pluribus & diuersis locis per priuilegia, videlicet Baiocen. Nanneten. in Britania, Lugduni, Masticoni, & alibi specialiter hospitalarii magis vtuntur istis communiter quàm alii, ex quibus multum damnificatur populus, & grauabitur multipliciter in futurum, nisi remedium apponatur. 41

Item iudices ecclesiastici in quocunque casu nituntur habere cognitionem iniuriarum, siue in verbis, siue in factis commissa sit iniuria: necnon vxorum clericorum, licet sint mercatrices, & eorum mariti similiter mercatores. Et si aliquando tales coniuges capiantur per iudices seculares, officiales faciunt cessum apponi in parochia illa virtute consilii Siluanecten. 42

43 Item volunt habere cognitionem bonorum tam mobilium quàm immobilium viduarum. Et si contingat quod aliqua vidua mercatrix in villa regis, per viam arresti laicam personam faciat conueniri coram iudice seculari, & iam sit processum quod persona illa laica fuerit per sententiam iudicis secularis in petitione viduæ condẽnata. Si veniat ad notitiã iudicis ecclesiastici quòd vidua illa in aliqua curia suũ conuenit debitorem, ipse iudex ecclesiasticus trahet ipsum ad emendam, & compellet eum emẽdare per monitiões & sententias, & hoc sæpè cõtingit.

44 Item plures habitatores terræ dictorum prælatorũ vocant se inuicem ad curiam officialium, ex qua de appellatione volagia, & nituntur officiales de talibus appellationibus cognoscere in præiudicium iurisdictionis temporalis domini regis.

45 Item si quis in briga, vbi sanguinis effusio facta fuerit, capiatur per aliquam iustitiam secularem puniendus, si laicus, vel restituendus iudicio ecclesiastico, si clericus existat. Si talis captus appellat ad curiam officialis, volunt dicti officiales de hoc cognitionẽ habere, etiam de laico, sicut de clerico, & cum hoc nitũtur exigere, emẽdatur à curia seculari, quæ prædictam fecit captionem, & si hæc permitterentur, nunquam malefactores punirentur, quia incontinenti appellarent, & post appellationem statim fugerent.

46 Item si faciant citari plures ex officio, ipsi non admittũtur per procuratorem. Et si ad diem sibi assignatam accedunt, imponitur eis quod vsurarii, & nisi respondeant ad voluntatem promotorum detrudũtur, licet sint puri laici, neque liberantur donec finantiam fecerint pro voluntate officialiũ, licet non sint vsurarii. & si qui sint vsurarii, officiales recipiunt ab is eis emẽdas: & postea sicut prius permittitur

mittitur exercere vſuras, vt in eis ſolitas emẽdas exerceãt.

Item capi faciunt per ſuos ſeruientes clericos in quocunque treſfundo abſque hoc quòd iuſtitiam loci faciant appellari,& ſi per aliquos in hoc impediantur,ipſi compellunt eos per ſententiam excommunicationis ab impedimento deſiſtere. 47

Item quotiens iudices temporales capiunt aliquem, qui poſtea requiritur, & redditur tãquam clericus iudici eccleſiaſtico ſine difficultate quacunque:nihilominus dicti officiales faciunt ipſos iudices excommunicatos à canone nunciari. 48

Item faciunt prȩlati tonſuras hominibus 30.annorum,& vltra , & etiam coniugatis aliquibus quando veniunt ad eos metu intruſionis,carceris & punitionis alicuius criminalis delicti,quod antea perpetrauit,& hoc pluries fuit factum. 49

Item ſi contingat quòd aliquis homo regis, vel alterius cuiuſcunque excommunicatus exiſtat,& velit ſatisfacere, & facere ſe abſolui, gentes prælatorũ exigent ab eo emendam ad ipſorum arbitrium,vnde plures remanent in excõmunicatione. 50

Item poſtquam propter debatum duarum perſonarum adinuicem contendentium ſuper poſſeſsione alicuius rei immobilis,res contentioſa poſita eſt in manu regis,per aliquem ſeruientem regis monent ipſum ne perturbet alteram partium in poſſeſsione, quod ſi fecerit excommunicant eum. 51

Item dicti prælati, decaníque & capellani,& aliæ gentes eccleſiaſticæ,tot & tantos labores dant officiariis regis ratione iuriſdictionis regiæ,ſicut prȩdicitur vſurpatȩ,quòd plures officiarii regii expenderunt de ſuo pro iuribus regis obſeruan. & per vexationes & labores faciunt eis ex- 52

pendere quicquid habent.

53 Item si aliquis iustitiarius laicus pro certa & iusta causa ad requæstam partis apponat manum suam in rebus hæreditariis clericorum, iudices ecclesiæ, & eorum ministri, faciunt monitiones in scriptis contra dictum iustitiarium, sub pœna excommunicationis, & sub pœna pecuniaria, vt manum suam leuet & amoueat: & iniungit eidem, vt alteram partem de prædictis rebus gaudere permittat, aliàs ipsum denũciant excommunicatum, à qua sententia absolui non potest, nisi redimat se ad officialis arbitrium, in præiudicium ressorti domini nostri regis.

54 Itẽ iudices ecclesiastici quã citius audiũt, quòd aliquis diues decessit, vel cogitãt quòd citò debet decedere, ipsi mittunt literas clausas capellano suo, quòd nullatenus audeat inhumare ipsum, licet fecerit testamẽtũ, & ecclesiastica sacramẽta receperit, & post modũ cũ amici defuncti ad eos accedunt scituri propter quæ faciunt, hoc dicti officiales asserũt quòd dictus defunctus fuit vsurarius, vel quòd mãdata ecclesiæ non seruauit. Et tamdiu faciunt corpus super terram teneri, quòd oportet amicos redimere de magna quantitate pecuniæ: & per talem modum magnas pecunias habuerunt.

55 Itẽ si in aliquo cœmiterio fiat effusio sanguinis violẽta, propter quam ponatur interdictum, ipsi prælati faciũt impositionẽ fieri decẽ librarũ super omnibus parochianis pro salario suo recõsiliationis cœmiterii memorati, licet aliqui parochianorum à sua iurisdictione sint exẽpti, etiam licet illi tantũ habeant, vel plus de bonis illius qui talem violentiam commisit.

56 Item aliqui capellani dicunt se habere priuilegia apostolica, quorũ virtute sibi cõstituunt iudices quos volunt. & aliquotiens de suo proprio collegio. Et sic iudices in suis

causis

causis existũt, quod de iure non possunt, vnde contingit, quòd post magnos processus & expen. factas in aliqua magna ĩquæsta sæpius super realitate, quàm aliàs, ad eorũ noticiã per cõsiliarios, vel procuratores suos, peruenit quòd ipsi debent in causa succũbere, incontinenti reuocãt suos iudices memoratos, & sic sunt subditi regis dãnificati, nec possunt ius habere ab ipsis.

Item si laicus vocat clericum in causa hæreditaria coram iudice seculari, ipsi iudices ecclesiastici faciunt cessare processus, sibi cognitionem attribuentes. Et cum hoc pro impetratione talium adiornatorum trahunt laicos ad emendam. 57

Item cognitionẽ clericorum coniugatorum mercatorum, qui sunt manu operarii, quorũ cognitio pertinet ad iudices seculares specialiter super facto mercaturarũ suarum attribuere sibi nituntur ecclesiastici iudices. 58

Item pluries posuerunt interdictũ in pluribus villis, castris regis, & diuinũ officium cessare fecerunt, contra priuilegia quæ habuit dominus noster rex à pluribus summis pontificibus. 59

Item pro custodia tẽporalitatis suæ, faciũt clericos suos ballivos, & seruiẽtes suos, & sic quãdo ipsi delĩquũt, nõ possunt puniri sicut decet, propter quod iustitia nõ seruatur. 60

Itẽ iudices ecclesiastici habẽt procuratores, qui si teneãt aliquẽ excõmunicatum, siue iusta sit sententia, siue nõ, ipsi faciũt monitiones fieri, quod nullus operetur, vel faciat negotiũ qualecunque ei qui in tali statu consistit, propter quod terræ & vineæ sæpè remanent incultæ, in præiudiciũ cõmunitatis populi & regis. 61

Item promotores prædicti faciunt fieri citationes, per quas citari faciũt. 20. 30. 40. personas, vel amplius, ĩ citatione, imponẽtes eis quòd participarũt cũ talibus interdictis, 62

& de vno capiunt.10.de altero 20. solidos secũdum, quòd possunt:vnde communis populus est multum oppressus & grauatus.

63 Item iudices ecclesiastici faciunt iurare omnes aduocatos curiarum suarum,quòd nullus litigabit sine eorum licentia contra eos, propter quod ius pauperum multotiẽs perit,& causæ regis retardantur: quia proprii pensionarii regis non sunt aduisi ad ipsorum consilium accedere, nisi de ipsorum iudicum licentia speciali.

64 Item volunt inuentaria facere de bonis illorũ qui ab intestato decedunt:volúntque bonorum tam mobiliũ quàm immobilium possesionem habere, & ipsa per manus eorum distribui hæredibus, vel illis quibus volunt conferre.

65 Item testamẽta quæcũque volunt per manus suas executioni tradere:inuentaria facere bonorũ defunctorum, eadémque seruare,& hæredibus distribuere, & habent officiales qui super his exequẽdis duntaxat deputati existunt.

66 Item quòd aliquando testamentis coram tabellionibus factis nolunt adhibere fidem,nisi prius per ipsos officiales fuerint approbata.

HIs auditis dixerunt prælati,quòd super his volebant deliberare,& fuit asignata dies veneris sequens,qua die respondit pro prælatis dominus electus Senonen. Et proposuit infra inscripta apud Vicenas, vbi rex tenuit dictam diem.

¶Responsio

466

¶Responsio generalis, & prima ad prædictos articulos per dominum electum Senonen. facta.

QVia dominus Petrus de Cugneriis pridie proponens contra ecclesiam Gallicanā, cœpit thema suū quod scribitur Matth. 23. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari : & quæ sunt Dei Deo. In qb⁹ verbis dicebat notari duo. Primò, prælatorum ad regis obedientiam, reuerentiam, & subiectionem. Secundò, iurisdictionis temporalis & spiritualis diuisionem. & primū probabat per illud quod scribitur 1. Pet. 2. Subiecti estote omni creaturæ propter Deū, siue regi, quasi præcellenti, siue ducibus tanquā ab eo missis in vindictam malorum, laudem verò bonorū. Secundū verò probabat per multa, quæ Christus dixit Luc. 22. cum dicerent apostoli : ecce gladii duo, hic dixit deus, sufficit: per duos gladios intelligens duas iurisdictiones.

Itē pro eo quòd Christus pro se & Petro voluit soluere tributū. Matt. 17. ad dandū exemplū quomodo ecclesiasticæ personæ tenebātur soluere, & reddere potestati temporali temporalia. Et hoc confirmabat per hoc quòd scribitur. 11. q. 1. c. si tributum, & .c. magnum.

Itē quia hoc cauetur lege humana cum dicitur, magna duo dona collata sunt, sacerdotium & imperium. Sacerdotium vt diuinis: imperium vt humanis præesset in corpore authenticorum quomodo oportet episcopū, & clericos ad ordines perduci, in prīcipio collationis primæ. Ex quibus concludebat ꝙ cū istæ iurisdictiones sint distinctæ à Deo, & vna sit reddita, seu credita ecclesiæ, & alia dominis temporalibus, quòd nullo modo ecclesia debeat se intromittere de iurisdictione tēporali, cū scriptum sit Prouer. 22. Ne

trãsgrediaris terminos antiquos quos posuerũt patres tui. Et bene signãter dicit antiquos, quia cõsuetudines si quæ essent ad oppositum introductæ non valerent: quinimò essent potius corruptelæ. Nec præscriptio potest habere locum, cum ius fisci sit impræscriptibile: nec rex etiã posset à se tale ius abdicare, sicut probat per multa capitula quæ sunt 10. dis. Quare cum rex in sua coronatione iurasset iura regni non alienare, & alienata ad se reuocare, si per ecclesiam, aut per quemcunque alium erant vsurpata, tenebatur rex per iuramentum ad se illa reuocare.

¶Summarium.

1 *Deum timete, regem honorificate exponitur, assumptum pro themate.*

2 *Si superior iubeat quod non potes, uel facere non debes, quid agere habes.*

3 *Quis perpenditur Deum timere ex tribus.*

4 *Principem immensa dare ecclesiæ, bonum est.*

5 *Princeps æstimet se debere, quod sponte tribuit.*

6 *Quantum plurium reges offerebant Deo, tantum fuerunt ab eo benedicti.*

7 *Inter cæteros reges, Franciæ reges plura Deo dederunt, & ecclesiæ, ideo fuerunt super omnes fœlices.*

8 *Donum quod princeps facit ecclesiæ, est donum quod redditur cum maxime incremento.*

9 *Vita regis, ac filiorum prosperitas, pax, & obedientia, per orationem ecclesiæ conseruatur in regno.*

10 *Donum ecclesiæ factum, est fauorabile & irreuocabile.*

11 *Primum præceptum secundæ tabulæ, est patrem honorare, etiam spiritualem, magis quàm carnalem.*

12 *Prælati sunt patres spirituales.*

Perma-

13 *Per maxima dona, nobis dona donabuntur à Deo.*
14 *Constantinus imperator respuit accusationes contra episcopos datas.*
15 *Potestates ecclesiæ & regum, differunt sicut sol & luna, cœlum & terra, aurum & plumbum.*
16 *Subiecti estote omni creaturæ, quomodo sit intelligendum.*
Honor & sublimitas episcopalis, nullis potest adæquari comparabilibus.
17 *Reges Franciæ præ cæteris regibus honorem prælatis impenderunt.*
18 *Qui non reddit alteri quod suum est, non timet Deum.*
19 *Aliquid efficitur alicuius multis modis.*
20 *Iurisdictiones, scilicet ecclesiastica, & temporalis, sunt in eadem persona compatibiles, maximè in ecclesiastica.*
21 *Non est bonum argumentum, iurisdictiones sunt distinctæ, ergo non sunt compatibiles in eodem subiecto.*
22 *Iurisdictio temporalis, à iurisdictione ecclesiastica dependet, sicut claritas lunæ, à solis claritate.*
23 *Si illæ duæ iurisdictiones in eadem persona non essent compatibiles, sequeretur quòd nulla persona ecclesiastica posset habere iurisdictionem temporalem, nec castrum.*
Persona ecclesiastica non potest esse regi subdicta, nisi ratione tēporalitatis.
24 *Probatur quòd iurisdictio temporalis potest esse in personam ecclesiasticam habentem iurisdictionem spiritualem.*
25 *Quandiu reges usi sunt consilio sacerdotum, eis bene fuit, & regnis, aliàs regna in dissipationem sunt facta.*
26 *Secundum diuinam naturam, Deus omnia creauit ex nihilo.*
27 *Per uestimentum domini, intelligitur humanitas, quæ iungitur diuinitati, sicut uestito uestis.*
28 *Quam potestatem à Christo beatus Petrus habuerit, ponitur.*
29 *Quæcunque, uniuersaliter distribuit, sicut ly omnia.*

30 *Petrus de Cugneriis ſuo percutitur gladio.*

31 *Chriſtus penes eccleſiam duos eſſe gladios uoluit.*

32 *Alia eſt ratio in prælatis hodiernis, quàm in Chriſto & eius apoſtolis fuit, in duorum gladiorum uſu.*

33 *Ratio diuerſitatis ponitur.*

34 *In iudiciis attenditur, ut uita hominum corrigatur.*

35 *Cuius eſt iudicare de fine, eius eſt iudicare de ordinatis ad finem.*

36 *Tota claritas lunæ, eſt à ſole, non econtrà.*

37 *Si iudex laicus fuerit ſuſpectus, adiungitur ei epiſcopus.*

38 *Priuilegia & eccleſiæ libertates imperator tollere non poteſt.*

39 *Conſuetudo dat iuriſdictionem perſonæ capaci.*

40 *Eccleſia gallicana magis ſibi iuriſdictionem inter laicos uendicat conſuetudine, quàm ex præſcriptione.*

41 *Ad præſcriptionem non requiritur niſi titulus, bona fides, & temporis continuitas.*

42 *Eccleſia quantum ad ſpiritualitatem non eſt regi ſubdicta, imò nobilior, ſicut eſt nobilior ſol luna, aurum plumbo, & cælum terra.*

43 *Si aliquid ex uno capite competit, ex alio non poteſt competere capite.*

44 *Deus reges Franciæ præ cæteris regibus, priuilegiis, & honoribus inſiniuit, & proſperati ſunt propter tria.*

45 *Quæ nobilitent Franciæ regnum deſcribuntur.*
Si prælati non haberent iura ſua, ſed tollerentur, rex perderet regnum.

46 *Quando ſit facta tranſlatio monarchiæ Aſſiriorum, in Medos ponitur.*

47 *Quæ dei ſunt, prælati non debent dare imperatori.*

48 *Non poſſum patrum meorum dare hæreditatem.*

49 *Terra ſacerdotum fuit libera, & immunis ab omni tributo, & ſeruitute præſtanda.*

Scandalum

50 *Scandalum duplex est, pusillorum, uidelicet & Pharisæorum.*

51 *Debetur regi honor specialis & reuerentia, propter magnitudinem & fastigium suæ dignitatis.*

52 *Duplex est honor uerbalis, uidelicet & realis.*

53 *Quis dicatur honorificare regem facto.*

54 *Inexpugnabile munimentum amore ciuium.*

55 *Nouitas parit discordiam.*

56 *Rex Philippus, sancti Ludouici auus, nutriebat in regno sanctum Thomam archiepiscopum Cantuarien.*

57 *Sancto Remigio datur castrum per Clodouæum regem, quod Pepinus rehabere uoluit, qui percussus est à sancto Remigio propter illud.*

58 *Regem non honorificat facto, qui consulit regem terminos patrum transgredi.*

59 *Gloria hominis ex honore patris sui procedit.*

60 *Peccatum legitur, sed pœnitentia non inuenitur de Salomone.*

61 *Ille regem facto honorificat, qui ei suadet illud per quod sua fama custoditur.*

62 *Duo tibi sunt necessaria, conscientia & fama, primum propter deum, secundum propter proximum.*

63 *Non minor est uirtus quærere, quàm parta tueri.*

64 *Reges Franciæ semper fuerunt christianissimi, deo & ecclesiæ.*

65 *Regum officium, est ecclesiam defendere.*

66 *Regem honorificat facto, qui suadet sibi illud propter quod conscientia sua non læditur.*

67 *Rex iurat in coronatione, quòd episcopis, & ecclesiis, & eis commissus, canonicum priuilegium, & debitam legem, & iustitiam seruabit.*

68 *Officium ecclesiæ est pro regibus, et aliis principibus orare, et inde sacrificium pro eis deo offerre.*

69 *Honor nulli conceditur indigno.*

70 *Certa usque ad mortem pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.*

IN speciali tradidit multos articulos, in quibus, vt dicebat, vsurpauerat ecclesia iurisdictionẽ temporalẽ. Vt ergo respondeã præmissis secundũ concordantiã vocalẽ & realem, accipio quod scriptũ est 1. Pet. 2. Protestatione præmissa, quòd quicquid dicturus sum volo dicere, non ad finẽ subeundi quodcunque iudicium, sed solũ ad domini regis & aliorũ assisten. conscien
1 tiã informandam. Accipio ergo thema tale Deũ * timete, regẽ honorificate. 1. Petr. 2. In quibus verbis beat⁹ Petrus duo nobis ostẽdit. Primò quomodo deo debetur timor filialis, & obedien. propter celsitudinẽ & imperiũ suæ maiestatis Deũ timete. Secũdò quomodo debetur regi honor specialis, & reuerẽtia, propter magnitudinẽ, & fastigiũ suæ dignitatis, regẽ honorificate in Gallico, Premieremẽt que nous deuõs a Dieu doubtance, & tremeur, & amour pour sa grãd puissance, & haulte maiesté, Deũ timete. Secõdemẽt que nous deuõs au Roy reuerence & hõneur, pour sa grand excellẽce & haulte dignité, regem honorificate. Et signãter præmittit Apostolus quòd primo Deo debetur timor, secũdo regi honor, quia Deo principaliter debetur timor, quia si cõtraria Deo iubeat rex, vel alius, cõtẽpto rege obediendum est Deo, Act. 5. Obediendũ est Deo magis quàm hominibus, & 2. Mach. 7. Nõ obedio præcepto regis, sed præcepto legis. Et rationẽ huius redit beat⁹ Aug. & est in glo. ad Ro. & ponitur 11. q. 1. Qui resistit patri su
2 perioris volũtati, & ordinatoris Dei resistit. Sed quid * si iubeat illud quod nõ potes, vel debes facere, hoc sanè con

temne

temnẽ minorem poteſtatẽ,timendo maiorem,ipſos huma
narũ rerũ gradus adiſcere. Si aliquid iuſsit ꝓcurator nũ-
quã faciendũ eſt,ſi cõtta proconſulẽ iubeat.ſi autẽ aliquid
ipſe proconſul iubeat,& aliud imperator,& aliud Deus:cõ
tempto illo obtẽperandum eſt Deo, maior enim poteſtas
Deus eſt,ille enim carcerẽ,iſte gehennã minatur,ille cor-
pus occidere poteſt,ille corpus,& animã mittere in gehẽ
nã ignis:merito igitur præmittitur Deum timere,propter
hoc dicitur Ecc.vl.Deũ time & mãdata eius obſerua,hoc
eſt omnis homo.Et videtur * mihi ꝙ quis perpẽditurDeũ 3
timere,ex tribus,ſcilicet ex grata munerũ & donorũ largi-
tione,ex ꝓuida ſeruitorũ ſuorũ honoratione,& ex ĩtegro
rerũ & bonorũ reditione,in Gall.Quãd il ſert deuotemẽt,
& luy dõne largemẽt,quãd il le hõnore ſaigemẽt,& deue-
mẽt,quand il luy rẽd le ſien entieremẽt,quia ecõtra, qui
ne le veult ſeruir,ou ne luy deigne obeir, ou veult le ſien
retenir,ſignũ eſt quòd nõ timet.Dico primo &c. Et pro-
pter hoc imperator Iuſtinianus dicit,quòd licet pœnę ni-
hil immẽſum ſit bonũ:tamen * principẽ immenſa dare ec 4
cleſiæ bonũ eſt.Quid enim tenetur imperator vt meliora
det cui plura dedit Deus habere,& multũ donũ eſſe,& fa
cile dare,& maximè ſanctiſsimis eccleſiis in quibus opti-
ma mẽſura eſt dominicarũ rerũ ĩmẽſitas,& Greg.alberto
patricio gallorũ,extra de do.c.1.dicitur,* ſi hãc ſibi quo- 5
dãmodo nobilitas legẽ imponit,vt debere,ſe quod ſponte
tribuit æſtimet,& niſi in ſuis beneficiis creuerit, nihil ſe
præſtitiſſe putet.vnde Abel qui de melioribꝰ offerebat do
mino,benedictus eſt à Deo,ſicut patet Gen.4.Vnde & re
ges quãtũ * plurimũ offerebãt Deo,tantũ fuerũt ab eo,& 6
ſpiritualiter,& tẽporaliter benedicti,ſicut patet de Ioſue,
Dauid,& Salomõe,& aliis ꝑ totũ librũ regũ.Et ideo Nu.
18.ſcribitur ĩ donaria Dei ſeparabitis optima.& 1.Paral.vl.

dicebat Dauid, Lætus obtuli vniuersa hæc,& populũ tuũ
vidi cum ingenti donario offerre tibi donaria. Nec mi-
rum quia sicut ipse dicit ibidẽ tua sunt, Deus omnia quæ
de manu tua accepimus,dedimus tibi. Et ideo videtur mi
7 hi quod quia inter * cæteros reges, Frãciæ reges plura de-
derunt deo,& ecclesiæ,& etiã barones regni, idcirco fue-
runt super omnes fœlices.& quãto plura dederũt,tãto plu
ra dedit eis de⁹,sicut patuit de Clodouæo,Karolo,sancto
Ludouico,& aliis. Quanto enim aliquis plura dat deo,tan
to deus plura sibi dat,cũ ipsemet promiserit, Date & dabi
8 tur vobis.Luc.6.Vnde donũ * quod princeps facit eccle-
siæ,est donũ quod redditur cũ maximo incremento & tẽ-
pore belli & tẽpore pacis.Tẽpore belli,quia victoria bel-
li nõ aliũde quàm à deo sibi præstatur,vnde.1.Mach.3.ca.
Nõ in multitudine exercitus victoria belli,sed de cœlo for
titudo est.& Exo.17.dicitur,quia cũ Moyses eleuaret ma-
nũ ad populũ,vincebat Israël, sed si remittebat superaba-
tur.& 2.Mach.vl.Iudas habiturus magnã victoriã de ad-
uersis,vidit Amõ & Hieremiã,sacerdotes,orãtes pro popu
lo & vniuersa ciuitate,&c. Tẽpore etiã pacis,quia & vita
9 regis & filiorum,ac prosperitas,pax & obediẽtia,* per ora-
tionẽ ecclesiæ cõseruatur in regno.vnde Salomõ,quandiu
fuit intẽtus operi dom⁹ dei:tãdiu pacẽ habuit.vnde Prou.
16.Cõplacuerunt deo vię hominis:inimicos quoque eius
cõuertit ad pacẽ. vnde.1.Esdr.6.c.dicitur de sacerdotib⁹,
Offerãt oblationes deo cœli,& orẽt pro vita regis & filio-
10 rũ eius.Bene ergo dicitur esse hoc donũ * fauorabile & ir
reuocabile propter quod victoria tribuitur,vita cõceditur,
& pax & securitas cõseruatur.seruire ergo sibi & dare libe
raliter est primũ signũ diuini timoris & amoris. Eccle.2.
qui timetis dominũ credite illi,& nõ euacuabitur merces
11 vestra.Dico.2.&c.scitis ꝙ inter pręcepta domini,primũ *
præceptum

præceptũ ſecũdæ tabulæ eſt honorare patrẽ quod præceptũ, ſicut pulchræ dicit Apoſtolus ad Hebr.11. Eſt nõ ſolũ de patre carnali, imò potius de patre ſpirituali, quia ſicut ſpiritualia ſunt potiora quibuſcunque carnalibus ſeu tẽporalibus, ita tenetur tantum, vel plus filius ſpiritualis ad honorandũ patrem ſpiritualem ſicut patrẽ carnalẽ. Patres * 12
autem ſpirituales prælati ſunt. vnde.4.Reg.5. Rex Iſrael Elyſeum vocabat patrem, dicens, Nũquam pœniteas pater mi. Et propter hoc. Luc.10. dicebat Saluator Apoſtolis, quorum ſucceſſores ſunt epiſcopi, Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Et.1.ad Theſſ.4. Qui vos ſpernit, non homines ſpernit, ſed Deum. Et ideo ille Iuſtinianus imperator alibi dicit, Sicut nos habemus magnam ſolicitudinem circa dei, vera dogmata, & ſacerdotũ honeſtatẽ, q̃ illis obtinẽtib⁹ crederemus, quia * pmaxima 13
dona nobis, dona dabũtur à deo, & ea quę ſunt firma habebimus, & ea quę nondũ hactenus aduenerũt acquirimus. Et B.Greg. in regiſtro ſcribẽs cuidã imperatori dixit ſic, & habetur ĩ decre.11.q.1.c.ſacerdotib⁹. cuius ſunt verba, Sacerdotibus autem nõ ex terrena poteſtate dominus noſter citius indignetur, ſed excellenti conſideratione, propter eum cuius ſerui ſunt eis, ita dominetur, vt etiam debitam reuerentiam impendat: quia illi aliquando ĩ diuinis eloquiis dii, aliquando angeli nominantur. Exod.22. diis non detrahetis. Et Malach.2. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam. angelus enim domini exercituum eſt. Et ſubdit, quòd mirum ſi noſtra pietas illos dignetur honorare, quibus Deus in ſuo eloquio honorem tribuens, angelos & deos appellat? Vnde & ibidem refert de * Cõſtantino im- 14
peratore, quòd cum ſibi oblatæ accuſationes cõtra epiſcopos fuiſſent, libellos quidem accuſationis recepit, & eoſdẽ qui accuſati fuerant epiſcopos, conuocans in eorum con-

ſpectu libellos,quos acceperat,incendit dicens,Ite & inter vos cauſas diſponite veſtras,quia non dignum eſt, vt nos iudicemus deos,quia ſcriptum eſt,Deus ſtetit in ſinagoga deorum,de medio autem eorum deos diiudicat.Et ſubditur in eodem.c.quòd pagani qui deos ligneos collebãt & lapideos,tamen eorum ſacerdotibus honorem maximum tribuebant.Quid igitur mirũ,ſi Chriſtianus imperator veri Dei ſacerdotes honoret?quaſi dicat non eſt mirum,ſed debitum.Et ratio eſt,quia ſicut dominus Petrus pridie dicebat & bene:In hoc duæ ſunt poteſtates,ſacerdotium,&
15 regnum ſpirituale & temporale,quæ * inter ſe differunt, ſicut ſol & luna,ſicut cœlum & terra,ſicut aurum & plumbum.Et ideo ſi illi qui præeſt poteſtati minori eſt à ſubditis honor impẽdendus,multo fortius illi qui præeſt in poteſtate maiori, eſt à quibuſcunque ſibi ſubditis honor debitus impendendus, ſicut expreſſè dicit cap.ſolite. de ma. & obed.vbi expreſſè reſpondetur auctoritati quã dominus Petrus allegabat pro ſe,videlicet,Subiecti eſtote omni hu
16 manæ creaturæ ꝓpter deũ, & ibi loquitur * de ſubiectiõe quæ eſt ꝓpter virtutis meritũ,nõ propter neceſsitatis debitũ.Si enim loqueretur de ſubiectione,quę eſt ꝓpter neceſsitatis debitũ,ſequeretur quòd quilibet epiſcopus deberet eſſe ſubiectus pauperiori vetulæ, quæ ſit Pariſius, cum textus dicat,Subditi eſtote omni creaturæ humanæ, dicta autem vetula eſt humana creatura.De dignitate epiſcopali dicit Ambroſius in paſtorali ſuo,ſicut honor & ſublimitas epiſcopalis nullis poterit adæquari comparabilibus, ſi regum fulgori compares,quaſi plumbi metallũ ad auri fulgorem compares,quippe cum videas regum colla & principum ſubiunctis genibus ſacerdotum, & Deo oſculata eorum dextra orationibus eorundem ſe credere commu-
17 niri.Et quia * reges Franciæ præ cæteris regibus iſtũ honorem

norem prælatis impenderunt, idcirco præ cæteris regibus prosperati fuerunt, quia Eccle.4. dicitur, Qui honorat patrem suum, iocundabitur in filiis. Et sequitur ibidem, Qui honorat patrem suum, viuet vita longiore. Istud est ergo signũ timoris Dei. Et ideo dicitur Eccle.4. Qui timet Deũ honorat parentes. Dico tertio, quòd aliquis dicitur timere Deũ ex integra rerũ & bonorũ redditione, qui enim non * 18
reddit alteri quod suũ est, sed conatur vsurpare, non timet Deum. Econtra autem qui reddit integraliter rem, dicitur diligere & timere, quia sicut dicitur Ecclesi.18. Qui timet Deum, faciet bona. Et psal. A iudiciis enĩ tuis timui. Fecit iudicium & iustitiam, Sicut enim dicunt iuristæ, & verum est. Aliquid * efficitur alicui⁹ multis modis, aliquãdo ex suc 19
cessione, aliquando ex commutatione, aliquando ex præscriptione, aut alia acquisitione, iure aut consuetudine. & sic de aliis. Et quia dominus Petrus pridie per iurisdictionis distinctionem, scilicet temporalis & spiritualis conabatur probare quòd habens iurisdictionem spiritualem non debebat habere temporalem, alioquin non esset distinctio, sed potius confusio iurisdictionum: idcirco volo probare oppositũ, quòd * istæ iurisdictiones cõpatibiles sunt in ea- 20
dem persona, & maximè in ecclesiastica, & hoc probo tã iure diuino & naturali, q̃ iure canonico & ciuili consuetudinario, & etiã priuilegiato, tamen prius præmitto ꝙ formæ accidẽtales quædã sunt sic distinctę ꝙ nõ sunt cõtrarię, sed dispares, siue disparatę, sicut albedo & dulcedo, & alię formę. Et alię sũt formæ q̃ sunt sic distĩctę, ꝙ sũt cõtrarię, nec sũt cõpatibiles ĩ eodẽ subiecto. vnũ.n. cõtrariũ expellit aliud, quia ĩportat negationẽ alteri⁹. vnde cõtraria sũt q̃ à seiuicẽ maximè distãt, & ĩ eodẽ susceptibili vicissim insunt, nõ simul, sicut dicit Philoso. in prædicamẽtis. Sed illæ formæ quæ sunt sic distinctę quòd non sunt cõtrariæ, sed disparatę sũt cõpatibiles ĩ eodẽ subiecto, sicut quãtitas & qualitas,

quia diſtinguuntur genere generaliſsimo in eodem homine, ſicut fortitudo & temperantia, quę ſunt ſpecies virtutis moralis in eodem reperiũtur, ſicut logica & grammatica,
21 quæ ſunt ſpecies in eodem intellectu. Nõ * eſt ergo bonũ argumentum, iſtæ formæ ſunt diſtinctæ, ergo non ſunt cõpatibiles in eodem ſubiecto, quia ergo iuriſdictiones temporales & ſpirituales, ſic ſunt tantum diſtinctæ quòd non ſunt contrarię, ſed bene cõpatibiles, quod patet, quia vnũ contrarium nõ ordinatur ad aliud, imò corrumpit ipſum. Iuriſdictio autem ſpiritualis ordinatur ad tẽporalem, vel
22 econtra & melius: imo * dependet ab ea, ſicut claritas lunæ à claritate ſolis. Item vna iuriſdictio confortat & adiuuat aliam, per quod patet quòd non habent cõtrarietatem, & per conſequens nõ ſequitur propter earum diſtinctionem, quin ſint compatibiles ĩ eadem perſona, quod etiam patet de facto, quia in eadem perſona Chriſti fuit vtraq; iuriſdictio. nam Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo. patet etiã ex alio:
23 quia ſi * non eſſent compatibiles, ſequeretur quòd nulla perſona eccleſiaſtica poſſet habere iuriſdictionem temporalem, nec caſtrum, nec villam, nec aliquid aliud, quod eſt valde abſurdum. vnde ex hoc ſequitur quòd nulla perſona eccleſiaſtica poſſet eſſe ſubdita regi, cum non poſsit ſibi ſubeſſe ratione ſpiritualitatis, ſed ſolùm ratione temporalitatis, quod eſſet in magnam derogationem honoris regni. Patet igitur quòd iſtæ iuriſdictiones ſunt compatibiles, nonobſtan. earum diſtinctione abinuicem. Et per hoc patet reſponſio ad omnia illa per quæ dominus Petrus ꝓbat diſtinctionem iſtarum iuriſdictionum.

24 His præmiſsis procedo ad probandum quòd talis * iuriſdictio temporalis poteſt eſſe in perſonam eccleſiaſticam habentem iuriſdictionem ſpiritualem.

Primò

Primò de iure diuino,& primo ex teſtamēto veteri. Ad cuius euidentiam eſt ſciendum quòd Deus poſt creationē mundi & hominis,quaſi vſque ad tempus Noe, mundum per ſeipſum regere voluit miniſterio angelorum. vnde & ipſe contra Cain ſententiam protulit. Geneſ.4.cap. Noe autem qui obtulit holocauſtum domino, & ædificauit altare,ſicut patet Gene.8.c.quod pertinebat ad ſolos ſacerdotes,habuit regimen omnium quę erant in arca Noe,etiā in temporalibus Melchiſedech, etiā qui fuit ſacerdos Dei altiſsimi,fuit etiā rex Salem,ſicut patet Gene.14. & vtranque iuriſdictionem habuit, dicit enī magiſter hiſtoriarū, Gene.14.omnes primogenitos à Noe vſq; ad Aaron fuiſſe ſacerdotes,qui in conuiuiis & oblationibus populo benedicebant,qui tantum habebant ius primogeniturę,ex quo competebat eis regimen aliorū.Moyſes etiam de quo dicitur in Pſal.Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius,qui etiam Aaron & filios eius conſecrauit in ſacerdotes totum populum Iſrael, quantum ad temporalia iudicauit, etiam in cauſis hæreditariis & merè realibus,ſicut patet Nume. 27.c.& in multis aliis locis. Textus etiā hoc dicit expreſſè,Deute.18.c.vbi dicitur ſic,Si difficile & ambiguū apud te iudicium eſſe proſpexeris inter ſanguinem & ſanguinē, cauſam & cauſam, leprā & leprā,ſurge & aſcende ad locū quem elegerit dominus Deus tuus,& venies ad ſacerdotes leuitici generis,& ad iudicem qui fuerit illo tēpore,quære ab eis qui indicabunt tibi iudicii veritatē,ſequeréque eorum ſententiam:qui autem ſuperbierit,nolens obedire ſacerdotis īperio,& decreto iudicis,morietur homo ille. Ecce quam manifeſtè dicit quòd ad ſacerdotem pertinebat iudicare,non ſolùm inter lepram & lepram,quantū ad cęrimonialia & irregularitates legis, ſed inter ſanguinem & ſanguinem,quantū ad criminalia, & inter cauſam & cau-

ſam quantum ad ciuilia. Item hoc apparet de multis iudicibus in lib. Iudicū. Samuel etiam, qui fuit propheta & ſacerdos, etiam populū totum in tēporalibus diutiſsimè iudicauit, imò quando populus petiit regem diſplicuit multum domino. vnde dixit Samueli, Non te abiecerunt, ſed
25 me, ne regnem ſuper eos. 1. Reg. 8. c. Imò * extunc durantibus regibus in populo Dei quādiu reges vſi ſunt conſilio ſacerdotū & pontificū bene fuit eis, & regno, quando autē dimiſerunt conſilium ſacerdotum & pontificum regimen eorum factum eſt in diſsipationem: & finaliter ducti ſunt in captiuitatē, in qua captiuitate populus ex toto regebatur per ſacerdotes & prophetas, ſicut per Eſdram & Neemiam. Nouiſsimè verò opere Machabæorū regnum reductum eſt, & regimen ad ſacerdotes, & iidem fuerunt reges, ſeu duces populi habentes regimen, tam in ſpiritualibus q̄ temporalibus, ſicut legitur. 1. & 2. Machab. de Mathatia, & filiis eius, videlicet Iuda Machabæo, Ionata, Simone & Ioanne filio Simonis, qui in omnibꝰ tam ſpiritualibus quàm temporalibus præfuerunt populo Dei. Quinimò Ieremiæ qui fuit de ſacerdotibus, dictum eſt, Conſtitui te ſuper gētes & regna, vt euellas, diſperdas, deſtruas, & diſsipes, ædifices & plantes. Ierem. c. 1. Quinimò etiam tempore iudicis Eliachi, etiam ſacerdos in temporalibus iudicauit. Et lex vetus plena eſt iſtis.

Secundò etiam probo hoc ex nouo teſtamento, Chriſtus enim non ſolùm ſecundum diuinam naturam, ſecun-
26 dum * quam omnia ex nihilo creauit, & per conſequens erat dominus omnium, imò etiam ſecūdum humanam habuit vtranque poteſtatem. Ipſe enim fuit ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, ſicut dicitur in Pſal. vt deducit Apoſtolus ad Hebr. Qui habebat & in veſtimento, & in fœmore ſcriptum, rex regum & dominus dominātium.

Apoc.

Apoca.19.Per vestimētum * autem,& fœmur,intelligitur 27
humanitas,quæ iungebatur diuinitati, sicut vestis vestito.
Ipse etiam de seipso dicebat,Matth.vlti. Data est mihi po
testas omnis in cœlo & in terra.Et ad Heb.1.dicitur,Quē
constituit hæredem vniuersorum. Et in Psalm. & dedu-
cit Apostolus ad Hebr.2. Minuisti eū paulominus ab an-
gelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum
super opera manuum tuarū. Omnia subiecisti sub pedi-
bus eius, oues & boues vniuersas insuper & pecora cāpi.
In eo autem quòd omnia subiecit,nihil excludit non sub-
iectum ei,sicut dicit Apostolus ibidem.Ex quo patet quòd
quantum ad naturam in qua erat minor angelis, hoc est
secundum humanam,omnia erant ei subdita,hoc etiam pa
tet ad Philippen.2. vbi dicit, Humiliauit semetipsum, ꝑ-
pter quod exaltauit illum &c. Et sequitur, vt in nomine
Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & in-
fernorum. Ecce patet quòd secundum naturam, secun-
dum quam humiliatus est, exaltatus est, quia sibi flecti-
tur omne genu. Hoc etiam dicit beatus Petrus Actuum
decimo.c.quòd ipse constitutus est à Deo iudex viuorum
& mortuorum. Et loquitur de natura quam Deus susci-
tauit tertia die, sicut patet ibidem, tota etiam sacra scri-
ptura hoc clamat. Beatus Petrus etiam hanc * potesta- 28
tem habuit, quem Christus suum constituit vicarium, &
instituit. Qui etiam Actuum quinto,Ananiam & Saphi-
ram pro crimine furti & mendacii iudicialiter condem-
nauit. Paulus etiam conuictum fornicatorem iudicauit.
primæ ad Corinthios quinto. Quod autem Christus vo-
luerit tale iudicium esse penes ecclesiam, videtur expressè
dicere textus, Matthæi decimooctauo. Si peccauerit in
te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum so-
lum, si te audierit, lucratus es fratrem tuum, si te non

audierit,adhibe tecum vnũ vel duos testes, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbũ,quos si non audierit,dic ecclesiæ,si autem ecclesiam nõ audierit sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, Quodcunque ligaueritis super terram,erit ligatũ & in cœlis,& quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis. Ecce quam expressè vult quòd in omni re in qua est peccatum vnius aduersus alterum,si ille qui delinquit,monitus charitatiuè,non emendauerit,debet negotium ad iudicium ecclesiæ referri,quòd si ecclesiam non audierit,debet vitari, sicut ethnicus & publicanus. Hoc est sicut ab ecclesia excõmunicatus,ita vt non communionem,nec participationẽ cum eo habeat. Et quòd ista fuerit intentio Christi,videtur multũ probari per hoc quòd quasi assignando rationẽ
29 huius subiungit immediatè. Amen dico vobis &c. Vnde * ly quæcunque vniuersaliter distribuit,sicut ly omnia. vnde sicut Apostolus arguebat ad Hebr.2. & ponebatur supra ĩ eo quòd si subiecit sibi omnia ei nihil dimisit nõ subiectum. Et ita possum arguere,si quæcunque quæ soluerit ecclesia sint soluta,& quæcũque ligauerit sint ligata, nihil est in quo ecclesia non possit soluere & ligare. Vel,vt accipiam logicè,nihil est ligatum per ecclesiam non ligatũ in cœlo,& tenet istud argumentum per quandam logicalem regulam quòd contraria per negationem postpositã æquipollent,omne autem,& nihil quæcunque, & nulla sunt cõtraria,& sic nihil non valet omne,& nulla non valet quæcunque. Secundo probo hoc ex alio textu, Luc.22.quẽ do-
30 minus Petrus allegabat pro se, Volo * eũ percutere de baculo suo. Dicebat enim,& in hoc benè,quòd per duos gladios intelligebantur duæ potestates, videlicet tẽporalis & spiritualis, sed penes quos voluit esse istos duos gladios, certum est quòd penes Petrum, & alios Apostolos. Petro autem

autem ſucceſsit dominus papa. Apoſtolis autem ſuccedunt alii epiſcopi, ſicut diſcipuli, curati, vt apparet in glo. Lucæ 10. Ex quo arguo ſic, per duos gladios intelliguntur prædictæ duæ poteſtates, ſed * Chriſtus voluit eſſe illos 31
duos penes eccleſiam, ergo & vtranque poteſtatem. Sed dices quòd Chriſtus reprehendit Petrum, quia percuſsit gladio temporali, amputando auriculam, dicens ei: Conuerte gladium tuum &c. Sed hoc non valet, Chriſtus enim non dixit Petro, quòd expelleret à ſe talem gladium, ſed reponeret in vaginã penes ſe ſeruandũ tamen in vagina, vt daret intelligi quòd talis poteſtas, & ſi ſit penes eccleſiam, tamen eius exercitium quantum ad cauſam ſanguinis in noua lege vult eſſe in manu iudicis laicalis, ſed fortè ſecundum nutum & imperium ſacerdotum.

Tertiò, probo hoc ex intentione Pauli Apoſtoli primæ ad Corinthios 6. vbi dicit, quòd habens negotium ſeculare, etiam aduerſus alterum debet iudicari apud ſanctos. Vnde fecit tale argumentum, An neſcitis quomodo, ſcilicet de hoc mundo iudicabunt: & ſi in vobis iudicabitur mũdus, indigni eſtis, vt de inimicis iudicetis, quaſi dicat, nõ neſcitis quoniam angelos iudicatis, quantum ergo magis ſecularia? Et ſequitur, ſecularia igitur iudicia ſi habueritis contemptibiles in eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum, nec obſtat quòd ſubdit Apoſtolus ibidem, ad verecundiam veſtram dico, quia illud referri ad hoc quod dicit contemptibiles conſtituite. vnde quaſi ironicè ĩ hoc loquitur Apoſtolus, ac ſi diceret, quòd citius deberet recurrere ad iudicium contemptibilium, quæ ſunt in eccleſia, quàm ad iudicium aliorum qui ſunt extra eccleſiam, ergo multo fortius deberet recurrere ad iudicium ſapientum, qui ſunt in eccleſia multi. vnde ſtatim Apoſtolus, quam dixerat ad verecundiam veſtram di

co,subiungit,si non est inter vos sapiens quisque,qui possit iudicare inter fratrem & fratrem suum,quasi dicat,imò est.Patet ergo ex istis & multis aliis quæ causa breuitatis omitto,quòd vtraque potestas potest cadere in personam ecclesiasticam,& est persona ecclesiastica dictæ iurisdictionis capax. Nec obstat si dicatur quòd Petrus & alii Apostoli, imò etiam Christus parum vsi sunt ista potestate tē-
32 porali, * in eis enī fuit alia ratio quàm nunc sit in nobis, sicut enim probatur.12.q.1.c.futuram. & in multis aliis.c. Apostoli ab initio non recipiebant agros,nec prædia,sed precia eorum,quæ tamen ecclesia valde rationabiliter recipit, etiam cum magno merito dantium & offerentium, sicut patet de Cōstantino & aliis.Et ratio diuersitatis tan
33 gitur in dicto.c.pro eo quòd Apostoli * futuram ecclesiā in gētibus præuidebant, non apud Iudæam remansuram, &c.consimiliter quia Christus & Apostoli ab initio totaliliter erant nostræ saluti & conuersationi,ac eruditioni intenti,parum circa cuiuscunque iurisd. exercitium insistebant.Attendentes illud.1.ad Corint.6. Omnia mihi licēt, sed non expediunt omnia.& illud Eccle.8.Omni negotio tempus est & opportunitas.Sed nunc per Dei gratiam totus populus Gallicanus collata Christianæ fidei submisit, merito igitur ecclesia insistit circa delictorum punitionē,
34 & iustorum iudiciorum redditionem.Erit enim opus iustitiæ pax.Esa.32.c.In * istis enim iudiciis hoc solū attenditur,vt vita hominū corrigatur &c.Patet ergo nostra cōclusio aliqualiter de iure diuino fundata. Sed probo hoc de iure,seu ratione naturali. Primò sic,ille ad iudicandum videtur aptior & conuenientior, qui est Deo proximior, cum propriè Deus sit regula,& director omnium iudiciorum.Prouerbiorum.8.Per me legum conditores iusta decernunt. Sed personæ ecclesiasticæ sunt Deo proximiores,

res, cum ſint electæ in populum peculiarem Deo, de quibus dicitur primæ Petri.2.cap. Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium,gẽs ſancta,populus acquiſitionis &c. ergo conueniens quòd eccleſia poſsit de talibus iudicare. Præterea nullus dubitat quin cognitio de peccato ad perſonas eccleſiaſticas pertineat,cum ergo talia non perpetrentur ſine peccato alterius partis,patet quòd eccleſia cognoſcere poteſt. Item * cuius eſt iudicare de fine,eius eſt iudi- 35
care de ordinatis ad finem,quia ratio eorum quæ ordinantur ad finem,ſumitur ex fine,cum igitur corpus ordinatur ad animam,& temporalia ad ſpiritualia tanquam ad finẽ, eccleſia quæ habet iudicare de ſpiritualib⁹,poteſt etiã merito de temporalibus iudicare. Et hoc ſatis deducitur extra de iudic.cap.nouit. Et confirmatur,quia acceſſorium ſequitur naturam principalis, & hoc ſatis apparet exẽplo, cum igitur iſtæ duæ iuriſdictiones cõparentur duobus luminaribus ſoli, ſcilicet & lunæ, & tota * claritas lunæ ſit 36
à ſole, & in ſole formaliter & virtualiter, & non claritas ſolis à luna, nec in luna patet quòd iuriſdictione ſpiritualis, quæ comparatur ſoli, habet in ſe formaliter, vel virtualiter iuriſdictionem temporalem,quæ comparatur claritati lunæ, & non econtrà, multæ aliæ rationes poſſunt adduci, ſed omitto cauſa breuitatis. Tertiò, probatur de iure ciuili, dicit enim lex, quòd * ſi iudex laicus fuerit ſu- 37
ſpectus, adiungitur ei epiſcopus ciuitatis, ſi aut fuerit negligens, totum iudicium ad epiſcopum refertur, ſicut probatur in corpore authenticorum, vt differ.iud.§.ſi tamen. colla.9. Præterea Theodoſius imperator talem legem condidit, quicũque litem habens, ſiue petitor fuerit, ſiue ab initio litis, vel decurſus temporum curriculis, ſiue cum negotiũ peroratur,ſiue cũ inceperit perimi ſentẽtia,ſi iudiciũ elegerit ſacroſanctæ ſedis antiſtitis illico ſine ali-

qua dubitatione, etiam si alia pars refragatur ad episcoporum iudicium cum sermone litigantium dirigatur. Quam legem postea Carolus magnus, qui erat rex Franciæ, ita confirmauit, volumus atque præcipimus, vt omnes nostræ ditioni subiecti, tam Romani quàm Franci, cæteriq; nobis subiecti vinculo legis videantur districti, vel cõsuetudinario more connexi, hãc sententiã perpetua lege teneãt, id est vt quicunq; litẽ habens &c. vt supra, sicut recitatur 11.q.1.quicũque.&.c.seq. Sed dices ꝙ ista lex est abrogata, vt videtur tangere, glo. ibidẽ. sed hoc non valet, quia licet ista lex nõ fuerit in corpore iuris redacta, tamen propter hoc nõ est abrogata, imò est priuilegiũ honorabile toti &
38 omni ecclesiæ cõcessum, quod ĩperator * tollere nõ potest, nec alias ecclesię libertates. Item hoc priuilegiũ cõfirmatũ est ꝑ ius canonicũ, extra de iudic.c.nouit. secũdũ Inno. & Ho. Et etiã videtur esse confirmatũ per ius ciuile. C. de sacros. eccl. l. priuilegia, licet nõ sit ibi expressę nominatũ, tamen generaliter, vt ibi patet. De iure ergo ciuili, est clarũ quòd talis iurisd. in personã ecclesiasticã cadit. Hoc etiã de iure canonico posset ꝓbari per infinita, videlicet. 22.dis.c. omnes patriarchæ. 2.q.5.si quis presbyter. 11.q.1.relatũ. 25. dist. extra de iudi. nouit. de fo. cõpe. licet & in multis aliis, imò intantũ procedunt iura canonica quòd quicunq; talẽ iurisdictionem habentẽ, de consuetudine nititur impedire sententiã excommunicationis ipso facto incurrit, sicut ꝓbatur in.c. quoniã intelleximus. de immu. eccl. lib. 6. Hoc etiam patet de consuetudine notoria & approbata, & tanto tẽpore obseruata quòd memoria in contrariũ non existit, & temporibus regũ Christianorum & sanctorũ. Talem autem consuetudinẽ violare sacrilegiũ est. 11.q.1.c.1.&.c.seq.
39 Consuetudo * autẽ secundũ iura dat iurisdictionẽ, maximè personæ capaci, imò consuetudo, de cuius contrario memoria

memoria non est habetur loco cõstituti iuris inter oẽs pso nas,& multo magis,videlicet ꝓ ecclesia,extra de præscrip. c.episcopũ.in fin.lib.6. Cum ergo ecclesia Gallicana consueuerit inter laicos cognoscere in actionibus personalib⁹, & etiã in realibus alicuius ecclesiæ, patet quòd cõsuetudo potuit sibi dare illã iurisd.ideo &c.sed dicebat domin⁹ Petrus, quòd in hoc nõ poterat introduci cõsuetudo,quia in hoc non poteramus habere bonã fidem.Item istud ius dicitur impræscriptibile,cũ sit ius fisci. Sed ista nõ valent,ecclesia enĩ Gallicana * magis vendicat sibi ius istud consue- 40
tudine quàm ex præscriptione, quia cõsuetudo videtur ĩtroduci magis ex voluntate & electione populi, recurrẽtis ad iudiciũ ecclesiasticũ,potius quàm ad iudicium seculare,& in fauorem eorum. Item multum cõfirmatur ad hoc ista consuetudo, quia fuit in cõtradictorio iudicio obtẽta, frequenter enim reclamãtibus baronibus,respõsione prælatorũ audita fuit per prædecessores vestros reges Frãciæ consuetudo huiusmodi ecclesiæ firmata,& per ecclesiã pacificè obtenta,sed adhuc potest hoc sibi vendicare ex præscriptione &c. Ad præscriptionem * enĩ non requiruntur 41
nisi tria,titulus,bona fides, & cõtinuitas temporis. Certũ est autem quòd ecclesia iustũ titulum habuit,sicut priuilegium cõcessum à Theodosio imperatore, & confirmatũ à Carolo,& mãdatum inuiolabiliter obseruari. Item habuit titulum ex iure diuino,naturali & humano,sicut superius est expressum & allegatũ,habuit etiam bonã fidem,cui noscuntur tot & tanti clari tituli suffragari, concurrit etiam continuitas temporis, & tanti quòd sufficit ad præscript. etiam contra fiscũ.Non enim fuit continuitas solum centum annorũ,imò etiam sex centum & vltra. Nec etiam est hoc verũ quòd istud ius sit ĩpræscriptibile,maximè ab ecclesia quæ quantum * ad spiritualitatẽ non est subdita re- 42

gi, imò nobilior, ficut fol, luna, aurũ plumbo, & cœlum terra. Certum eft autem quòd æqualis vel maior bene poteft præfcribere ius æqualis vel inferioris, ficut vnus rex ius alterius, quare patet quòd ecclefia hoc præfcribere potuit, etiã fi effet ius fifci, ꝙ tamẽ non eft. Vltimò probatur iftud ex priuilegio conceffo, & per Carolum regem magnũ Franciæ, vt dictum eft prius, & per fanctum Ludouicum, & per Philippum, auunculum veftrum, & per Ludouicum & Philippum confanguineos veftros, reges Franciæ, quæ priuilegia habemus in prõptu. Sed fortè diceret quòd ifta non poffunt ftare, fcilicet quòd ifta iurifdictio competat ecclefiæ de iure, de confuetudine & de priuilegio, quia ifta non
43 ftant fimul. Si * enim competit ex vno, non videtur cõpetere ex alio. Sed ad hoc poteft dupliciter refpõderi. Primò ꝙ priuilegium, vel cõfuetudo, poteft effe dupliciter quoddam noui iuris editiuum, & iftud non congruit cum aliis. Aliud veteris iuris confirmatiuũ, feu declaratiuũ, & iftud bene poteft cõcurrere. Et ifta diftinctio etiam locum poffet habere in confuetudine. Et fecundum hoc poffet refponderi, quòd licet ecclefiæ competat hæc iurifdictio de iure, competit etiam de confuetudine & priuilegio, non noui iuris editiuis, fed antiqui declaratiuis & confirmatiuis, vel poteft aliter refponderi quòd habilitas & capacitas huius iurifdictionis competit de iure, fed actus & executio de confuetudine & priuilegio. Sed fortè ad hoc dicetur, quare hoc fibi vendicat ecclefia Gallicana, cum aliæ ecclefiæ fibi in aliis regionibus hoc minimè vendi-
44 care nofcant? Ad quod poteft faciliter refponderi, fi * enim reges Franciæ, quos Deus fingularibus priuilegiis, gratiis, & honoribus, præ cæteris regibus infigniuit, & profperati funt inter cæteros propter tria, fcilicet propter magnam fidem & deuotionem ad Deum.

Item

Item propter maximum honorem & reuerentiam ad ecclesiam.

Item propter iustitiam prælibatam ad populum sibi
subditum, ecclesiæ plures libertates concesserunt vel con-
cessis vti liberè permiserunt, non est mirum, imò tanta
fuit ad ecclesiam eorum deuotio, quòd ecclesiæ tanto
eis propinquiores, tanto pluribus libertatibus gaudent,
nec ex hoc minus habuerunt, sed plus sicut rei euiden-
tia manifestat, imò hoc redundat in magnam nobilita-
tem regni & regis. Audiui enim aliàs, * quòd quatuor 45
vel quinque sunt quæ singulariter istud nobilitant bene-
dictum regnum.

Primò, fidei inuiolata sinceritas, quia nunquam legitur quòd reges Franciæ, ex quo susceperunt fidem, nullo vnquam tempore à fide aberrauerint.

Secundò, sanguinis nobilitas, quia à Priamo, rege Troianorum, & successiuè à Carolo, & aliis regibus tam inclitis descenderunt.

Tertiò, pacis & concordiæ vnitas, quæ potissimæ viget in regno Franciæ.

Quartò, prælatorum solennitas.

Quintò, baronum & aliorum subditorum ad obedien
dum voluntas. Si ergo prælati * regni non haberent istud 46
ius, sed tolleretur ab eis, iam perderet rex & regnum vnam
de dictis nobilitatibus, siue conditionibus, per quam mul
tum nobilitatur, scilicet prælatorũ solennitatem, tũc enim
nõ essent solẽniores, sed pauperiores, & miseriores omnib⁹
aliis, cũ in hoc consistat magna pars emolumẽtorũ suorũ.
Cõcludo ergo tanquã probatũ de iure diuino, naturalíque
canonico & ciuili, & consuetudine, atque priuilegio, quòd
ius cognoscẽdi de talibus tẽporalibus ecclesiæ cõpetere po
test, & cõpetit ecclesiæ Gallicanæ. Ex quib⁹ reduco thema

domini Petri contra eum sic, suppono tamen primò tanquam clarum, quòd ea quæ sunt oblata ecclesiæ, & iam in dominium & proprietatē ecclesiæ conuersa Dei sunt, imò & intantum quòd dedicata & sanctificata dicuntur, vt satis apparet per totū librum Leuitici. Et satis etiam apparet per hoc quod scribitur. 1. Regum. 22. c. de panibus oblatis Deo, vnde dicitur ibi, Non habeo panes laicos ad manducandum, sed tantum panem sanctum. Vnde de illis panibus non licebat laicis comedere, nisi in tempore necessitatis extremæ. Patet etiam istud clarē Daniel. 5. ca. vbi legitur, pro eo quòd Balthasar rex & optimates, & vxor eius biberunt in vasis aureis & argenteis, quæ Nabugodonosor apportauerat de templo, quod est in Hierusalem, apparuit manus scribentis in pariete, mane thecel phares, quod est dictū, sicut apparet ibidem, quòd Deus numerauerat regnum suum, & compleuerat, quòd appensus erat in statera, & inuentus minus habens, & quòd diuisum erat regnū suum, & datum Medis & Persis, vnde eadem nocte inter-
46 fectus est, & successit Darius Medis in regno. vnde facta * est translatio monarchiæ Assiriorum in Medos. Patet ergo quòd quæ sunt oblata ecclesiæ, Dei sunt, & à Deo dedicata Deo, quòd non licet laicis eis vti, quod & si faciant, habent ducere vindictam diuinam, sicut habuit Balthasar. His ergo suppositis arguo ex themate domini Petri, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, sed ista iurisdictio, quæ est vt supra probaui, multipliciter ī dominium & proprietatem ecclesiæ Gallicanæ conuersa, est iam Dei, ergo reddenda est sibi. vnde cuilibet volenti tollere deberet dicere, & quilibet prælatus bonus respōdere, sicut respondit Ambrosius militibus Gothis, missis ab im-
47 peratore. Respondit enim sic, Si * quod meum est peteret imperator, nō denegarem, quanuis oīa mea pauperū sint, sed

ſed quia quæ Dei ſunt poſtulat, in quibus imperator po-
teſtatem nõ habet, potius volo vt me in carcerem mittat,
& vitam mihi auferat, quòd ſibi concedam. Tamen allu-
dẽdo illi hiſtoriæ q̃ habetur.3.Reg.21.c.de Naboth, ſub-
iunxit: Naboth ſanctum virum poſſeſſorem vineæ ſuæ
ſcimus interpellatum petitione regia, vt vineam ſuam da
ret. Cúmque reſpondiſſet * non ego poſſum patrũ meo- 48
rum tradere hæreditatem, & ſic regem contriſtatum eſſe.
Et ſubdit: Si ille non tradidit vineam ſuam, nõ trademus
tibi eccleſiã Chriſti? Abſit à me vt tradem Chriſti hæredi
tatem, non tradidit Naboth vineam, nec ego tradem eam
quę Chriſti eſt eccleſiam. Et ſubdit optimum verbum, tẽ-
plo Dei nihil poſſum deſerpere nec tradere, cum iſtud cu-
ſtodiendum non tradem dum acceperim. Deinde conſu-
lere me oportet imperatorem ſalutis, nec mihi expediret
tradere, nec illi accipere, ſicut iſtud le.23.q.vlti.c. conue-
nior. Non eſt ergo Dei ſolum iuriſdictio ſpiritualis, ſicut
ſupponebat dominus Petrus, ſed etiam quæcunque iuriſ-
dictio quæ eccleſiæ competit, ſiue de iure, ſiue de conſue-
tudine, ſiue de priuilegio intantum nobis non expedit eã
tradere, nec regi pro certo recipere, ſed dicebat dominus
Petrus, quòd Chriſtus ad dandum exemplum ſoluerat tri-
butum, hoc enim eſt falſum, vnde ſicut apparet Gene.47.
Terra * ſacerdotum fuit libera & immunis ab omni tri- 49
buto & ſeruitute præſtãda, & ſi dominus Petrus bene in-
ſpexiſſet tex. Matthęi.17. Chriſtus non ſoluit tributum ad
præſtandum exemplum, imò prius probauit quòd nõ te-
nebatur ſoluere. Concludendo ergo liberi ſunt filii, &c.
ſed ſoluit propter ſcandalũ vitãdum, vnde dicitur in tex-
tu, vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare &c. ſed
fortè dicetur quod nos &c. exemplo Chriſti ad euitandũ
ſcandalum debemus ſoluere, ſed hoc non valet, quia * 50

duplex eſt ſcãdalum puſillorũ,ſcilicet & phariſæorũ, propter ſcandalũ puſillorũ,quod eſt ex ignorantia,nõ ex malitia, ſunt aliqua euitanda ad tempus donec fuerint inſtructi, ſicut dicit apoſtolus ad Ro.14.c.ſed propter ſcãdalum phariſæorũ, qui peccãt ex certa malitia,non eſt aliquid omittendum,ſicut ipſe Chriſtus ait Matth.16. Dicentibus apoſtolis ſibi,ſcis quòd phariſæi, audito hoc verbo ſcandalizati ſunt.& quid reſpõdit?Ecce ſinite illos,cæci ſunt, & duces cæcorum,quia tempore Chriſti fuiſſet ſcandalum puſillorum,& nunc eſſet ſcandalum phariſæorũ,ideo tunc fuit ſoluendum propter ſcandalum vitandum, ſed modo non. Patet ergo quòd tertium ſignum timoris Dei, eſt ex integra bonorum redditione,vnde de habẽte talem timorem per quem reddit Deo quicquid ſuum eſt. Dicitur autem Eccleſiaſtici 10.cap.Semine hominum honorabitur, quod præterit mandata domini, &c.Et ſic patet primum, ſcilicet quomodo debetur Deo timor filialis, & obedientia,propter celſitudinem & imperium ſuæ maieſtatis,quia
51 Deum timete. Dico ſecundò,quòd * debetur regi honor ſpecialis,& reuerentia,propter magnitudinem & faſtigiũ ſuę dignitatis,quia ſequitur in themate,regem honorate. & Eccle.10.In medio fratrũ rector illorum in honore. Et
52 videtur mihi ad præſens, quòd eſt duplex * honor, vnus verbalis, qui eſt adulatiuus & periculoſus, de quo dicitur Matth.7.Populus iſte labiis me honorat, cor autem eorũ longe eſt à me.Alius eſt honor realis,qui eſt debitus & virtuoſus,& de iſto,non de primo dicitur, regem honorate. Et videtur mihi quòd ille de facto,& realiter, & virtuoſè honorificat regem,qui vult eum ſeruare illa per quæ eius dominium diligitur,& eius poteſtas & excellentia non diminuitur,& eius fama cuſtoditur ne perdatur,& eius conſcientia nõ læditur.in Gallico,Par quoy ſa ſeigneurie eſt

aymée,

aymée,ſa puiſſance n'eſt appetiſſée, ſa renommée eſt gardée,ſa conſcience n'eſt pas bleceé.& ecõtrà, ille non honorificat regem qui ſuadet ſibi oppoſita iſtis 4. Dico ergo primò, quòd * ille honorificat regem facto,qui ſuadet ſibi illud propter quod eius dominium diligitur, Princeps enim debet ſtudere potius diligi,quàm timeri. Theſaurus enim nobilior quem poſsit habere princeps, eſt habere corda ſubditorum, ſicut dicit Seneca de clementia 53
ad Neronem, * Inexpugnabile munimentum amor ciuium, quid enim optabilius,& pulchrius eſt quàm viuere optantibus cunctis? Modo videtur mihi quòd nulla res facit tantum diligi principem,quantũ ſeruare, & augere libertates eis cõſuetas,& nõ inducere nouitates,ideo cuilibet regẽti dicitur Prouer.22. quomodo Do.Petrus pro ſe allegabat,ſed ego reduco contra eum,Non tranſgrediaris terminos antquos quos poſuerũt patres tui, Nouitas * e- 54
nim parit diſcordiã, & ideo in rebus nouis cõſtituendis euidẽs debet eſſe vtilitas, vel vrgens neceſsitas. Et ideo ſi princeps vult libertates, per ſuos prædeceſſores cõceſſas, tollere eius dominiũ,non diligitur,ſicut patet de Roboã 3.Reg.11.c. Et apparet in cronicis, ex hoc multa dòmina, & regna tranſlata de gente in gentem,& de regno ad populum alterum, modo certum eſt, quòd prædeceſſores veſtri Carolus magnus , ſanctus Ludouicus, Philippus pulcher, Ludouicus, & Philippus filii eius, & plures alii, iſtam eccleſiæ libertatem confirmauerunt, & nos ibi, de modo aliquo ergo conſulere, vel requirere quòd vos tollatis aliquid eccleſiæ, eſt conſulere quòd vos tollatis, ſeu ꝙ tollatur à vobis illud propter quod dominiũ veſtrum diligitur. Et ideo nobis videtur conſulere illud Matth.2.c. Memẽtote operum patrũ,qui fecerũt in generibus ſuis,& accipietis gloriam magnã,& nomen in æternum.Non hic 55

56 quomodo * rex Philippus, auus ſancti Ludouici, fouebat & nutriebat in regno ſuo ſanctum Thomam, Cantuarié. archiepiſcopum, qui pro libertatibus eccleſiæ defendendis fuerat de regno Angliæ bãnitus, quãto ergo magis decet vos defendere prælatos veſtros in libertatibus ſuis per prædeceſſores veſtros confirmatas. quia ſicut dicit Gregorius, & habetur 25.q.2.c.ſi ea. Si ea deſtruerẽ quæ prædeceſſores & anteceſſores mei ſtatuerunt, non eſſem conſtructor, ſed euerſor eſſe iuſtè comprobarer, teſtante veritatis voce, quæ ait, Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur: & omnis ſcientia, & lex aduerſum ſe diuiſa deſtruetur. & alibi dicit, idem nimis eſt aſperum & præcipuè bonis moribus inimicum, vt quempiam quacunque rationis excuſatione, quæ bene ſunt ordinata, reſcindere, & exemplo donare cæteros ſua quandoque poſſe cõſtituta diſſol-
57 uere. Nota hic de caſtro * dato ſancto Remigio, pro eccleſia Laudun. per Clodouæũ regẽ, quod poſtea Pepinus rex voluit rehabere, facta recõpenſatione eccleſiæ, cui dormienti apparuit beatus Remigius, & eum ſuper hoc grauiter increpauit, dicens, Melior te mihi dedit, & tu vis auferre: & ideo eum percuſsit qui in craſtinum inuentus eſt totus denigratus. Et extunc reges Franciæ, non fuerunt
58 auſi in illo caſtro iacere. Non honorificat * ergo regem facto qui conſulit ſibi, quòd tranſgrediatur terminos antiquos quos poſuerunt patres ſui, imò rex deberet eis dicere illud Ioan. 8. Ego honorifico patrem meum, ſeruando, ſcilicet eccleſiæ libertates, ſicut ipſi fecerunt & cõceſſerunt, vos autem inhonoraſtis me optatum ſibi conſu-
59 lendo, quia ſcribitur Eccleſ. 3. Gloria * hominis ex honore patris ſui, & dedecus filii patris ſine honore. Dico ſecundo quòd facto regem honorificat, qui ſuadet ſibi illud per quod ſua poteſtas, & excellentia, non diminuitur,

tur,multum enim decet honorem suum augere potentia, & multum indecet eam diminuere. Vnde imperatores cō sueuerunt se vocare Augustos,quasi rem publicam augentes. Dicere autem quòd vos, aut prædecessores vestri non potuistis hæc concedere ecclesiæ,videtur esse valde in diminutionem vestræ potentiæ , & vestræ excellentiæ, vos autem præcarissime domine,qui ita pingue ius habetis in regno Franciæ,quod non solùm electione,sed iure hæreditario possidetis,& ad posteritatem transmittitis, quòd non possitis istud concedere, videtur quamplurimum vestræ potētiæ derogare:imò intantum,quòd si esset verum. quod absit, sequeretur prædecessores vestros , in peccato continuè fuisse,imò quod impium est dicere beatum Ludouicum,per quē tota Frācia illustratur,nō potuisse iustè canonizatū. Si enim sicut proponens dicebat iurauit non alienare,& alienata reuocare,&istud esse inseparabile à corona.sequitur quòd deierasset, & per consequens mortaliter peccasset,& ita canonizari nō potuisset,quod est nepharium dicere. Et si dicatur quòd potuit pœnitere citò, potest responderi,quòd * peccatum legitur,sed pœnitentia non inuenitur, sicut de Salomone, quinimò si esset verum quod dicit,sequeretur quòd nihil possetis dare,neque comitatum,neque castrum,neque villam, & tamen pauci sunt, qui non libenter reciperent, nonobstante iuramento fidelitatis in quo vobis tenentur. Conseruet ergo & cōfirmet nobis vestra magnificētia regalis,quòd per tam inclitos progenitores vestros concessum est aliquam honor vestræ excellentiæ minor seruaretur, vt dicatis illud ad Ro.11.ministrum meū honorificabo. Dico tertio,quòd ille * honorificat regē facto, qui ei suadet illud per quod sua fama custoditur,nec perditur. Inter cætera enī de quibus debet quilibet curare,est fama post conscientiā,quia

60 61

Prouerb.22.ſcribitur:Melius eſt nomen bonum,q̃ diuitiæ
multæ.Super argẽtum enim & aurũ gloria bona. Et bea-
62 tus Aug.dicit,Duo * ſunt tibi neceſſaria,conſcientia & fa
ma,conſcientia propter Deum,& fama propter proximũ.
Et ideo Eccle.41.ſcribitur : Curam habe de bono nomi-
ne, hoc enim magis permanebit tibi quàm mille theſauri
magni & pretioſi. Iſtud autem nomen dominus, qui vos
vnxit oleo letitiæ præ cũctis principibus veſtris, vobis de-
dit ĩ tam modico tempore,quod quaſi miraculoſum vide-
tur.Et ideo ſummopere habetis curare quod iſtud non p-
63 maneat,quia * non minor eſt virtus quærere quàm parta
tueri, vt nõ ſolùm in vitam, ſed etiam poſt mortem iſtud
nomen permaneat glorioſum, ne aliquid fiat per vos per
quod in tanto nomine macula inueniatur,ac de vobis di-
catur illud Prouerb.10. Memoria iuſti cũ laudibus.Attẽ-
dat ergo regia celſitudo, ſi temporibus veſtris libertas ec-
cleſiaſtica tollatur.quod abſit,vel in aliquo diminuatur.Si
in veſtro glorioſo nominė aliqua macula ſe ingereret. Cũ
multi eſſent qui hoc in cronicis redigerẽt.vnde Chriſtia-
niſsime domine,ſi per huiuſmodi,qui non ſperabant aliã
vitam,tamen propter famam,quæ remanebat apud homi-
mines adeò virtuoſè viuebant. Quid nos Chriſtiani qui
ſperamus vitam æternam & memoriam perpetuam,facere
debemus? Aduertat etiam dominatio veſtra, ſi poſſet eſſe
64 denigratio nominis, cũ reges * Franciæ ſemper fuerunt
Chriſtianiſsimi,deo & eccleſiæ,& ſemper dederunt exem
plum aliis principibus dotandi & augẽdi eccleſias & li-
bertates earum,ſi nũc(quod abſit) quando eccleſia eſt in
magna perſecutione in aliquibus locis,vos daretis exem-
plum reuocandi dona facta per prædeceſſores eorum ec-
cleſiæ. Eadem enim ratione poſsit aliquis imperator,
ſi quis eſſet , reuocare omnia quæ data fuerunt eccleſiæ
per

per Constantinum imperatorem. Et etiam alii reges data ecclesiæ per eos in regnis suis. Absit autem quòd vos detis tale exemplum: quoniam pro certo plus vellem mortuus esse, quàm vobis cõsuluissem, quòd super re tam perniciosa præbuissetis exemplum, specialiter cum prædecessores vestri reges Franciæ, qui volentes tollere libertates, se pro ecclesia opposuerunt defensores.* hoc tantũ est 65
regum officium, dicit Hierony. super Hieremiam, & habetur 23. quæst.5.cap. Regum. & quod dicit habetur ibidem in cap. princeps, cognoscant principes seculi Deo se debere esse reddituros rationẽ propter ecclesiam Christi, quam tuendàm suscipiunt. Et non hic aliqua exempla in cronicis quomodo hoc seruauerunt reges Franciæ. exemplo ergo eorum, & vos seruetis, & augeatis. Tunc autem de vobis dici poterit illud Eccles.37. Sapiens in populo hæreditabit honorem. & Eccles.3. Sicut qui thesaurizat: ita qui honorificat matrem suam. Dico quartò, quòd ille * honorificat regem facto, qui suadet sibi illud 66
propter quod conscientia sua non læditur. Super omnia enim Christianus debet quilibet aduertere, ne faciat illud per quod conscientia sua lædatur, quoniam anima plus est, quàm esca. Matthæi.6. Et certè credo firmiter, quòd pro toto mundo noletis aliquid facere scienter de quo conscientia vestra esset læsa, & merito quanto enim Deus vos quasi miraculosè, ad regnum vocauit, & vobis plures gratias fecit, tanto plus debetis, & habetis cauere ne eum offendatis, quia dubitandum esset quin contra vos acrius indignaretur, sicut fecit contra Saul.1.Regum.15. Modo præcharissimè attẽdatis, si vos in coronatione vestra iurastis ista, & non plura, scilicet quòd * 67
episcopis, & ecclesiis eis commissis canonicum priuilegium & debitam legem & iustitiam seruaretis, & defen-

sionem,& quantum possetis exhiberetis.

Item,quòd vestro arbitrio omnis populus Christianus veram pacem dei & ecclesiæ suæ omni tempore seruaueritis.

Item quòd omnes rapacitates,& omnes iniquitates omnibus gentibus interdicetis.

Item quòd in omnibus iudiciis æquitatem & misericordiam præcipietis.

Item quòd de tota terra & iurisdictione vestra hæreticos ab ecclesia denotatos ꝓ virib⁹ bona fide exterminari studebitis. Ista iurastis,& non plura,salua reuerentia domini Petri,qui vos vnum aliud iurasse dicebat. Cùm ergo sit priuilegium ecclesiæ canonicũ,& in corde canonis incorporatum.6.q.1.quicunque litem habens,& sit etiam de consuetudine introductum,quæ consuetudo est canonica,quòd ecclesia possit cognoscere in multis casibus contra quos sunt articuli positi inter laicos, si istud non seruaretur ecclesiæ, sic posset in aliquo vestra conscientia lædi.

Item si debetis pro posse facere,quòd omnis populus Christianus veram pacem ecclesiæ dei omni tempore seruet:multo fortius habetis hoc procurare de baronib⁹ qui semper fuerunt vnũ & idem cũ ecclesia,semper enim vbi fuit ecclesia in honore,ibi viguit baronum & militũ strenuitas,& quorum officium est ecclesiam defensare,sicut ✱
69 officium ecclesię est pro eis orare,& inde sacrificium pro eis deo offerre. Et ad hoc multum conatus est beatus Ludouicus suo tempore,quia cum maiores barones totius regni se confederassent ad tollendam istam ecclesiæ libertatem,& ordinassent adhuc dare cẽtesimam bonorũ suorum,ipse nunquam eis adhęsit,sed potius eos ab istis compescuit. Et finaliter hanc libertatem ecclesiæ cõfirmauit.

Non

Non hic, quomodo Innocẽtius papa, illo tũc contra illos barones processit, &c. Et bene audeo dicere, quòd si inter prælatos & barones esset dissentio, dubitarem quin citò populus vellet dominium vsurpare, sicut patuit de facto in multis locis. Et de facto quilibet nostrum potuit videre, quia cum aliqui incitassent populum cõtra curiam ecclesiasticam in aliqua parte Campaniæ & Burgundiæ, intantum quòd inimicus populus quasi in qualibet villa fecerat regem qui portantes citationes verberari faciebant, & sic statim idem populus contra dominos temporales insurrexit, & idem eis faciebat quousque per potestatem regis multi fuerunt suspensi. & scandalum illud fuit sedatum, hoc fuit tempore Ludouici, regis vltimi. Et verè nobiles nõ deberẽt conqueri de his quæ habet ecclesia, quoniam enim pauci sunt qui non habeant fratres, aut propinquos, qui viuunt de bonis ecclesiæ, qui diuiderent eis hæreditatem, paulatim redigerent ad nihilum. Aduertant etiam barones, quòd pauci sunt, qui non sunt fideles ecclesiæ. Ecclesia autem vna est, Canticorũ 6. Vna est columba mea, sic nec absque periculo transgressionis possent suadere quòd tales ecclesiæ libertates tollerentur: vt ergo vestra conscientia immaculata remaneat, placeat vestræ celsitudini priuilegium, istud iustum, & canonicum confirmare, & attentata, si quæ sint per proclamationes, vel alias reuocare, & matrem vestram ecclesiam Gallicanã, in suis franchisiis, libertatibus, & consuetudinibus cõseruare, & per vos in omnibus honorificetur Deus, cui est honor & gloria in secula seculorum amen. 1. Petr. 4. Et ipse vos honorificet, qui dicit, 1. Regum. 2. c. Quicunque honorificabit me, glorificabo eum in gloria, in qua est verus honor, * qui nulli conceditur indigno: imò ad quem 70
nullus admittitur, nisi dignus, sicut dicit beatus August.

quæ honorem nobis, & vobis cōcedat, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum amen.

Et quia multi articuli proponebantur, quorum aliqui totam iuriſdictionem eneruauerunt eccleſiaſticam. Idcirco eos volumus defendere, & tueri, quum præſcri-
71 ptum ſit Eccleſiaſt. 4. * vſque ad mortem certa pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos, aliqui alii ſunt qui continent ſolum abuſum quem non credimus per gentes noſtras fieri, & ſi fierent nollemus aliqualiter tollerare eoſdem, & ideo propter honorem Dei principaliter, & propter exonerationem conſcientiarum noſtrarum, & propter regis reuerentiam, & populi profectum & pacem, omnes hic ſimul congregati diſpoſuimus tale remedium apponere quòd abuſus prædicti (ſi qui ſint) ceſſabunt, ad pacem populi, & laudem Dei, cui eſt honor, & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Summarium.

1 *Orator propter regis magnificentiam, conſilii ſui prudentiam, & ſui loquentis inſufficientiam formidat loqui.*
2 *Reges & principes iurant ſeruare canonicum priuilegium eccleſiæ, & fidelitatem.*
3 *Eccleſiæ donare, immenſitas eſt menſura.*
4 *Quomodo dicuntur diſtincta ſacerdotium & imperium.*
5 *Rex non abdicat à ſe aliquid, cum Deo, & eccleſiæ, illud dat.*
6 *Eccleſia gallicana nunquam regi defecit cum opus fuit, etiam in auxilio temporali.*

Secunda

¶Secunda responsio ad dictos articulos, per dominum Bertrandi episcopum Eduen. facta, prout etiam testa tur ipse in tractatu sequenti quæstione tertia, nu.26.

ALtera autem die veneris immediatè subsequente, videlicet die 29. Decembris in palatio regali Parisius, adinuicem conuenerũt prælati, & rege ibidem more solito sedente, assistentibus sibi consiliariis suis, & baronibus. Reuerendus pater Dominus Petrus Bertrandi, diuina prouidentia Eduen. episcopus, locutus est in publico coram rege facto pro themate suo, Ne indigneris domine si loquar. Genes.18.cap. quod pro themate applicuit ad hoc quòd * propter regis magnificẽtiam, 1
consilii sui prudentiam, & loquentis insufficientiam, cum magnum negotium esset loqui formidabat. Sed de regia benignitate confisus audaciam assumebat. Et quia fuerat sibi à dominis prælatis iniunctum. Deinde fecit thema suum tale, Domine refugium factus es nobis in Psalm. Et prosecutus est thema, regis magnificentiam commenden do, vocationẽ suam ad regnum Frãciæ quasi mirabile declarando, tertio quomodo debet esse pugil, ecclesiæ osten dendo. Et ista probauit satis breuiter per authoritates, & rationes multas. Postmodũ respondit ad ea quæ proposita fuerunt per dictum Dominum Petrum de Cugneriis in modum infra scriptum, ad informandum conscientiam domini regis, & ad præstãdum consilium super prædictis duntaxat, & non ad finem ordinãdi iudicii, seu responsionis faciendæ, per quam sententia, ordinatio, vel

ſtatutum, aut quiuis alius proceſſus ſequi poſſent, vel ius aliud perſonę cuicũque acquiri, primo ad illud quod propoſitũ eſt, reddite quę ſunt Cęſaris Cęſari, & quæ ſunt Dei Deo, Matt.22.& Marc.2.per quæ verba proponebatur ad regẽ obediẽtia, & ſubiectio, & ſpiritualiũ, & tẽporaliũ diuiſio. Et primũ membrũ probatur per illud quod dicitur 1. Pe.2.c. Subiecti eſtote omni creaturæ. rurſus ꝑ verba quæ ſunt in.c.ſolite.extra de ma.& obe. & per.c.nouit.extra de iud.&.c.de ſacerdotibus.10.q.1. cum ibi notatis. Ad illud quod dicitur de diuiſione, probatur quòd tẽporalia debebant pertinere ad tẽporales, & ſpiritualia ad ſpirituales, tũ quia Deus inſtituit duos gladios, vnde dicit, Ecce duo gladii. Lucæ.22.c. Item Chriſtus cenſum ſoluit, vt denotaret quòd tẽporalibus redenda ſunt tẽporalia. Matt.17.& 12.c. 11.q.1.ſi tributũ.&.c.magnũ. Præterea lege imperatoris cauetur iſta diuiſio, cũ dicitur magna enĩ à Deo collata ſunt dona ſacerdotiũ & imperiũ, ſacerdotiũ, vt diuinis ĩperiũ, vt humanis præeſſet in corpore authẽticorũ, quomodo opor.epi.in prin.coll.1.& dicebatur quòd iſti erant termini qui nõ debebãt aliqualiter ĩmutari. Prou.23.c.&.ff.de termi.mo.l.1.& vlt. Dicebatur etiã quòd talia iura regia rex nõ poterat à ſe abdicare cũ eſſent iuris ſui regalis, & iuraſſet in coronatione ſua iura regni non alienare, & alienata reuocare, & ꝙ talia erãt impræſcriptibilia.10.diſt.c.quæſtiones, & aliis pluribus.c.eiuſdem di.cũ ibi no. Ad prædicta reſpondetur ſic, quòd iuriſdictio cauſarũ ciuiliũ de quibus agitur pertinet ad eccleſiam de iure diuino & humano. Et de iure diuino ꝓbatur à tẽpore Adæ vſque ad Chriſtum, per ea quæ notantur per Innocen.c.licet.extra de fo.cõpet. à tempore Chriſti citra commiſſa fuit Petro & ſucceſſoribus.22.diſ.c.omnes patriarchæ, Matth.16. Et qualiter eccleſia in terris catholicorum principum iſtud

ius

ius obtinuerit,&obtinet,probatur 2.q.5.Si quis presby.11.q.1.relatum.25.di.ecce.Et istud ius confirmauerunt imperatores in corpore authenticorum,col.9.23.quæst.vlt.ca. his & à quibus, dicit etiam canon quòd beatus Petrus præcipiebat omnes principes terræ,& cæteros homines episcopis obedire ī.c.omnes.extra de ma.& obe.16.dis.duo sunt. Quare cōcluditur quòd non est facienda diuisio,vt hæc ecclesiis offerantur:& sit in tirannorum regum tenis status,istę ecclesiæ fuerit læsus,vel etiā violatus,ī regno tamen Franciæ benedicto,vsque ad hæc tēpora extitit obseruatus.extra de iudicis.c.nouit,in parte decisa,&c.Præterea leges Theodosii imperatoris, & Caroli magni hāc iurisdictionem confirmarunt, extra de iudiciis.c. nónne. all.11.q.1.quicunque. &.c.si iurisdictio.c.expressè.cauetur quòd idem Carolus rex Franciæ, & imperator in Francia specialiter hoc ius constituit.

Item de consuetudine à tanto tempore obtenta,quòd in contrarium memoria hominum non existit,horum iurisdictio pertinet ad ecclesiam Gall.omnium regum tempore Christianorum,& sanctorum. Quis ergo videbit hanc consuetudinem violare? sacrilegium est.11.q.1.c.1.& 2.

Item non miretur regalis dignitas si in regno Franciæ nobiliori mundi hæc prærogatiua ecclesiis debeatur, in hoc enim sua potentia, & nobilitas decoratur in corpore authenticorum: vt iudi.sine quoquo suffra. in prin.col.2. Præterea dominus rex in coronatione sua iurauit ad sancta Dei euangelia priuilegium canonicum seruare ecclesiæ,omnes etiam barones,vel quasi sunt fideles ecclesiæ,& iurauerunt fidelitatem, sub qua fidelitate tenentur per iuramētum iura ista seruare ecclesiæ.Cum igitur omne * iuramētum, quod non tendit in interitum salutis æternæ, sit 2
seruandum,istud quod est in fauorem ecclesiarū præstitū

multo forti⁹est seruãdũ.ext.de iureiu.c.si vero.22.q.4.c.vl.

Item beatus Ludouicus,Philippus Arragon. Philippus pulcher,Ludouicus,Carolus magnus,& Philippus, priuilegia,consuetudines,&libertates ecclesiæ confirmauerũt, & Dominus Philippus pulcher seruare quare,&c.Et omnes isti in suis coronationibus iurauerunt,vt supra. Quis ergo poterit isti domino regi absque dãnatiõe propria cõtrariũ suadere? maximè in istis concessis declaratis,& con
3 firmatis ecclesię * cui donare immẽsitas est mẽsura.in authẽ.de nõ alie.aut pmu.re.ecc.§.si nimis,col.2.nec obstat quod dicitur quòd duo sunt gladii,&c. Et quòd distinctũ est sacerdotiũ ab imperio,quia verũ est quòd sunt duo gladii,istud dictũ ecclesiæ. Et verum est quod ius & potestas istorũ duorũ gladiorũ est penes ecclesiã,licet executio gladii manualis sit penes tẽporales vel seculares:& hoc quod dicitur Matth.26.cùm dixit dominus,Cõuerte gladiũ tuũ
4 in locũ suum.Et * quod dicitur distinctũ est sacerdotiũ & imperiũ,verũ est ex parte finis,& quantũ ad executionem sanguinis,& nõ ex parte principii,seu subiecti:quia in eodem subiecto sunt & esse possunt,imò debẽt esse vt superi⁹ est probatũ. Ad illud quod dicitur, quòd Christus soluit tributũ.Respõdetur quòd nõ,ideo quòd deberet soluere: quia certũ est quòd filii regis nõ debebãt,qualis ipse erat, sed propter scandalũ hoc fecit,imò etiã nec clerici ad hoc tenerẽtur.Esdr.1.& vlt.c.Vnde talia nõ sunt ad consequẽtiã trahenda:nec obstat de immutatione terminorũ,quia dictum est quòd hæc allegatio sit pro ecclesia, cũ ista ad ecclesiã pertineãt,sicut dictũ est.Nec obstat quòd dominus rex nõ potest ista iura abdicare à se maximè cum hoc iurauerit in coronatione sua,&c.Respõdetur quòd imò potest
5 totum abdicare,quia * nõ abdicata se cũ Deo, & ecclesiæ dat,quia dictũ est domini est terra. Tale enim dare nihil aliud

aliud est nisi reddere Deo,& ecclesiæ quod suum est,quia sic sequeretur quòd donatio imperii ecclesiæ à Cõstãtino nõ teneret quod falsum est. Et hoc probatur 16.di.c.Constãtin⁹.Prętereà imperator,vel rex,potest alienare res imperii.ff.de leg.2.l.apud Iulianũ.§.vl.nec p hoc lęditur imperiũ,vel regnũ,eo quòd res redit ad statũ suũ pristinũ.ff. de pactis.l.vnus.§.pactus.35.dis.ab exordio. Præterea ista ratio proposita dãnaret omnes reges Franciæ qui fuerunt, & specialiter beatum Ludouicũ, quia si vera essent (quod absit) omnes essent mortui in peccato mortali, & periuri, quod nephas est dicere. Nec obstat quòd dicitur ipræscriptibilia sunt talia.verũ est ab alio quam ab ecclesia,vel aliter quàm à subditis nõ possent præscribi,sed nõ à nõ subditis,sic ꝑterea ex quo potest alienari potest præscribi,maximè de cõsensu regũ qui hoc cõfirmauerũt,& à tanto tẽpore quòd omne ius excludit,& fiscale,& ecclesiæ.Cõcluditur ergo quòd oẽs prȩlati prædictã asserũt esse vera,& tenẽda,& supplicãt domino regi pro salute animæ suæ, & pace ecclesię seruãda,ꝙ nihil immutet,sed prout ꝑdecessores sui tenuerũt ecclesiã,ipse teneat,& libertates ecclesiæ seruet.Et cõsideret quãta bona spiritualia habet quotidie ab ecclesia,& quòd * nũquã sibi defecit ecclesia gallicana,cũ 6 opus fuit,etiã in auxilio tẽporali:& ostẽdãtur exẽpla,& picula quæ faciẽti cõtrariũ esse possunt. Et cõsideret qualiter dominus noster papa, qui nũc est, diligit,& dilexit regnũ Frãciæ,& personã domini regis,dicẽdo quòd nũquã fuit in sede beati Petri qui regnũ plus dilexerit eo. Et cõsideret quod legitur Ecc.6.c.vbi dicitur,In multitudine presbyterorũ sta,& eis ex corde crede. Deinde prȩfatus dominus Eduẽ.episcop⁹ ad finẽ prædictũ,videlicet ad informãdũ conscientiã domini regis,& ad præstandũ cõsiliũ super petitis dũtaxat,& nõ ad finẽ ordinãdi iudicii,seu respõsio-

nis faciendæ,per quam ſententia ordinatio,vel ſtatutum, aut quiuis alius proceſſus ſequi potuiſſet,vel ius aliquod perſonæ cuiquã acquiri. Ad ſingulos articulos,ſic reſpõdit,& diuiſit articulos traditos in tres partes,quia quidem articuli tangebant iura eccleſiæ perpetua,& quæ pertinebant ad eccleſiam de iure & conſuetudine,& de eis eccleſia iuſtè vtebatur, quos erãt parati defendere, ſicut beatus Thomas Cantuarien.archiepiſcopus(cuius feſtũ erat illa die)iura eccleſiæ defenderat. Secũda pars articulorũ continebat abuſus,& errores, ſi veri eſſent, & illos nullomodo volebant defendere,imò prouidere ne talia fierent, & corrigere ſi quæ talia facta erant. Tertia pars continebat aliqua quæ poterant eſſe iuſta & aliqua iniuſta, quantum ad iuſta reſpondit,vt de contentis in prima parte,quãtum ad iniuſta,vt de contentis in ſecunda. Omnes articuli contẽti,in prima parte ſignati in margine per A.articuli cõtẽti in ſecũda parte per B.articuli cõtẽti in tertia per C.Deinde reſpondit ſingulariter ad ſingulos,prout ſequitur.

¶Summarium.

1 *Interdicta ſunt perſonalia de iure, licet in rem uideantur concepta.*

2 *De iure & conſuetudine notoriis,cognitio actionum perſonalium ad eccleſiam pertinet.*

3 *Tam de iure communi quàm de conſuetudine, clericus poteſt quoſcunque iniuriam ſibi inferentes in hæreditate ſua corã iudice eccleſiaſtico conuenire.*

4 *Petitiones contractuum initorum coram iudice ſeculari, ſunt perſonales.*

5 *Promotor malitioſè agens,in expenſis debet condemnari.*

6 *Si eccleſia ſuo brachio fecit quod potuit,ad brachium ſeculare recurrit.*

7 Prælatus in qualibet parte suæ diœcesis, potest habere officiales, ad exercendum suam iurisdictionem.

8 Nullus laicus potest conqueri contra clericum, quādo de eius bonis mobilibus agitur.

9 Si laicus committit in personam clerici, ecclesia de commisso tāquam contra sacrilegium cognoscit.

10 Ecclesiastici iudices debēt pacem apponere, & peccata uitare.

11 Quilibet prælatus in sua diœcesi est executor testamentorū legitimus.

12 Gardia uiduarum & pupillorum, quantum ad uiolentias & saisinas, pertinet ad ecclesiam.

13 Vbi quis habetur suspectus super articulis fidei, ad ecclesiā debet cognitio pertinere.

14 Ex quo quis potest apponere excommunicationis sentētiam, potest etiam & pœnam apponere pecuniariam.

15 Veritatem celare est peccatum.

16 Nullum est inconueniens, si pro iusta causa, pœna corporalis, in pecuniariam officiales ecclesiastici conuertant.

17 Emendæ iniuriarum, petuntur per uiam actionis personalis.

18 De iure diuino & humano, licitum est prælatis capere clericos ubique.

19 Nulli iudici seculari licitum est in quecunque casu clericos capere.

20 In quacunque ætate, potest prælatus personis literatis, tonsuras conferre.

21 Ex quo excommunicatio fertur propter peccatum mortale, antequam excommunicatus absoluatur, pœna corporalis, aut pecuniaria debet satisfacere.

22 Vsurario manifesto, ecclesiastica debet denegari sepultura.

23 Iuristæ melius possunt et sciūt iustitiam tenere, quàm laici qui literas non nouerunt.

24 Participare scienter cum excommunicato, est peccatum mortale.

25 *De iure & consuetudine speciali, prælati sunt executores testamentorum legitimi.*

Expedit testamenta priusquam illis fides adhibeatur, quòd per officiales episcoporum diœcesanorum approbantur.

¶Responsio particularis, ad prædictos articulos, & quemlibet illorum, per dictum dominum Petrum Bertrandi episcopum Eduen. coram rege, & in præsentia baronum, & aliorum prædictorum, etiam & dicti Petri de Cugneriis, pro ipso rege & dictis baronibus proponentis, facta.

ET primò, ad primum articulum, qui loquitur de cognitione actionum realium, personaliũ, mixtarũ, & interdictorum, dicit dominus episcopus Eduens. quòd cùm de iure sit probatum superius in generali responsione talium cognitionum illius ad ecclesiam pertinere de iure, & posse pertinere de consuetudine, maximè actionibus personalibus, de iure, licet de abusu consuetudinario aliquando dicantur reales, quòd in his ecclesia, maximè illæ quæ de consuetudine hoc habent nullam iniuriam regi, vel dominis temporalibus faciebant. Et ad probandum istam responsionem allegauit. 63. distinct. ca. Valentinianus. 11. quæstione prima, quicunque. in authenti. vt diffe. iudic. §. si verò. &. §. si tamen. colla. 9. extra de iudic. cap. nouit. 22. distinct. ca. 1. 11. quæst. 1. relatum. 2. q. 1. Si quis presbyter. 1. distin. consuetudo. Induxit etiam ad hoc probandum priuilegia & libertates confirmationes, & plures alias

lias beati Ludouici,& omnium aliorum regum prædecef-
forum iſtius.

Ad ſecundum articulum, qui loquitur de clericis tur-
bantibus poſſeſsiones laicorum, & de cauſas nouitatis,
dicit epiſcopus prædictus, quod vbi clericus impedi-
mentum apponit, vel violentiam,laicus eſt actor,& cle-
ricus eſt reus, & cum de iure & conſuetudine actor te-
neatur ſequi forum rei, non eſt irrationabile, maximè
in eccleſiis quæ de conſuetudine hoc habent, ſi de ta-
libus eccleſia cognitionem habeat. Aliàs enim ſeque-
retur quod iudices ſeculares pro voluntate ſua habe-
rent cognitionem clericorum pro eo quod dicerent,hoc
vel illud eſſe caſum nouitatis. Maximè quia in tali-
bus impedimentis, vel violentiis, habent locum inter-
dicta, quæ * ſunt perſonalia de iure, licet in rem vi- 1
deantur concepta.ff.de interdictis.l.prima.§.vltimo.quæ
ſunt perſonalia de iure, quod ſuperius eſt probatum.
Et ad probandum prædicta allegauit prædictus epiſco-
pus, extra de foro competenti, ſi clericus.24. quæſtio-
ne tertia.ca.1.item quis.& alia iura ſupradicta de conſue-
tudine loquentia.

Ad tertium, qui loquitur de actionibus perſonalibus
inter duos laicos, vel inter clericum actorem,& laicum
reum, dicit idem epiſcopus, quod de * iure & conſue- 2
tudine notoriis cognitio talium actionum perſonalium
pertinet ad eccleſiam, ſecundum quod ſuperius eſt pro-
batum, quare dicebat nulli ſuper hoc iniuriam fieri, ma-
ximè ratione peccati quod committitur in retinendo
illud quod tenetur quis ad ſoluendum, vel reſtituen-
dum. Et ad hoc probandum induxit iura ſupra alleg. &
de foro competen.cum ſit generale.

Ad quartum,

Ad quartum,qui loquitur de laicis iniuriam inferētibus
3 in rebus de hæreditariis clericorum,dic * quòd tam de iure communi,quàm conſuetudine,clericus poteſt quoſcunque iniuriam ſibi inferentes in hæreditate ſua coram iudice eccleſiaſtico conuenire,quia in hoc committitur ſacrilegium cùm ad eccleſiam,duntaxat debet cognitionem pertinere. Et ad hoc probandū induxit. 24.q.3.c.ſi quis. de potentibus,& alia iura quæ ſuperius,tam de conſuetudine q̄ de iure fuerunt allegata.

Ad quintum qui loquitur de contractibus initis coram
4 iudice ſeculari,dicit quòd *cum talium contractuum petitiones ſint perſonales de iure,maximè vbi eſt tranſgreſsio iuramēti,vel fides mentita,de quibus eccleſia ſolum habet cognoſcere,nulla fit iniuria. Et licet ibi nō eſſet iuramēti, vel fidei trāſgreſsio,adhuc ratione perſonalitatis poteſt ad eccleſiam cognitio pertinere.& ad hanc reſponſionē probandam allegauit iura ſuperius in articulis præcedētibus allegata.

Ad ſextum, qui loquitur de conſiliis prouincialibus, & ſtatutis ſynodalibus, dicit idē epiſcopus, quòd pro ſanctis & iuſtis tāquam ſancti patres inſtituerūt ea teneri,& quòd prælati nihil ſtatuant ibi,quod temporalitatem tangat,niſi quatinus commiſſarum ſibi animarū tangit ſalutem,& iura & libertates eccleſiarum eſſe ſeruandas, & hoc eis licitū eſt facere,& ad hoc probandum inducit in authenticis de ſanctiſſ. epiſcopis.§.vt autem. col.9. & in decretis.18. diſtin.per totum.

Ad ſeptimum,qui loquitur de contractibus recipiendis per notarios eccleſiaſticos in terris ſecularium,dicit quòd tam de ratione naturali,quàm de iure,præſcripto in terris dominorū temporalium eccleſia habebat iuriſdictionem ſuam ſpiritualem, ſicut dominus temporalis ſuam tēporalem.

lem. Nulli infertur iniuria, si notarii tales recipiant cõtractus illorum, qui volũt se in foro ecclesiæ obligare, & hoc est pro communi & publica vtilitate, quia multi magis eligunt vinculum ecclesiæ, quàm vinculum temporale, & ante dimitterent cõtractus facere, sine quibus viuere nõ possent, quam se supponerẽt curiæ seculari, maximè de cõsuetudine notariorum est, & fuit semper obseruatũ, & ad hoc probãdum alleg. idem episcopus. extra de offi. ord. cũ episcopus. l. 6. ff. de offi. proconsul. l. 2.

Ad octauum, qui loquitur de officialibus, qui crimina imponũt laicis, vt se redimant &c. dicit idem quòd nullus prælatus si sciret talia facere suũ officialem, aliqualiter sustineret, nisi esset de maleficiis, quorum cognitio ad ecclesiã pertinet, & correctio de cõsuetudine, vel de iure: & etiã in casibus vbi recredentia fieri non deberet, & si quis esset qui in speciali, vel licet conqueri super istis, erãt parati, veritate prius inquisita, prout iustitia esset, facere emendã, & apponere remedium opportunum.

Ad nonum, qui loquitur de officialibus qui inquirunt super maleficiis, & ab innocentibus volunt habere expen. & emend. & expensas reddere nolunt, si succũbant in causa, dicit episcopus quòd si prælati scirent ista per officiales fieri, secundũ quòd in articulo proponuntur, nollent ista sustinere, sed vbi illi contra quos proceditur, petũt copiam processuũ sibi fieri, tenetur petens eam soluere, aut si super imposito sibi maleficio cõdamnetur, debet expen. restituere promotori. Si verò * per iudicem absoluatur, & promotor malitiosè & per fraudem hoc falsè suggesserit, contra ipsum debẽt ei expensæ restitui, sed vbi mere ex officio ꝓceditur, siue per famã publicam, siue ad denunciationem alicuius, vel aliàs secundũ quòd licitũ est de iure, iudex in hoc casu expensas cuiquam restituere non tenetur.

Ad decimum, qui loquitur de sententiis excommunitionis, quæ dantur pro sola vna citatione, dicit idem episcopus, quód nullo modo sententia excõmunicationis debet fieri, nisi citatio vel monitio præcesserit sufficienter. Sed sæpè contingit, quód propter periculum animarum, aut corporũ, aut quia est causa fauorabilis, vel propter alias causas iustas quæ cõtinentur ĩ iure fit vna citatio peremptoria, quæ valet tres, & tunc propter talem defectum poterit licitè sententia excommunicationis ferri.

Ad vndecimum, qui loquitur de obligationibus de nisi, dic quód hoc est secundum formam iuris, & pro communi vtilitate statutum, nec sequitur ex hoc inconueniens, maximè quia in talibus nunquam fertur, vel ferri debet sententia, nisi prius sufficientem terminum adhuc de consensu contrahentium assignatum, & ad hoc probandum induxit.c.præterea.de appel.

Ad duodecimum, qui loquitur de monitionibus quæ fiunt contra iudices seculares, ad compellendum excommunicatos per captionem bonorum &c. dixit præfatus
6 episcopus, quód * cum ecclesia suo brachio spirituali contra tales procedendo fecit quod potuit, tunc habet recurrere ad brachium seculare, & hoc de iure diuino & humano conceditur. Et si propter malitiam, vel negligentiam, dominus temporalis omittat facere super hoc monitioni parere, & talem excommunicatum compellere, propter quod contingat debitorem amittere debitum in quo excommunicatus tenebatur eidem, non est inconueniens si sufficienti monitione præuia per sententiam excommunicationis proceditur contra eum, & si de damnis illatis nunquam mereatur absolui, faciat satisfactionem cõpetentem & condignã, in talibus enim de iure diuino & humano brachiũ tẽporale spirituali debet obedire,

dire, maximè vbi quis in excõmunicatione persistit vltrà annũ, de quo in statuto beati Ludouici mẽtio fit expressa.

Ad.13. qui loquitur de expẽsis quas faciũt iudices seculares veniẽdo ad excusandũ se corã iudicibus ecclesiasticis super compulsione excõmunicatorũ, dicit ꝙ postquã de iure & consuetudine tenentur in hoc iudices seculares iudici ecclesiastico obedire debent cũ expensis propriis ad excusandum se venire. Sed si talis monitio malitiosè vel indebitè ad suggestionem alicuius fuerit impetrata, talis suggerens ad restitutionem expensarum tenetur. Expensæ verò quæ fuerunt in excommunicatione cõtra excõmunicatum factæ per prædictos iudices seculares, excõmunicatus ipse debet ad restitutionem compelli.

Ad.14. qui loquitur de appellationibus quæ fiunt in curiis laicorũ ad ecclesiasticos iudices, dicit idẽ episcopus, quòd si in curia tẽporali prælatorũ, vel subditorũ suorũ, fiat processus, aut detur iudiciũ temporale, & super huiusmodi ꝓcessu, aut iudicio, appellatio ordinaria, aut ratione falsi iudicii, vel aliàs sequeretur, debet talis appellatio remitti ad examẽ sui iudicis tẽporalis: sed si laicus, nõ per viã iurisdictionis ordinariæ, sed quia magis eligit ecclesiasticam curiã quàm tẽporalem, sicut de iure & cõsuetudine licitũ eis existit, tunc nullũ incõueniens sequeretur si officialis ad quẽ veniret talis cognitio, tanquã officialis, & iudex ordinarius cognitionẽ haberet, & sic ĩ Remẽ. Laudun. ac in multis aliis regni Franciæ ecclesiis obseruatur; & probari potest per aliqua iura superius allegata.

Ad.15. qui loquitur de arrestis quæ fiunt ĩ villis q̃ vtuntur lege, quòd si talia fierent sicut in articulo continetur, nisi de cõsuetudine aliqua ecclesiæ hoc haberent, quæ cõsuetudo est obseruanda; maximè vbi tale fieret sub aliquo conductu curiæ, & sine fraude, & quòd arrestatus non

esset alicuius prelati clericus, nollent ea sustinere, ideo &c.

Ad decimumsextum, qui loquitur de illis qui dicuntur præpositi clericorum, dicit quòd tam de ratione, quàm de
7 iure & cõsuetudine, quilibet * prælatus in quacũque parte suæ diœcesi potest habere officiales suos, & alias personas ad iurisdictionem ecclesiasticam exercẽdam, siue sit in ciuitatibus, siue in captionibus personarum ecclesiasticarum, vel cognitione causarum quæ ad forum ecclesiæ pertinerent, & potest talibus illam quæ sibi videtur cõcedere potestatem, quare si tales iuxta commissionem sibi factam citationes faciant, aut personas ecclesiasticas capiãt delinquẽtes, siue cognitionẽ causarum assumant, seu alias quocũque modo ecclesiasticam iurisdictionem exercent, nulla sit iniuria. Quilibet enim dominus temporalis vbicũque in terra sua potest habere gẽtes & iustitiarios suos, & eadem ratione, & spiritualis iudex. Sed si tales cõmissarii abusi fuerint in aliquo, seu etiã abutantur, parati erũt prælati tales abusus corrigere, & apponere remedium opportunum, vel si alicubi sit talium commissariorum, nimia multitudo ipsi de sufficienti numero prouidebunt. Cæterum si tales commissarii iuxta potestatem sibi commissam arrestauerint in casu licito de iure bona mobilia clericorũ, nul
8 lus laicus habet super hoc materiã cõquerendi. * nam bona mobilia sequuntur possidentem personam, tam de consuetudine quàm de iure, & hoc etiã in statutis regni Franciæ continetur.

Ad.17.&.18.est respõsum, quia spiritualis iurisdictio clericorum & bonorum suorũ mobilium, in quacunque parte diœcesi pertinet ad prælatos. Et ad ista probanda inducit.4.Regũ.8.c.vbi dicitur, quòd Samuel iudex Israel ibat & circuibat Bethel, & Galgalã, & Malphat, & adhuc etiam inducit, extra de offi.ord.cum episcopus.

Ad decimumnonũ,qui loquitur de aſſecuramẽto quod
petitur in curia eccleſiaſtica, dicit dictus epiſcopus, quòd
tam de iure quàm de conſuetudine clericus poteſt male-
factorem ſuum, vel illum à quo veriſimiliter dubitat ſibi
iniuriam irrogari coram eccleſiaſtico iudice conuenire, * 9
quia ſi per laicum committeretur maleficium ĩ perſonam
clerici, eccleſia tanquam de ſacrilegio cognoſceret ſuper
maleficio memorato, ergo faciliori ratione poteſt etiam
prouidere dãdo aſſecuramenta,ne talia maleficia cõmit-
tantur,ſpecialiter ĩ eccleſiis,vbi hoc de cõſuetudine ſpe-
ciali haberetur.Si autem hoc eſſet inter duos laicos debet
conſuetudo ſeruari,quæ etiam in hoc concordat cum iu-
re communi,per quod eccleſiaſtici iudices debent pacem
apponere & peccata vitare, quia * melius eſt peccãti an- 10
te tempus occurrere,quàm culpam poſt vindictam vindi-
care.Et ad hoc probandum inducit iura ſuperius alle. &
extra de treuga & pace,per totum.

Ad viceſimum,qui loquitur de inuentariis quę fiunt de
bonis laicorum,dicit tam de iure ſanctorũ patrum, quàm
imperatorum,& regũ,quilibet prælatus in ſua diœceſi eſt
executor legitimus teſtamentorum,maximè elapſo termi
no expreſſo ĩ iure.Vnde ſi contigerit quòd executio teſta
menti venerit ad prælatũ,non eſt inconueniens ſi ex quo
ad eum pertinet principale pertineat acceſſorium,ſiue ſit
in inuẽtariis,ſiue in aliis faciendis,ſpecialiter in locis vbi
de cõſuetudine obſeruatur,alias enim poſſet minime fieri
executio teſtamenti. ad iſta verò probanda inducit.C.de
ſacroſanct.eccle.l.1.& melius.C.de epiſcopis & cler.l.nul-
li.ĩ authent.de eccl.ti.§.ſi quis autem.col.9.extra de teſta
mentis.c.tua.&.c.nos quidem.&.c.Ioannes.C.de fidecõ
miſsis. authen.amplius hæc cum aliis.

Ad.21.qui loquitur de hipothecariis actionibus, dicit

S

idem episcopus, quòd si hipothecaria procedat ex cõtractibus, vbi sit iuramenti, vel fidei interpositio, & inde fiat directè positio, siue petitio super re obligata, talis petitio plus est personalis quàm realis, & in hoc casu nulla fiet iniuria. Quantum autem ad hipothecarias quæ sunt reales, debet consuetudo seruari, quod si nulla fuerit consuetudo, super hoc dicebat dictus episcopus, ius scriptum esse ĩ talibus sequendum. Et ad hoc probandum allegant. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum. l. cum notissimi, extra de iureiurando. si verò.

Ad vigesimumsecundum, qui loquitur de personis hospitalium, dicit quòd si tales personæ sint perpetuò donatæ hospitali, seu domo eius, sunt de foro ecclesiæ, & taliũ cognitio pertinet ad prælatos. De aliis verò qui nõ essent talis conditionis, nisi ius priuilegium, vel consuetudo aliud daret ecclesiis prælatos de hoc se velle minimè intromittere asserebat idem episcopus.

Ad vigesimumtertium, qui loquitur de tonsuris dandis indignis, dicit quòd quanto plures sunt digni in Dei seruitio constituti, tanto melius potest diuinum seruitium celebrari. Et bene cauebunt domini prælati (Deo ducente) quòd non conferent personis insufficientibus & indignis. Nullus enim prælatus bonæ conscientiæ faceret ea quæ in dicto articulo continentur, & verè super huiusmodi tonsuris conferendis, domini temporales plures & importunas requæstas prælatis facere consueuerunt.

Ad vigesimumquartum, qui loquitur de viduis, pupillis & intestatis, dicit idem episcopus, quòd de iure
12 diuino & humano gardia * talium personarum quantum ad violentias & saisinas pertinet ad ecclesiam, & sic de consuetudine obseruatur in ecclesiis Gallicanis, quantum ad bona intestatorum & pupillorum, dicit quòd

quod in ecclesiis vbi esset consuetudo super hoc specialis, debet eadem consuetudo seruari, vbi autem non esset, quantum tangit petitoriam cognitionem, ecclesia nolebat se intromittere, nisi hoc haberet ex priuilegio vel consuetudine speciali. Et ad hoc inducit.24. quæstione.3.cap. si quis. de potentibus. extra de foro competenti, ex tenore.& cap.ex parte.

Ad vigesimumquintum, qui loquitur de impositionibus, quas officiales faciunt laicis super fide, dicit quod hoc est irrationabile si alicui tale crimen imponeretur malitiosè, prout in articulo continetur, sed vbi * ali- 13
quis haberetur suspectus super articulis fidei, ad ecclesiam in hoc casu debet cognitio pertinere, & per consequens propter inquæstam, & alios processus faciendos, oportet iudicem ecclesiasticum de persona saisitum esse, & lata sententia contra eam expediri brachio seculari, quare in his nulla iniuria irrogatur, maximè in locis, vbi sic consuetudine obseruatur à tanto tempore quod in contrarium hominum memoria non existit.

Ad vigesimumsextum, qui loquitur de officialibus currentibus, dicit quod prælati possunt habere in quacunque parte diœcesis, tam de ratione quàm de iure scripto, & consuetudine, officiales suos secundum quod superius est ostensum, quare nulli fit iniuria.

Ad vigesimũseptimũ, qui loquitur de pœnis pecuniariis quas officiales in suis monitionibus apponũt, dicit ꝙ licitũ est eis tales pœnas apponere, tam de cõsuetudine ꝗ de iure, quia * ex quo licet sẽtẽtiã excõmunicationis ap 14
ponere quæ est maior, licet apponere pœnã pecuniariam, quæ est minor. Itẽ ex quo tali iudici ecclesiastico subditi existũt, & sic est eorũ ordinari⁹ iudex, ipse potestĩ tali casu

eis apponere pecuniariam, vel aliam secundum quòd sibi videbitur expedire. Et ad hoc ius diuinum & humanũ concordant. Ad hoc probandum allegauit de pœnis.ca.licet. de officio cu.c.dilectus. 23.q.5.c. si nos.22.q.4.c.quisquis. & si quis mater. Deus etiam ĩfligebat pœnas tales aliquãdo, Leuit.3.4.& 5.c. Exod.23.c.si quis furatus fuerit, ad hoc facit.22.q.5.prodest.

Ad.28. qui loquitur de laicis, qui vocãtur ex officio ad ferendũ testimonium, & non soluuntur eis expensæ, dicit quòd tales quotienscunque vocantur ad ferendũ testimonium tenentur venire, aliàs possunt excõmunicari de iure,* quia veritatem cęlare esset peccatũ mortale, eis tamen
15 debent expensæ tradi, saluis consuetudinibus specialibus, vbi proceditur contra suspectos in fide, vel in aliis casibus specialibus, vel nisi aliquod ius consuetudo conferret.

Ad.29. qui loquitur de reb⁹ furatis à clerico, dicit quòd cum ad ecclesiam solũ pertineat cognoscere de criminalibus, laici non possunt, nec debent se intromittere de rebus furatis, quia ei pertinet accessorium, cui & principale, sic enim laici haberẽt indirectè cognitionẽ clericorũ, & multi possent fingere notoriũ quod non esset. Et ad hoc probandũ inducit, extr. de dote, post diuortiũ restitui.c.de prudẽtia. extra de regu.iur. causa principalis.lib.6.cum aliis.

Ad.30. qui loquitur de clericis nõ cõiugatis captis in habitu laicali, dicit quòd tales pro eo quòd nõ deferunt tonsuram, vel habitũ clericis congruentem, non amittunt priuilegium clericale. vnde si sit notoriũ iudici ecclesiastico talem esse clericũ, vel fama sit publica super hoc, idem iudex sine cuiuscunque iniuria potest ad restitutionem talis clerici iustitiam compellere secularem, sed si dubium esset talem clericum esse, vel non, & captus fuerit in habitu laicali, ad ecclesiam cognitio & detentio non pertinet, sed ad

iudicem

iudicem secularem, secundum quòd iura dicunt. extra de sentent.excommunica.si iudex laicus.lib.6.C.de fabri.l.fi. C.de aquæ duct.l.vlti.

Ad trigesimumprimum,qui loquitur de clericis captis per laicos,& redditis officialibus, qui sine punitione expediuntur,dicit quòd malè fieret,si maleficia eis imposita notoria essent, aut etiam probarentur, sed communiter accidit,quòd cum laici accipiunt quendam clericum,licet nō sit eis licitum de iure,postquam ipsum iudici ecclesiastico reddiderunt, cùm de nullo maleficio dictum iudicem ecclesiasticum informabunt, propter quod cum causam rationalem detentionis nō receperit iudex, non posit eum in bona conscientia detinere.

Ad trigesimumsecūdum,qui loquitur de monitionibus quæ dantur contra spoliantes, & iuramenta quæ exigun tur,dicit idem episcopus quòd tales monitiones non con cedūtur communiter per iudices ecclesiasticos, nisi super factis notoriis, vel in casu vbi illi contra quos tales monitiones dātur, essent super aliquo crimine diffamati,vnde quotiens iudices memorati,aut eorum commissarii,talibus sic diffamatis iniungunt quòd satisfaciant, aut veniant se per iuramentum suum coram eis super impositis sibi maleficiis purgaturi, & ipsi non obediunt iudicibus, aut eorum commissariis in prædictis,nec allegant causam rationabilem quare ad hoc minimè teneantur, tales sunt de iure conuicti,quare nulla fit iniuria,maximè quia causa spoliationis probata violata,debet iuramento actoris super deperditis fides plena adhiberi.

Ad trigesimumtertium,qui loquitur de captionibus clericorum,dicit sicut ad trigesimum superius iam dictum.

Ad trigesimumquartum,qui loquitur de clericis malefacientibus, quos officiales prælatorum de facili expe-

diunt pro pœnis pecuniariis, dicit quòd hoc eſſet irrationabile vbi maleficium eſſet notorium vel manifeſtum, & tale vel tantum propter quod perpetua pœna ei deberet
16 imponi, ſi pro pœna pecuniaria tale crimen tranſiret, * ſed nullum eſt inconueniens ſi pro cauſa iuſta dicti officiales pœnam corporalem in pecuniariam conuertant, quia hoc etiam volunt iura tam canonica quàm ciuilia.

Ad trigeſimumquintum, qui loquitur de clericis coniugatis, dicit quòd ſi clericus coniugatus deferat tonſuram & veſtes clericales, & in tali habitu capiatur per iudicem ſecularem, cum de iure & conſuetudine notoriis, tales clerici, quantum ad delicta ſint de foro eccleſiæ, officiales prædicti nullam faciunt iniuriam dominis temporalibus, ſi cõpellant eos per ſententias excõmunicationis, vel aliàs, ad deſiſtendum à cognitione talium delictorum, quia quocunque modo delinquatur, cognitio pertinet ad prælatos, & laici offendunt exactionem, ſeu pœnam etiam pecuniariam à talibus exigendo. De illis autem clericis non coniugatis, dicit idem epiſcopus quòd in nullo caſu cognitio eorum pertinet ad laicos, ſecundum quòd iura declarant, ſalua cõſuetudine ſpeciali in pluribus eccleſiis regni Franciæ exiſtente.

Ad.36.qui loquitur de aſſecuramẽtis laicorum, & inhibitione quam faciunt officiales pẽdente citatione aſſecuramẽti, dicit quòd ſi tale fieret ad requæſtã laici cõtra laicũ, maximè vbi eccleſia hoc haberet de cõſuetudine ſpeciali, nulla fieret iniuria ſi eccleſia ꝓhiberet ſub pœna excõicationis ne pẽdente citatione faceret eũ corã alio iudice conueniri, quia poſſet aliàs magnum ſcandalum oriri.

Ad.37.qui loquitur de citationib⁹ quæ fiunt cõtra participãtes cũ excõicatis, dicit quòd nõ erat intẽtionis prelatorum quòd ea quæ cõtinentur in articulo, debet prout

ſunt

ſunt propoſita ſuſtineri, nec credunt quòd officiales eo modo procedant, maximè quia aliqui prælati in ſuis diœceſibus ſtatuta ediderunt per quæ talia fieri prohibentur. Et alii qui ſalubriter nondũ fecerunt erant ſemper his parati pro tempore prouidere cum bene debet de iure participatio cum excõmunicatis abſque tamen populi grauamine p iudices eccleſiaſticos puniri & ꝓhiberi, ideo &c.

Ad.38. qui loquitur de impoſitionibus quas faciunt officiales laicis ſuper vſurariis, dicit quòd ſi in his officiales eorum aliàs quam ſecundum formam iuris procederent, vel ꝓ exactione iniuſta talibus exigẽda, maximè vbi perſona cõtra quã proceditur nõ eſſet diffamata, nullus prælatus vellet quoquo modo talia ſuſtinere. Et ſi quis ĩ ſpeciali vellet cõqueri ſuper iſtis, ipſi erunt parati quod actũ eſſet facere iuſtè & debitè emendari.

Ad trigeſimumnonum, qui loquitur de adulteriis quæ laicis per officiales imponuntur, dicit quòd nunquã talia faciunt, prout loquitur articulus memoratus, neque fieri debent, niſi ſuper factis notoriis vel manifeſtis, aut vbi tales contra quos procederetur eſſent publicè diffamati, ſeu in aliis caſibꝰ à iure permiſsis, & nihilominus parati erãt prælati præcipere ſuis, quòd aliàs in talibus nullo modo procedant.

Ad quadrageſimum, qui loquitur de multitudine procuratoris, & abuſionibus quas faciunt, dicit quantum ad multitudinem, quòd quilibet prælatus in ſua diœceſi debitè prouidebit quantum ad abuſus, dicit quòd nullo modo tales abuſus fieri permittent, quinimò illos qui abuſi fuerunt, cum ad eorum notitiam peruenerit iuſtè puniẽt, ſecundum quòd aliàs ad eorum quemlibet pertinebit.

Ad.41. q loquiť de abuſibꝰ religioſorũ ĩ citationibꝰ, dicit ꝙ valde diſplicet ꝓlatis ſi religioſi ꝓdicti faciũt aliqd

indebitum vel iniustum,& quòd libẽter apponerent remedium ĩ subditis suis,quilibet prout ad eum pertinebit.

Ad quadragesimum secũdum,qui loquitur de vxoribus clericorum coniugatorum,dicit dictus episcopus quòd in locis vbi de consuetudine speciali vxor clerici esset de foro ecclesiæ,quia etiã ad hoc ius imperatoris cõcordat nulla fieret iniuria,si cognitionem ipsarum mulierum ecclesia retinet, quantum ad cognitionem iniuriarum ĩter lai-
17 cos,quia ✝ emendæ iniuriarum petuntur per viam actionis personalis,vt in.3.artic. superius est responsum, & ad præmissa probanda inducit.ff.de iurisd. om.iud.l.pen.C. de interdictis.l.vlti.§.ad inimici.l.ea quæ.C.de episco.& cleri.l.1.ideo &c.

Ad quadragesimumtertium, qui loquitur de viduis trahentibus debitores suos ad curiam secularem,dicit quòd prælati nõ intendebãt sustinere dictum articulum, prout iacet,nisi de cõsuetudine speciali,aut priuilegio fuisset aliquibus ecclesiis ius illud acquisitum.

Ad.44.qui loquitur de appellationib⁹ volagiis,dicit sicut in.14.articulo.

Ad.45. qui loquitur de captis in delicto clericis & laicis,dicit quòd si sint laici qui capiantur in tali delicto, tales appellationes,de quibus ibi fit mentio, non essent per ecclesiam admittendæ,nisi de consuetudine, vel de priuilegio aliquibus ecclesiis esset in hoc aliquod ius acquisitum.Sed si in delicto huiusmodi clericus caperetur per iustitiam secularem, quia de hoc ad nullum potest, præter ad ecclesiam captio pertinere, officiales possunt, imò debent procedere contra iustitiam secularem, aliàs perderetur priuilegium ecclesiasticum, nec possunt etiam tales captiones fieri absque sententia excommunicationis à canone,propter hoc incurrenda.

Ad 46. qui loquitur de ĩpositionibus quas officiales faciunt laicis super vsuris, & arrestis corporum, dicit præfatus episcopus, quòd si talia fierent, prout in articulo proponuntur, malè fierent, & prælatis displiceret. Et si esset qui in speciali vellet eos informare, super his erant parati malè acta facere corrigi, & emendari quãtum ad eos pertineret. Sed vbi laicus esset super vsura diffamatus, publicè officialis potest, & debet ad inquisitionem contra talem procedere. Et si requisitus coram dicto officiali contumaciter neglexerit ad opposita respondere, potest officialis donec sufficienter responderit, per arrestum corporis procedere contra ipsum. Sed post responsionem factam debet fieri recredẽtia corporis, nisi alia causa subsit rationalis quare deberet vlterius detineri.

Ad 47. qui loquitur de captionibus clericorum in terris baronum, dicit dominus ipse quòd * de iure diuino, & hu 18
mano, licitũ est prælatis, & eorum iudicibus, capere clericos vbique, quia secundum quòd dictum est superius, nõ est dare locum, vbi non sit iurisdictio spiritualis sicut tẽporalis, vnde talis captio clericorum quæ est spiritualis, & de foro ecclesiastico, potest & debet fieri per iudicem ecclesiasticum, & non per alium quemcunque. Et nisi ita fieret, ꝙ capi possent clerici per iudices ecclesiasticos vbique sępissimè delicta clericorum remanerent impunita, cum per laicos non possint capi absque sentẽtia excommunicationis à canone incurrenda propter hoc.

Ad 48. qui loquitur de laicis capiẽtibus clericos qui excommunicantur, dicit * quòd nulli domino vel iudici se- 19
culari licitum est in quocunque casu clericos capere, quare si tales capientes clericos declararentur per iudices ecclesiasticos sententiam excommunicationis incurrisse, nulla fit iniuria. Et contra illos specialiter dicebat domi-

nus epiſcopus, grauius eſſe procedendum qui clericos & presbyteros capiunt indifferenter malitioſè, ac in Dei & eccleſiæ contumeliam & contemptum.

Ad.49. qui loquitur de tonſuris quæ conferuntur indignis, dicet quòd ſi ita fieret ſicut in articulo cõtinetur, non eſſet vtique ſuſtinẽdum, nec aliquis prælatus vellet
20 facere quæ proponuntur ibidem. Tamen in * quacũque ætate poteſt prælatus perſonis literatis, omni fraude & impedimento canonico ceſſantibus tonſuras cõferre. Sed illi qui hunc articulum fecerunt, deberent prælatum qui talia facit nominatim exprimere, & ipſe de facto proprio reſponderet eiſdem. Et ſi qui forſan hoc feciſſent (quod abſit) non deberet imponi omnibus prælatis.

21 Ad.50. qui loquitur de pœnis pecuniariis * quæ exigũtur ab excommunicatis, dicit quod cum ſentẽtia excommunicationis feratur propter peccatum mortale, oportet quod excõmunicato ſi petat abſolui, iniungatur pœnitẽtia & pœna pro peccato, quia non remittitur peccatũ, niſi Deo & eccleſiæ fiat ſatisfactio condigna, vnde antequam abſolui mereatur, talis excommunicatus debet ſatisfacere pœna corporali, aut pecuniaria. Et hoc in foro pœnitentiæ obſeruatur ſpecialiter, quia in quibuſdam locis ſunt emẽdæ taxatę, & in alii ſunt emendæ arbitrariæ, ideo &c.

Ad.51. qui loquitur de hæreditagiis contentioſis poſitis ad manum laicorum propter debitum partium, dixit quòd ſi duo adinuicem contendentes eſſent laici, & fieret ſine fraude, & non pro impediẽdo iuriſdictionem eccleſiaſticam, prælati non proſequerẽtur articulum ſupradictum, niſi de conſuetudine vel priuilegio, aliquæ eccleſię hoc haberent. Et vbi eſſent ambo clerici, aut alter eorũ, vt ſuperius eſt reſponſum

Ad.52. qui loquitur de iniuriis & grauaminibus illatis

gentibus

gentibus regiis per officiales episcoporũ, dicit dictus episcopus quòd prælati nullomodo permitterẽt quòd per officiales suos gẽtibus regiis dãnum, laborũ, vel expensarũ, aut aliud incõmodum inferretur. Nec est verisimile quòd sint vera quæ in dicto articulo ꝓponũtur, quia semper prælati habẽt in suis agibilib⁹ ad regios officiarios recursum, tamen si aliquis vellet in speciali aliquid super hoc declarare, parati erãt prælati corrigere mala acta, &c. & iniuriã passis emendam facere fieri.

Ad 53. qui loquitur de hereditagiis clericorũ positis propter debitũ in manu iudicis secularis, dicit quòd si hæreditagia clericorũ sine causa rationabili, aut malitiosè, aut ĩpediẽdo iurisdictionem ecclesiasticã, ponũtur in manibus iudicis secularis, specialiter quando fit per violentiã, & de facto sine causæ cognitione, aut aliàs in casu personalitatis, nulla fit iniuria dominis tẽporalib⁹ si ecclesia super hoc se intromittat. Nã aliàs laici omnẽ iurisdictionẽ clericorũ haberent, quia vbi nõ possent clericos cõpellere, ipsi procederent ad captionem bonorum, & sic quantum ad hoc periret priuilegium ecclesiasticum.

Ad 54. qui loquitur de neganda sepultura vsurariis, dicit quòd de iure, * vsurario manifesto debet denegari ecclesiastica sepultura, quare nullam faciunt iniuriam officiales prædicti prælatorum talibus sepulturã denegãdo, maximè donec fuerit restitutũ, vel cautio data sufficiens de restituendo illo quod per tale pactum per eos fuerat acquisitum, sed si pro exactione duntaxat falsè imponerẽt alicui tale crimẽ, & propter hoc interdicerent ei ecclesiasticam sepulturam: prælati nullo modo ista fieri permitterent si ad eorum notitiam perueniret, nec est inconueniens vbi aliquis vsurarius manifestus decedit, si ecclesiæ teneatur satisfacere ratione peccati manifestè commissi.

Ad 55. qui loquitur de reconciliatione cœmiteriorũ faciẽda, dicit dictus episcopus, ꝙ prælati ad reconciliationem cœmiteriorum faciendam, cũ expensis propriis, non tenentur, & vltra hoc possunt emendam exigere ratione violentiæ in cœmiterio cõmissæ, quare si decem libras exigunt, vel vltra quantum ascendunt eorum expensæ, non debet pro iniuria reputari. Sed ille qui commisit violentiam, si habet vnde posit de prædictis satisfacere, nedum ad emendam, sed etiam ad expensarum restitutionem, & satisfactionem tenetur.

Ad 56. qui loquitur de priuilegiatis, quòd possunt eligere iudices, & abusus eorum, &c. dicit quòd si tales quibus talia priuilegia sunt indulta eisdem priuilegiis, vt proponitur in articulo abutuntur prælati, nollent eos excusare, imò eis displicerent, & non immeritò tales abusus.

Ad 57. qui loquitur quãdo laicus citat clericum super causa hæreditatis coram iudice seculari, dicit quòd super actione personali, vel mixta, aut super interdicto quod in parte personale extitit clericus fuerit coram iudice seculari vocatus, non debet coram eo respõdere, vbi autem actio esset mere realis, de iure deberet super hoc cuiuslibet ecclesiæ consuetudo seruari, & vbi consuetudo non esset, deberet ius scriptum in talibus imitari.

Ad 58. qui loquitur de coniugatis clericis mercatoribus, dicit ꝙ nisi talis actio, vel petitio, veniat ex maleficio, vel delicto prælati, nollent in talium cognitione laicum turbare, nisi aliquibus ecclesiis ex consuetudine, priuilegio, seu compositione ius aliquod fuerit acquisitum.

Ad 59. qui loquitur de interdicto apponẽdo in terra domini regis, dicit dominus episcopus quòd priuilegia domini regis omnes prælati vellent integraliter seruare, nec vellent aliquid facere cõtra ea, supplicantes eidem domino

no nostro regi,quòd placeret ei,eisdem prçlatis dum erãt adinuicem, dicta priuilegia ostendere,ita quòd super his possent certitudinaliter respondere.

Ad 60.qui loquitur de bailliuis,& præpositis prælatorũ, qui sunt clerici,dicit quòd hoc licitum est prælatis tam de ratione quàm de iure,& cedit ad vtilitatem iustitię,quia * 23
iura vel iuriste melius possunt iustitiam, & sciunt tenere quàm laici,qui literas non nouerunt, hoc etiam eis sæpè ex necessitate incumbit,quia non inueniunt seculares ad hoc sufficiẽtes qui velint eorum officia assumere, aliquotiens propter timorem dominorum temporalium, & aliquotiens propter alias causas.

Ad 61.qui loquitur de monitionibus quæ fiunt contra participantes cum excommunicatis in operibus faciendis,dicit hoc possunt,& debent facere de iure,cum * par- 24
ticipare scienter cum excommunicato,sit peccatum mortale,maximè post monitionem super hoc sibi factã,& hoc est vnus modus participandi,videlicet operari, & cũ excommunicato negotiari.

Ad 62.qui loquitur de illis qui citantur propter participationẽ,dicit quòd si talis citatio ad instantiã partis fuerit impetrata,& pars illa nõ posſit cõtra tales citatos participationẽ probare,impetrator tenetur ad restitutionem expensarũ huiusmodi citatorũ.Præterea nunquã talis citatio cõceditur,nisi talis citatus primo in generali,secundo in speciali fuerit monitus cõpetenter, ne cũ tali excõmunicato sciẽter participare auderet,& cũ hoc officiales nũquam cõtra tantã personarũ multitudinẽ tales citationes cõcedunt,nisi videãt ex hoc grãde periculũ animarũ imminere,aut scãdalũ maximũ exoriri, & vbi cõtra aliquos reperitur ꝙ spreta monitione eis facta super hoc,& cõtra mandatũ ecclesię cũ tali excõmunicato participare cura-

uerũt, seu etiã præsumpserunt bene tenẽtur de iure ad satisfactionẽ Deo, & ecclesiæ, quos propter suã contumaciã offenderũt, aut in pœna pecuniaria, aut ĩ pœna corporali.

Ad 63. qui loquitur de officialib⁹ q faciũt iurare aduocatos ne dẽt cõsiliũ contra curiã, dicit episcopus ꝙ si sic fieret, merito prelatis displiceret: cũ deberẽt officiales vnicuique cõsiliũ præstare in curia sua litigãti, nec credũt quòd aliquis iudex spiritualis faceret hoc quod cõtinet articulus supradictus: nisi de familiari, aut pensionario proprio, vel alio qui teneretur eidẽ iudici ratione fidelitatis, aut iuramenti præstare cõsueti pro aliquo honore, aut alia iusta causa, adhuc tamen vbi litigans cõsilium non haberet, debet ei curia prouidere.

Ad 64. & 65. qui loquuntur de executoribus, & inuentariis bonorũ testãtoris, & intestatoris, dicit quòd tã de iu-
25 re scripto q̃ de cõsuetudine * speciali prælati sũt executores legitimi testamentorũ. vnde si executio venerit ad prelatũ, nulli facit iniuriã bona inter hæredes distribuẽdo, & de eis inuẽtoria faciẽdo. Et hoc idem dicit de bonis intestat. maximè in locis, vbi sic de cõsuetudine extitit obseruatũ à tanto tẽpore quòd in cõtrariũ memoria nõ existit.

Ad vlti. qui loquitur de approbationibus testamẽtorũ, dicit idẽ episcopus, quòd quando in præsentia alicuius notarii curiæ archidiaconi, vel alterius minoris iudicis ordinarii ciuitatis aliquod conditur testamẽtũ, quia multoties tales notarii nõ sunt magnæ authoritatis, vel si per aliquẽ notariũ curiæ secularis recipiatur huiusmodi testamẽtũ, habet cõsuetudo specialis pluriũ ecclesiarũ regni Frãciæ, & hoc etiam iura dicunt quòd donec talia testamenta coram iudice principali, & ordinario, illius diœcesis fuerint approbata, vel publicata, non adhibetur ei fides, neque debet aliqualiter adhiberi. Et si aliàs hoc fieret esset in maximum

 497

ximum populi detrimentum, quia possent in talibus multæ falsitates committi.

Quibus respõsionibus sic factis per dictum episcopum, fuit petitum ex parte domini regis quòd præfatæ responsiones, prout dictæ fuerunt, & propositę verbotenus in scriptis redigerentur, & traderẽtur. Super quibus petitis, prælati adinuicem diligenter habuerunt deliberationem, & tandem deliberauerunt inter se tradere loco responsionũ prædictarum domino regi schedulam infrascriptã in Gallico, licet sit in latino translata. Cuius tenor sequitur in hæc verba latini.

¶ Quæ requirunt prælati per regem fieri.

SVpplicant regiæ maiestati prælati præsentes se aliquo iudicio minimè submittendo, quòd placeat ei iura, libertates, priuilegia canonica, consuetudines, & saisinas quæ & quas ecclesiæ gallicanæ habent, & habuerunt temporibus retroactis eis defendere, & seruare specialiter super cognitione actionum personalium, & realium mixtarum, necnon & inter dictorum, maximè inter laicos.

Item super cognitione clericorum, per laicos aliqua fit eis petitio, aut quando clerici super violẽtia in bonis illorum illata per laicos conqueritur.

Item super cognitione contractuum initorum corã iudice seculari.

Item quòd non impediantur, quin eorũ notarii contractus recipere valeant in quacũque parte suarũ diœcesum.

Itẽ quòd nõ impediantur super inuentariis faciendis de bonis defunctorum, quorũ de iure, vel consuetudine, vel

cõposi tione

componere executores exiſtunt.

Item quòd non impediantur ſuper cognitione hipothecarum,quam habent de iure, vel conſuetudine.

Item quòd non impediantur ſuper cognitione viduarum & pupillorum,& ſuper bonis inteſtatorum,quantum ad eos pertinet de conſuetudine,vel de iure.

Item quòd non impediantur in quacunque parte diœceſis,ſiue quin poſsint habere ſuos officiales & eorum clericos capere,& ab ipſis clericis,necnon à laicis emēdas pecuniarias exigere debitas de conſuetudine vel de iure.

Item quòd non impediantur ſuper cognitione rerum futurarum à perſonis eccleſiaſticis.

Item quòd tam ſuper captione quàm ſuper cognitione clericorum non coniugatorum, & coniugatorum, eorum iura,& conſuetudines, obſeruentur & confirmentur eiſdem, quia vobis manifeſtè oſtenderunt quòd hæc debent fieri de iure diuino & humano.

Item ſignificant regiæ maieſtati, quòd ſuper abuſibus quos aliqui cōquerentes imponūt officialibus & gētibus ſuis,dicendo quod ipſi abutuntur eis imponēdo crimina, vt redimant eos, & emēdas ac expenſas ab innocentibus exigendo,proferendóque ſententias excommunicationis pro vna ſola citatione,non peremptoria,præcedēte, ac ſuper eo quòd propoſitum fuerit contra ipſos prælatos, quòd ipſi conferebant tonſuras indignis. Et dicti eorum officiales imponunt malitioſè laicis pro extorſione pecuniarum inde ab eis exigendarū,quòd ipſi ſunt circa fidem ſuſpecti, quódq; clericos ſuper maleficiis accuſatos,& eis redditos, per iudicem ſecularem dimittunt impunitos.

Item quòd labores & expen. multis irrationabiliter conferunt prætextu participationum cum excommunicatis.

Item quòd laicis malitioſè vſuras imponūt,vt redimāt eos,&

eos, & coniugatis, tam viris quàm mulieribus, quòd adulteria commiserunt.

Item super abusibus quos facere dicuntur procuratores eorum, & super abusibus quos religiosi faciunt in multis ciuitatibus.

Item super iniuriis, & grauaminibus quos aliqui, vt dicitur, faciunt ratione priuilegiorum eis indultorum.

Item super eo quòd dicitur quòd litigantes in curia ecclesiastica contra officiũ non reperiunt aduocatos: necnõ super oĩbus aliis in quib⁹ eorũ officiales negligẽtes inuenirentur abusi fuisse, vel cõuicti, tã in prędictis quàm aliis, quæ si sciret non permitteret vllo modo, ipsi sunt parati corrigere, & facere corrigi, & emendari pro futuris temporibus tã per statuta sinodalia, & prouincialia quàm per alia quæ poterunt bona remedia salubriter prouidere.

Super aliis verò articulis supplicant dicti prælati quatinus iura ecclesiæ, siue sint de iure, aut per priuilegium, seu compositionem, vel consuetudinem acquisita, placeat domino regi seruare, & defendere, ac etiam confirmare. vbi autem in dictis articulis essent aliqua contra ius priuilegium, consuetudinem, vel cõpositionem, ipsi prælati nolent ea aliqualiter sustinere.

Supplican. eidem domino regi, vt pro Dei honore in statu in quo sui boni prædecessores tenuerunt ecclesiam, ipse eam teneat, & defendat, nec ei faciat aliquam nouitatem. Et placeat ei proclamationes, & inhibitiones factas, scilicet quòd nullus laicus trahat alium laicum coram iudice ecclesiastico reuocare, quia hoc esset omnia ecclesiarum iura tollere.

Et licet in aliquibus locis pro tollerenda eorũ malitia in talibus proclamationibus, seu inhibitionibus, verba quæ sequuntur apponant, videlicet quòd laicus non trahat

T

alium laicum coram ecclesia super casibus pertinentibus ad iudices seculares, seu tēporales, hoc est propter iura ecclesiæ vsurpanda, quia multa pertinēt ad forum laicorum, quæ nihilominus pertinent ad ecclesiasticum. Et sic ius & consuetudo tollerentur, per quæ in electione laici est, quòd possit alios laicos in foro ecclesiæ conuenire.

Item quia tales proclamationes, seu inhibitiones factę, licet etiam essent bene generales, dant occasionem omnimodæ iurisdictionem ecclesiasticā perturbandi, vnde reges Franciæ, quondā semper prohibuerunt tales proclamationes seu inhibitiones fieri, & factas penitus faciebant reuocari, & ad nihilum reduci.

¶ Replica Petri de Cugneriis pro Rege.

POst hęc die veneris sequenti apud Vicenas venerunt prælati coram domino rege ad audiendum responsionem suam, vbi dominus Petrus de Cugneriis, prædictus, proposuit pro domino rege, sic dicendo: Pax vobis, ego sum, nolite timere. & prosecutus est qualiter prælati nō essent turbati de aliquibus quæ esset dicturus, quia intentio domini regis erat seruare iura ecclesiæ, & prælatorum quæ habebant tam de iure quàm consuetudine bona & rationabili, & interseruit inter primam conclusionem & vltimam, & probare voluit quòd causarum ciuiliū non poterat ad ecclesiam cognitio pertinere, quia talia erant temporalia quæ debent pertinere ad temporales, & spiritualia ad spirituales. Et vltra rationes quas aliàs proposuit allegauit. 86. dist. cum ad verū allegauit etiam quòd propter hoc clericis radebantur capita in signum vt temporalia

poralia abiiceret. Et allegauit ad hoc.12.quæst.2.duo sunt genera.

Item dicebat quòd de iure habebant prælati cognitionem in certis casibus in iure expressis. Vnde isti casus faciebant regulam cõtra eos. Ad hoc allegauit de regulis iuris.c.1.ff.de lega.1.l. Titiæ textoris.

Item dicebat quòd ratione peccati non poterat ad eos ptinere, quia decret. Nouit, loquebatur de facto regis Frãciæ qui superiorem non habet, sed in aliis dicebat secus. Tamen istis allegatis dixit & conclusit, quòd dominus rex paratus erat audire informationem eorum qui vellent eũ super aliquibus consuetudinibus informare, & illas consuetudines de quibus esset informatus quæ essent bonæ, & rationales, faceret obseruari.

Qua responsione audita cum non videretur sufficere prælatis, statim dictus episcopus Eduen. respondit pro prelatis in modum qui sequitur, Primo commendans bonam responsionem generalem dixit sic, Laudabitur princeps populi in prudentia sermonis sui Eccle.9.c. Et circa hoc commendauit quantum ad bonam & generalem respõsionem domini regis propositũ, & sermonem prolatũ.

¶ Duplica domini Petri Bertrandi ad prædictam replicam.

QVantum ad illa quæ dominus Petrus dixit, quæ pariebant obscuritatem, & poterant dare materiam aliis dominis temporalibus impediendi iura, & consuetudines ecclesiæ, & quia non erat clara responsio, vt videbatur prælatis. Dixit sic dictus dominus episcopus, dixit mater ad filiũ, fili quid fecisti nobis sic? Et pro-

ſecutus eſt admiratiuè loquendo, & curialiter conquereri do de reſponſione facta, & poſtea reſpondit ad ea quæ dixerat dominus Petrus de Cugneriis. Primò ad.c.cũ ad verum, dixit quòd ſuperius eſt reſponſum de dictione iſta tẽporaliũ, quia poſſunt eſſe in eodẽ ſubiecto, vt ſuperius ꝓbatũ eſt, nec obſtat quòd dicebat idem dominus Petrus ꝙ nõ poſſunt eſſe in eodẽ ſubiecto, quia ea quæ ſunt diuerſa, & ſunt ſub eodẽ genere, vt homo & aſinus nõ poſſunt eſſe in eodẽ ſubiecto, ſed ſi eſſent ſub diuerſis generibus, vt albedo, dulcedo, in lacte bene poſſunt eſſe in eodẽ. Reſpondebatur quòd hoc dictũ nõ erat verũ, quia iuſtitia, & tẽperãtia ſunt duæ diuerſæ virtutes & ſub eodẽ genere ſunt, & tamen ſunt in eodẽ ſubiecto. Præterea iſtæ ſpecies diuerſæ, homo & aſinus non ſe compatiũtur in aliquo, ſed aliæ de quibus agitur ſic.

Itẽ ad illud quod dicebatur de raſura capitis, quod vbi ſunt corona & raſura, corona deſignat excellentiam, & dominium, & raſura ſignificat quòd non debent theſauriſare in temporalibus, ibi cor applicando, ſed tẽporalia debent ſibi ſubiici, nõ ipſi temporalibus. vt in d.c. duo ſunt genera, innuitur & probatur.

Item ad illud quod dicebatur de regula, reſpondebat dictus epiſcopus quòd regula eſt pro eccleſia, vt ſupra per iura probatum eſt.

Item conſuetudo facit regulam pro eccleſia.

Item iura ſemper excipiunt in quocunque dicto conſuetudinem, quare non obſtat dictum ſuum.

Itẽ ad illud quod dicebat de decretali nouit, reſpõdebat dictus epiſcopus, quòd licet in dicta decretali nouit, caſus fuerit in perſona regis, tamẽ ibi expreſſè dicitur in textu, idẽ de quolibet Chriſtiano. Et lex licet loquatur ibi, papæ idẽ tamẽ eſt in aliis epiſcopis in diœceſ. ſuis. 63. di. Valẽtinianus.

Quare conclusit dictus episcopus quòd placeret domino regi magis clarã & magis cõsolatiuã dare respõsionẽ prælatis,ne ab ipsius præsentia recederent contristati,& ne daretur laicis materia,iura & cõsuetudines ecclesię impugnare,quia de ipsius domini regis bona cõscientia nullatenus dubitabant.Et tunc fuit hoc responsum ex parte domini regis,quòd non erat intentionis suæ consuetudines ecclesiæ de quibus sibi constaret impugnare.

¶Responsio regis ad prælatos.

POstmodum die dominica sequenti iterato venerunt prælati ad dominum regem apud Vicenas,& proposuit dominus Senonẽ.vltimam suppositionem factam per prælatos, & vltimã respõsionem factã pro parte domini regis. Quod cũ dominus Bituricẽ.significasset prælatis dominũ regẽ dixisse ꝙ non timerẽt prælati,quia nihil suo tẽpore perderẽt,& quòd defenderet eos in suis iuribus,& cõsuetudinibus,quia nolebat tẽpore suo exemplum dare aliis ecclesiam impugnandi. Quæ verba asseruit ibidem se dixisse,de quibus verbis idem dominus Senonen.nomine prælatorũ regratiatus est domino regi. Secundò dixit idẽ dominus Senon.qđ quædã præconisationes factæ erant in præiudicium iurisdictionis ecclesiasticę,quas supplicabant reuocari.Tunc dominus rex respõdit ore proprio,quòd non erãt factæ de suo mãdato,nec aliquid sciebat,nec eas ratas habebat. Tertiò,dixit quòd de aliquibus abusibus de quibus temporales erant conquesti,taliter ordinauerãt prælati quòd dominus rex & cæteri,merito deberent cõtentari. Quartò,supplicauit sibi quòd vellet eos consolari de benigna sua responsione clariori. Tunc

reſpondit dictus dominus Petrus pro domino rege, quòd placebat regi, ſi prælati emendarent ea quæ eſſent emendenda, & corrigenda. & quòd dominus rex expectaret vſque ad feſtum natiuitatis Domini proximum venturū, infra quem terminum nihil innouaret. Et ſi infra dictum terminum prælati non emendaſſent emendenda, vel correxiſſent corrigenda, dominus rex apponeret tale remedium quòd eſſet gratum Deo & populo. Et ſic prælati receperunt licentiam à domino Rege, & receſſerunt.

FINIS.

Tractatus de Origine

IVRISDICTIONVM, SEV de duabus potestatibus temporali, scilicet & spirituali, à Reuerendissimo in Christo patre domino Petro Bertrãdi, Eduensi episcopo, & sanctæ Romanæ ecclesiæ presbytero Cardinali tituli sancti Clemẽtis, editus.

CHRISTI ac indiuiduę Trinitatis inuocato auxilio hoc opusculum aggredimur. Ad cuius & materiæ euidentiam quærũtur quatuor.

Primò, vtrum potestas secularis, per quam populus regitur quantum ad temporalia sit à Deo.

Secundò, vtrum præter potestatem laicam seu secularem sit, vel esse debeat alia potestas iurisdictionis necessaria, vel expediens ad bonum regimen populi.

Tertiò, vtrum hæ duæ potestates, seu iurisdictiones possint concurrere in vna persona, ita quòd vna & eadem persona habeat vtramque potestatem, seu iurisdictionem.

Quartò, vtrum potestas spiritualis debeat dominari temporali, aut econtrà.

¶Summarium.

1 *Potestas secularis quantum ad temporalia, an sit à* Deo.

2 *Non est potestas, nisi à* Deo.

3 *Potestas & dominium regendi populum est à* Deo, *quan-*

tum ad debitum, non autem semper quantum ad acquisitionem, uel usum.

4 *Deus hominibus rationem dedit, ut ipsi secundum rationem u uant.*

5 *Ars imitatur naturam.*

6 *In naturalibus, inferiora reguntur per superiora, & multitudo per unum.*

7 *In omni potestate ordinata, expediens est, quòd unus principetur, & cætera sint subiecta.*

8 *Deus à principio quo hominem creauit, ut præesset bestiis terræ dedit, non ut homo præesset homini.*

9 *Priuilegia paucorum non faciunt legem communem.*

10 *Modus debitus perueniendi ad potestatem regendi populum, est duplex.*

11 *Potestas iurisdictionis temporalis quantum ad quatuor imperia fuit per uiolentiam usurpata.*

12 *Imperium Assiriorum incœpit à Nembroth.*

13 *Deus non sineret mala fieri, nisi ex malis sciret elicere bona.*

14 *Post imperium Medorum, & Persarum, successit imperium Græcorum.*

15 *Romanorum imperium per potentiam insurrexit, & secularem prudentiam.*

16 *Regnum Israel legitimum habuit initium.*

17 *Authoritas iurisdictionis non potest esse inordinatio, sicut ordo non potest esse inordinatus.*

18 *Potestas non est nisi à Deo, scilicet iubente uel sinente.*

¶ Quæstio prima.

Primò

PRimò,quæritur vtrũ * poteſtas ſecularis 1
per quam populus regitur quantũ ad tẽporalia,ſit à Deo. Et arguitur ꝙ nõ,quia quæ à Deo ſunt,ordinata ſunt, vt dicitur Ro.13.Sed in poteſtate vel au&oritate domini tẽporalis inueniũtur multę deordinationes,vtpote quia puer dominatur ſeni,&ſtultꝰ ſapiẽti, ergo tali poteſtas,ſeu dominiũ,non eſt à Deo.ad hoc facit extr.de elec.c.venerabilẽ.§.1. Item Oſee.8.dicitur ex pſona Domini de malis principibus,Ipſi regnauerũt & non ex me, ergo videtur quòd poteſtas malorũ principũ non ſit à Deo,ad hoc facit.8.q.1.c.audacter.In contrariũ eſt quòd dicitur Roma.13. Non * eſt poteſtas niſi à Deo.23.q.7.c. 2
quid culpatur.& qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.6.q.3.c.qui reſiſtit.quod non eſſet, niſi poteſtas & dominium eſſent à Deo ordinata. Reſponſio.Dicendũ eſt,ꝙ poteſtas * & dominiũ regendi populũ eſt à Deo quantum 3
ad debitum, nõ autem ſemper quãtum ad acquiſitionem, vel vſum,videlicet quãdo malè acquiritur,vel poſt acquiſitionem,homo malè vtitur.Primum patet ſic.

Illud quod eſt debitũ eſſe in hoĩbus ſecũdũ rectã rationẽ,eſt debitũ eſſe in eis ſecndũ diuinã ordinationẽ,quia ad hoc Deus * rationẽ hoĩbus edidit,vt ipſi ſecũdũ ratio- 4
nem viuãt.Sed ſecũdũ rationẽ debitũ eſt poteſtatẽ regiminis eſſe inter hoĩes,ergo illud idẽ eſt ſecũdũ diuinã ordinationẽ. Maior iã patet,ſed minor ꝓbatur,qa illud eſt ſecundũ rectã rationẽ in moribus,ꝙ eſt ſecũdũ cõformitatẽ ad bonitatẽ,quæ eſt ĩ rebus naturalibus, * quia ars imitaĩ 5
naturã.ff.de adop.l.adoptio.Sed poteſtas dominii & regiminis eſt ſecũdũ cõformitatẽ bonitatis q̃ eſt ĩ rebꝰ naturalibꝰ,ergo &c.Minor p ſyllogiſmũ adhuc ꝓbatur,qa * ĩ na 6
turalibꝰ ĩferiora regũtur p ſuperiora,& multitudo per vnũ.

Denique totum vniuerſum ad modum exercitus ordinatur ſub vno principe, qui eſt Deus, vt dicitur.12.Meta. ergo
7 go &c.Item Philoſophus dicit.1.Politico.quòd * in omni poteſtate ordinata naturale eſt, & expediens ꝙ vnus principetur & cætera ſint ſubiecta, ergo in pluralitate hominum debitum eſt, & expediens quòd vnus principetur & cæteri ſint ſubiecti. In hoc autem cõſiſtit ordo & ratio poteſtatis & dominii, ergo poteſtas & dominium ad regendum populum eſt hominibus ſecũdum debitum rationis, & diuinæ ordinationis, ad hoc facit.ff. de origi. iur.l.2.§, nouiſsimè.

Non eſt ergo intelligendum quòd auctoritas iuriſdictionis, ſeu regiminis ſecularis ſit à Deo hoc modo, quaſi Deus à principio quo creauit genus humanum commiſerit alicui hominũ regimen aliorum, aut quòd dederit ſpeciale præceptum, ſeu fecerit ſpecialem ordinationem quis præeſſet aliis. Sed ſolum auctoritas iuriſdictionis, ſeu regiminis ſic eſt à Deo, quia ſecundũ rectam rationem quã Deus indidit homini, debitum & cõueniens temporalem auctoritatem regiminis eſſe inter homines, & quòd ipſi inter ſe de hoc conueniant.

8 Quanuis enim à principio * quo Deus hominẽ creauit, dederit ei vt pręeſſet piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtiis terræ, vt dicitur Gene.1. Tamen nulli hominũ commiſit ſpecialiter dominium ſuper alios homines, nec de hoc fecit ſpeciale præceptũ, nec ſpecialẽ ordinationẽ.

Sic igitur & non aliter auctoritas iuriſdictionis ſecularis ĩter homines eſt à Deo, niſi in aliquibꝰ de quibꝰ Deus ſpecialiter ordinauit, & mandauit quòd præeſſent terræ &
9 genti, vt infra dicetur. Sed * priuilegia paucorum non faciunt legem cõmunem, ſuper quibus vide quòd notat Innoc.extra de foro compe.c.licet ex ſuſcepto. Dico tamen quòd

quòd aſſecutio poteſtatis,ſeu dominii,& vſus, nõ ſemper eſt à deo,videlicet quando modus perueniẽdi ad poteſtatem,ſeu dominiũ vel modus poteſtatis iam adeptæ,vel dominii,eſt malus vel illicitus,de quib⁹ ĩtelligitur illud quod dicitur Oſee.8. Ipſi regnauerũt & nõ ex me,principes extiterunt & non cognoui.

10 Modus * autem debitus perueniendi ad poteſtatem,ſeu auctoritatẽ regendi populũ,eſt duplex, videlicet per hæreditariam ſucceſsionem,& per electionẽ. Sed modus perueniendi per hæreditariam ſucceſsionem non poteſt eſſe primus, qui enim ſuccedet alii non eſt primus, quia ille alius præcedit,igitur primus modus perueniendi debitè ad auctoritatem regiminis eſt per electionem Dei vel hominũ. Et ille qui eſt per ſpecialem electionem Dei rarus fuit, & quaſi priuilegiatus. Ille autem qui eſt per electionem & cõſenſum populi eſt communis.

Omnis autem alius modus perueniẽdi ad auctoritatem regiminis,puta per violentiam potentiæ,vel aſtutiam fraudulentiæ eſt illicitus.Et ſi aduertimus ꝓceſſum ſacræ ſcripturæ inueniemus clarè quòd * poteſtas iuriſdictionis tẽporalis, ſeu ſecularis quantum ad quatuor imperia, videlicet Aſsiriorum & Chaldæorum quantum ad primũ. Medorum & Perſarum quantũ ad ſecundum. Græcorũ quãtum ad tertiũ.Romanorum quantum ad quartũ,non fuerũt à principio legitimè introducta,ſed per violentiã vſurpata.De imperio enim Aſsiriorũ & Caldæorum patet,illud enim incepit à Nembroth, * de quo dicitur Gene.10.ca. quòd ipſe cœpit eſſe potens in terra,& erat robuſtus venator coram domino,id eſt oppreſſor hominum, ſicut ibidẽ exponitur per Magiſtrũ hiſtoriarum & aliquos expoſitores.Vnde per violentiam & oppreſsionem aliorũ ipſe acquiſiuit ſibi regimẽ & imperium,& fuit principium regni 11 12

eius Babylon.& Arach,& Calāne in terra Sēnaar, de qua
egreſſus eſt Aſſur,qui ædificauit Niniuē,vt ī eo.c.dicitur.
De imperio autem Medorū & Perſarū quòd fuerit per
violentiam introductum,patet Danie.5.vbi legitur quòd
interfecto Balthaſar,rege Babylonis,per Cyrum & Dariū
trāſlatum fuit imperium & regimen in Medos & Perſas.
Nec obſtat quòd de Cyro probatū fuerat per Eſa.45.c.
vbi dicitur ſic,Chriſto meo Cyro cuius apprehēdi dextrā,
vt ſubiiciam ante faciem eius gentes,& dorſa regum ver-
tam,ac per hoc videtur quòd ipſe voluntate & auctoritate
Dei,& ſic legitimè ſuccesſit in regnū & imperium, cuius
oppoſitū dictum fuit, ſcilicet quod hoc imperiū vſurpatū
fuit per violentiam,& non legitimè introductum.
Et dicendum eſt ad hoc dupliciter.Vno modo quòd Cy
rus nō ſuccesſit primus in imperiū,ſed Darius, de quo au-
ctoritas Eſaiæ loquitur.Et ſic prima introductio illius im
perii fuit per ſolā violentiam vſurpata.Solutio,quia ſecun
13 dum beatū Auguſtinū Deus * cum ſit ſummè bonus non
ſineret mala fieri,niſi ex malis ſciret elicere bona. Et quia
Deus præuidit quòd Cyrus adepto imperio permitteret fi-
lios Iſrael exire de captiuitate,& redire in Hieruſalem ad
cultū Dei, quod fuit valde bonū, & ceſsit ad magnā glo-
riam Dei.Et ideo permiſit quòd veniret ad imperium, li
cet per violentiā & vſurpationem, quia ad hoc ſecuta ſunt
duo bona,ſcilicet interfectio regis Balthaſar, qui vaſa do
mini expoſuit ad bibendum cōcubinis ſuis,vt legitur Da
nie.5.c.& liberatio populi dei,de captiuitate Babylonica.
Auctoritas ergo Eſaiæ.45.c.ſuperius allegata, qua dicitur
Chriſto meo Cyro &c.nō eſt intelligenda,quòd ipſe au-
ctoritate Dei obtinuit imperium,ſed per eam datur intel-
ligi īpotentia reſiſtendi in Balthaſar,& regibus ſibi adhæ-
rentibus, & ordinatio Dei deliberatione populi, quod ſa-

tis innuit textus illius.c.vbi dicitur, Accinxi & non cognouiſti me, vt ſciant &c.quaſi dicat, accinxi te fortitudine ad bellum contra regem Babylonis, & auxiliatores eius, ſed tu non cognouiſti me, quia in bellando non habuiſti oculum ad Deum, ego tamẽ totum ordinaui ad liberationem populi mei. Et ſic illa auctoritas non arguit quòd Cyrus fuerit legitimè adeptus imperium.

Poſt imperium Medorum & Perſarum ſucceſsit imperium Græcorum, non * per viam legitimam electionis, vel 14
hæreditariæ ſucceſſionis, ſed per merã violentiam potentiæ & armorum, ſicut clarè patet in principio primi libri Machabæorum, vbi dicitur quòd Alexander rex Græcorum percuſsit Darium regem Perſarum & Medorum, & conſtituit prælia multa, & interfecit reges terræ, & ſic obtinuit imperium.

De imperio autem Romanorũ clarè patet ex Chronicis & diuerſis hiſtoriis, quòd * ſimili modo inſurrexit per po 15
tentiam & ſecularem prudentiam. Ex quibus patet quòd poteſtas ſecularis quãtum ad quatuor imperia ſibiinuicem ſuccedentia, non fuit à principio legitimè introducta, ſed per violẽtiam vſurpata. In ſignum huius hæc quatuor imperia, ſeu regna oſtenſa ſunt Danieli in viſione ſub ſimilitudine, non hominum, ſed beſtiarũ, quia non inſurrexerunt per viam rationis, ſed impetu ſenſualitatis quantum ad primam ſui originem.

Si autem proceſſu temporis hæc regna reducta ſunt ad ſtatum legitimum, oportet quòd hoc fuerit accedente cõſenſu populi expreſſo vel interpretatiuo.

De regno * autẽ Iſrael legimus ꝙ habuit legitimũ ini- 16
tium. Saul enĩ primus rex fortè fuit electus auctoritate domini, vt ex cõſenſu populi, eo autẽ reprobato ꝓpter inobedientiã electus fuit Dauid à Deo, & vnctus per Samuelẽ,

vt legitur.1.Reg.16.c.& filii eius succeſſerunt ei in regnũ ex ordinatione Dei.

Ad rationes reſpondendũ eſt, & iam patet de facili reſponſio ad primam rationẽ,quia quanuis acquiſitione poteſtatis & iuriſdictionis,& in eius vſu vel abuſu poſsit eſſe deordinatio,tamen in ipſo ordine ſuperioritatis & ſubie-
17 ctionis in quo conſiſtit dominium,& auctoritas * iuriſdi ctionis non poteſt eſſe inordinatio,ſicut ordo non poteſt eſſe inordinatus,quia iam non eſſet ordo.

Ad ſecundam reſponſum eſt in corpore ſolutionis. Ratio autem in oppoſitũ ſolum probat quòd poteſtas iuriſdictionis eſt inter homines à Deo,inquãtum Deus indidit hominibus rationem,per quam debitum eſt in hominibus eſſe talem poteſtatem per bonum regimen eorum.

Canoniſtæ aliter reſpondent ad hanc rationem,&ſic cũ
18 dicitur quòd * nõ eſt poteſtas,niſi à Deo, intelligas iubente vel ſinente.26.q.5.nec mirum. Sic reſpondetur in dicto cap.audacter.

¶Summarium.

1 *An præter poteſtatem laicã ſit, uel eſſe debeat alia iuriſdictionis poteſtas neceſſaria,ad bonum regimen populi.*

2 *Pluralitas poteſtatuum diſpartitarum, quarum una non continetur ſub alia,arguit pluralitatem principatuum.*

3 *Populo ſufficit,quòd uiuat uirtuoſè.*

4 *Poteſtas iuriſdictionis ordinatur,ut homines arceantur à malis,& inducantur ad bonum.*

5 *Principes non ſunt timor boni operis, ſed mali.*

6 *Per uirtutes morales, & acquiſitas, poteſt regi & dirigi uita præſens mortalis & politica.*

7 *Vita fideliũ non ſolùm tendit ad bona & mala præſentis uitæ,imò principaliter ad bona futura.*

Nolite

8 *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animā autem non possunt occidere.*

9 *Potestas secularis nihil nouit de donis & præmiis uitæ futuræ.*

10 *Origo potestatis ecclesiasticæ immediatè fuit à Christo, non secularis.*

11 *Potestas spiritualis non solùm in se est legitima, sed etiam quantum ad suam primam acquisitionem, quod non potest sic de imperio dixi.*

12 *Potestas principatus secularis subest potestati ecclesiasticæ.*

13 *Non debet sufficere quòd populus Christianus uiuat uirtuosè, quantum ad uirtutes morales & politicas, sed etiā quod secundum uirtutes theologicas.*

Quæstio secunda.

SEcundò quæritur, vtrum * præter potestatem laicam vel secularē sit vel esse debeat alia potestas iurisdictionis necessaria, vel expediens ad bonum regimen populi? Et arguitur quòd non, quia pluralitas principatuūm non est bona, vt dicitur. 12. Meta. in fine. Sed pluralitas * potestatum & iurisdictionum dispartitarum, quarum vna non continetur sub alia, arguit pluralitatē principatuū, quorū vnus nō est sub alio, ergo talis pluralitas nō est expediens neque bona, ideo præter potestatem secularem, de qua in præcedenti quæstione dictū est, non oportet aliam ponere quæ non sit ei subiecta, vel econuerso. 1 2

Item * sufficit populo quòd viuat virtuosè, sed ad hoc sufficit potestas secularis, quæ per pœnas & præmia, & per leges intendit homines facere bonos & virtuosos, & operatores bonorum, vt scribitur. 2. Ethic. & ff. de iusti. & iure. l. 1. § . 1. In contrarium est quòd Christus dedit Petro & Apostolis potestatem excommunicandi. Matt. 18. dicens, 3

Qui ecclesiam non audierit sit tibi tanquam ethnicus & publicanus.2.q.1.c.si peccauerit,cũ ibi notatis. Et subdit, Amen dico vobis,quęcũque ligaueritis super terrã erunt ligata & in cœlis,& quæcunque solueritis super terram erunt soluta & in cœlis.24.q.7.c.quodcunque.23.q.3.cap.si hæres.50.dist.c.vt constituerentur.20.distin.propè finem. de maior.& obed.cap.solite.ad finem.

Hæc autem potestas data Apostolis ad bonum regimẽ populi est alia à potestate seculari, ergo &c. Responsio, videndũ est primò ad quid ordinatur potestas iurisdictionis,& ex hoc secundò apparebit propositum.

4 Quantum ad primũ,sciendum est quòd * potestas iurisdictionis ad hoc ordinatur,vt homines arceãtur à malis, & inducantur ad bonũ.1.Pet.2.dicitur de potestate iurisdictionis,quod est ad vindictã maleficiorum,laudẽ verò bonorum.4.dist.c.factæ sunt leges.& ad Ro.13. Vis timere po

5 testatem, bonũ fac & habebis laudem ex ea: * nam principes nõ sunt timor boni operis,sed mali. Ex hoc ad propositum dicendũ est quòd si bona ad quæ facienda hoĩes debent induci,& mala à quibus hoĩes debent arceri,pertinẽt solũ ad præsentem vitã ciuilem & politicã,tunc sufficeret ad regimen populi potestas iurisdictionis secularis,nec ali-

6 qua alia esset necessaria,cuius ratio est,quia * per virtutes morales & acquisitas,& maximè per prudentiã & iustitiã,q̃ debẽt esse ĩ rectore,potest sufficiẽter regi & dirigi vita præsens moralis & politica,sic præcisè accepta:sed hæc possũt & debẽt inesse principi seculari habenti potestatẽ regendi populũ quantũ ad præsentẽ vitam ciuilẽ & politicã, ergo ꝓter potestatẽ secularẽ nulla alia potestas est necessaria ad regẽdũ populũ in vita ciuili & politica sic præcisè accepta.

7 Sed quia * vita fidelium & Christianorum non tendit solum ad bona & mala præsentis vitæ, imò principaliter

tendit

tendit ad bona futuræ vitæ,&ad ea acquirẽda ordinat omnia bona vitæ præſentis, ſecundum illud Matth.7. Primũ quærite regnum Dei,& iuſtitiam eius.

Summe etiam horret inter omnes pœnas illam quam poſt mortẽ corporis,anima & corpus finaliter timent perpetuò in gehẽnam . Vnde Matth.1.dicitur,Nolite * time- 8
re eos qui occidunt corpus,animã autem non poſſunt occidere:timete eum qui poteſt animã & corpus mittere in gehennam. Et idem habetur Luc.12.&.11.q.3.c.nolite. 23. q.6.in princ.31.q.2.c.Lotharius. de pœni.diſt.2.c. dudum ſanctam.verſicu.ſic eſt regnum Dei. Ideo inter fideles & Chriſtianos ne exorbitent à fine quem intendunt, & ſi errauerint in via reducantur ad eam, neceſſaria eſt poteſtas ad quam pertineat eos ad finem prædictũ dirigere, & deuiantes corrigere, & ad rectam viam reducere,non ſolùm exhortationibus,ſed pœnis congruentibus.

Et quia ad hoc non ſufficit poteſtas ſecularis * quæ de 9
ſe nihil nouit de donis & præmiis vitæ futuræ, nec de meritis ſeu demeritis quæ ad eã perducũt, ſeu abducũt,ideo præter eam inter Chriſtianos neceſſaria eſt alia poteſtas ſpiritualis quam Chriſtus verus Deus & verus homo dedit beato Petro,quando ei cõmiſit regimẽ vniuerſalis eccleſiæ.Ioan.vlti.c.Et prius promiſerat dicens, Et tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cœlis.Matth.16. Et differt * hæc 10
poteſtas quantum ad ſuam primam originẽ à poteſtate ſeculari, quia origo huius poteſtatis fuit à Deo immediatè, videlicet à Chriſto tradente eã certæ perſonæ,ſcilicet Petro pro ſe & ſuis ſucceſſoribus,à quibus deriuatur in alios. Poteſtas autem ſecularis non fuit à principio ſic inſtituta, ſed modo quo dictum eſt ĩ prima quæſtione in corpore ſolutionis,quanuis in quibuſdam regnis,& maximè in regno

Iudææ fuit aliquid simile, vt dictum fuit in fine eiusdem
11 quęstiōis. Vnde sequitur quòd potestas * spiritualis, & ecclesiastica nō solùm est in se legitima, sed etiā quātum ad suam primā acquisitionē, quod nō potest dici de prima acquisitione potestatis secularis, saltem quātum ad imperiū.

Ad primū argumentū dicendū est, quòd pluralitas principatuum, quorū vnus nō subest alteri, nō est bona, sed nō
12 est sic ī ꝓposito, qa * īter omnes Christianos potestas principatus secularis subest aliquo modo potestati iurisdictionis spūalis & ecclesiasticæ, vt patebit in sequētibus, igitur.

13 Ad secundū dicendū est, quòd * non debet sufficere populo fideli, qualis est populus Christian⁹, quòd viuat virtuosè quātum ad virtutes morales & politicas (de quibus loquuntur morales Philosophi) sed oportet quòd viuat secūdum virtutes theologicas, quæ dirigunt actus fideliū & Christianorum ad vitam beatam, de qua vita & virtutibus theologicis ad eam dirigētibus, nihil nouit ratio nouitatis, nec potestas secularis super ea fundata.

¶Summarium.

1 *An duæ iurisdictiones ecclesiastica, uidelicet & secularis possint in una, & eadem concurrere persona.*
2 *Duæ species eiusdem generis proximi se non compatiuntur in eodem subiecto.*
3 *Secularis iurisdictio cadit in Cæsarem, & spiritualis in prælatos uices Dei in terris gerentes.*
4 *Deus soluit tributum Cæsari, ratio subiicitur, nu. 32.*
5 *Spiritualis potestas non cadit in principem secularem.*
6 *Officia debent esse impermixta, alioquin sequitur confusio.*
7 *In primitiua ecclesia Petrus sententiam tulit contra fures.*
8 *Potestas secularis, & ecclesiastica possunt eidem personæ competere.*
9 *Ad homines prudentes iudicare pertinet.*

Prudentia

Prudentia & iustitia sunt propriæ uirtutes principis.
10 *Salomon ut dignè posset iudicare, petiit à domino sapiẽtiam.*
11 *Virtus non opponitur uirtuti, imò qualibet uirtus quodammodo iuuatur per aliam.*
12 *Moyses quòd habuerit potestatem spiritualem probatur.*
13 *Moyses constituit.70.uiros qui iudicarent populum.*
14 *Machabæorum tempore regnum ad sacerdotum est reductum.*
15 *Papa & plures alii prælati habuerunt utranque iurisdictionẽ.*
16 *Clerici possunt habere feuda à principibus, & eis facere homagium.*
17 *Tripliciter aliqua possunt pertinere ad aliquã iurisdictionem.*
18 *Omnes Christiani cuiuscunque conditionis, uel status, subsunt iurisdictioni ecclesiasticæ.*
19 *Papa an posit aliquos eximere à iurisdictione ecclesiastica.*
Iurisdictio ecclesiastica, an ad omnes actiones personales etiam laicorum se extendat.
20 *Cuius est considerare finem, eiusdem est iudicare de his quæ debent ordinari ad finem.*
21 *Temporalia ordinantur ad spiritualia.*
22 *Paulus excommunicauit fornicatorem notorium.*
23 *Quilibet Christian⁹ utrique iudicio est subdictus, uni ut ciuis, alii ut Christianus.*
24 *Ecclesia quare non semper sit usa utraque potestate.*
A principio quo reges Franciæ fuerunt Christiani, ecclesia liberius est iure suo usa.
25 *Omnes ecclesiæ non habuerunt, nec habent eosdem usus, & cõsuetudines.*
26 *Per consuetudinem potest alicui acquiri ius iudicandi de feudo alterius.*
27 *Priuilegium propriè dictum est, illud quod continet specialem gratiam alicui, præter uel contra ius commune concessum.*
28 *Reges Franciæ per suas ordinationes prohibuerunt ne ecclesia*

impediatur in executione iurisdictionis, quæ ei competit de iure uel consuetudine.

29 *Excōmunicationis sententia fertur contra impedientes iurisdictionem, quæ competit ecclesiæ de iure uel de consuetudine.*
Vix credibile est, quòd qui dēt sua, qui conātur auferre aliena.

30 *Imperatores aliqui, iudicia omnia, ecclesiæ concesserunt.*
In omnibus naturis per se subsistētibus est repugnantia essendi in eodem subiecto.

31 *Idem homo, potest simul habere omnes uirtutes morales.*

32 *Auctoritas illa, Reddite Cæsari quæ sunt Cæsaris, exponitur.*

33 *Iurisdictio spiritualis respicit finem ultimum, uidelicet salutem æternam.*

34 *Ars considerat illud quod est ad finem.*

35 *Sanctus Ludouicus rex Franciæ ordinauit quod stans in excōmunicatione per annum, cōpellatur ad se absolui faciēdum.*
Christus quomodo dicatur abiecisse à se potestatem tēporalē.

36 *Minora debent committi minoribus, & maiora supremis.*

37 *Summum opus Dei fuit, nos instituere de fide sua & redemptione nostra, per ipsum facienda.*
Christus non negauit se esse regem.

38 *Christus quando dicatur potestate, seu iurisdictione temporali usus.*

39 *Quando Petrus etiam sit illa usus, ponitur.*

40 *Verè utraque potestas apud ecclesiam remansit.*

41 *Iurisdictio tēporalis, nullo modo ad spiritualia se extendit.*

Quæstio tertia.

1 Ertiò quæritur * hæ duæ potestates, seu iurisdictiones posſint concurrere in vna persona, puta quòd vna & eadem persona habeat vtrãque potestatem, seu iurisdictionē. Et videtur quòd nō, quia duę * species eiusdē ge-
2 neris

neris proximi nõ se compatiuntur in eodẽ subiecto, sicut homo & asinus, albedo & nigredo, sed hæ duæ potestates & iurisdictiones sunt duæ species eiusdẽ generis proximi, ergo non compatiuntur se in eadem persona. ad hoc facit ff. pro suo. l. si in alia. circa princi. ibi, cum dicit, neque enĩ idem & pro suo & clam possidere potest, & quod ibi notatur, ad idem facit quod legitur. 22. q. 2. ca. cum humilitatis. 32. q. 2. c. cum renunciauit. Item Matth. 22. dicit Christus, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. 23.. q. 8. c. sed in morte. &. c. conuenior. extra de cleri. coniug. c. ex parte. In quo videtur innuere diuisionem prædictarum iurisdictionum, spiritualis, videlicet & temporalis, & personarum in quas cadunt, quia * temporalis 3
cadit in Cæsarem, spiritualis verò in prælatos, qui sunt vices Dei in terris. Igitur prædictæ duæ iurisdictiones non debent esse in eadem persona.

Item Christus qui spiritualem potestatem dedit ecclesiæ in Petro, & in successoribus eius, abiecit à se omnem potestatem secularem. Vnde cuidam dicenti sibi, Magister, dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem. Respondit, O homo, quis cõstituit me iudicem, & diuisorem inter vos? Luc. 12. c. Et cum populus vellet eum facere regem, fugit. Ioan. 6. c. Item coram Pilato dixit, Regnum meũ non est de hoc mundo. Ioan. 18. 24. q. 3. §. 1. Item * ipse soluit tribu 4
tum, vt legitur Matthæi. 22. 11. q. 1. cap. magnum, quod nõ fecisset si fuisset dominus temporalis.

Nõ videtur autem probabile, quòd ipse dederit maiorẽ potestatẽ Petro & ecclesiæ, quàm in seipso voluit habere: ergo Christus nullã potestatẽ temporalem dedit ecclesiæ. Cõstat autẽ * quòd spiritualis potestas nõ cadit ĩ princi- 5
pem secularẽ, ergo istæ duæ potestates, seu iurisdictiones nõ sunt in eadẽ persona iuste. Itẽ primæ Petri. &. d. c. ma-

gnum dicitur: Subiecti estote omni humanæ creaturæ pp̄ter Deum, siue regi tanquā præcellenti, siue ducibus tanquā ab eo missis. Ex qua auctoritate videtur quòd tota tēporalis potestas pertineat ad solos reges & principes seculares. Item istud idem cauetur lege imperatorū, qua dicitur sic: Magna enim dona à Deo collata sunt, sacerdotium & imperiū, sacerdotium vt diuinis, imperium vt humanis præesset. In corpore authen. quo opo. epis. ad or. perdu. in princi. colla. 1. Ad idem legitur in canone auctoritas sacra scriptura pontificum, & regalis potestas huius mundi gubernacula regunt. dist. 26. c. duo sunt quippe. Igitur à principio potestas ecclesiæ se extendit solum ad diuina & spiritualia. Potestas verò secularis ad temporalia. Et isti sunt termini antiqui qui nō debent transgredi, secundum illud Prouerb. 22. & 9. q. 2. c. 1. cum seq. Nec transgrediaris termi

6 nos antiquos, quos posuerunt patres. Item * officia debēt esse impermixta, alioquin sequeretur confusio. Sed aliud est officium spiritualis iurisdictionis, & aliud est officium iurisdictionis temporalis, ergo hæ duæ non debent misceri in eadem persona, ad hoc facit extra de præb. c. cum singula. 89. dist. c. singula. 16. q. 2. c. presbyteros.

7 In contrarium arguitur sic, * quia in primitiua ecclesia, & quasi in initio ipsius nascentis ecclesiæ, Petrus dānauit sententialiter pro crimine furti, quod est crimē ciuile, Ananiam & Saphyrā, pœna mortis temporalis, quæ est pœna ciuilis. Et sic videtur quòd potestas data Petro, & ecclesiæ, extendat se ad delicta ciuilia & ad pœnas ciuiles, & nō solùm ad spiritualia. Responsio. Ista quæstio nō est dubia quantū ad istud, quod prima facie quæritur, videlicet vtrū potestas secularis & ecclesiastica possint simul eidem personæ conuenire vel cōpetere, quia certum est quòd sic, vt manifestè declarabitur. Sed aliqua argumenta statim facta arguendo

arguendo ad quæstionẽ, implicant vnũ quod est apud aliquos dubiũ. Vtrũ videlicet potestas iurisdictiõis ecclesiasticæ se extẽdat aliquo modo ad ea q̃ subsunt iurisdictiõi seculari, sicut sunt actiones personales laicorũ, & mixtæ.

Quãtum ad primum quod quæritur principaliter, dicendum est quòd vtraque * potestas secularis & ecclesiastica 8
possunt eidẽ personæ cõpetere, sed potestas, seu auctoritas iurisdictionis spiritualis, & temporalis sunt huiusmodi, quia nullam oppositionem, vel repugnãtiam habent, ergo possunt eidem personæ cõpetere. Maior de se patet, sed minor probatur, quia * ad homines qui per prudentiam 9
& scientiam sciunt humana facta bona vel mala rectè discernere, & per iustitiam debitè ordinare, præmiando bona, & puniendo mala pertinet de aliis iudicare, & hoc est verum, tam secundum Philosophiam moralem, quæ dicit quòd prudẽtia & iustitia sunt propriæ virtutes principis, q̃ secundũ sacram scripturã, quæ de sapientia iudicandi, dicit Sapiẽ.6.c. Diligite viã iustitiæ, omnes qui præestis populis. Et Salomõ * vt dignè posset iudicare populũ, petiit 10
à domino sapientiã, vt dicitur.3.Reg.3.c. De iustitia verò dicitur Sap.1. Diligite sapientiam qui iudicatis.

Sapientia autẽ, seu prudentia, tam de diuinis q̃ de humanis cognoscẽdis, & de eis ordinãdis nõ habent inter se oppositionẽ, quia * virtus nõ opponitur virtuti secundũ mo 11
rales Philosophos, & secundũ veritatẽ, imò quælibet virtus quodãmodo iuuatur per aliã, & ꝑpter hoc habẽt inter se quãdã cõnexionẽ saltẽ adminiculatiuã, ergo auctoritas, seu potestas spũalis & secularis iudicãdi, tam de spũalibus q̃ de tẽporalibus, non habent inter se aliquã oppositionẽ, seu repugnantiã, quin possint rationabiliter eidẽ personæ conuenire, imò vna iuuatur & fulcitur per aliam. Ad hoc facit quod legitur in Psalmo, Quàm dilecta, ambulabunt

de virtute in virtutem. de pœni.dist.2.c.dum sanctã.versi. sed quidã.& videtur quod notatur.32.q.5.ca.ita ne aliqua.

Secundò,patet de auctoritatibus sacræ scripturæ, accipiendo exẽpla in ea scripta quæ tradita sunt nobis,vt auctoritas similia faciendi. Quæcũque enim scripta sunt,ad nostram doctrinam scripta sunt,sic dicit Apostolus ad Roma.15.c. Et ideo omittendo paganos & infideles, qui sunt foris & extra ecclesiam,de quibus nihil pertinet ad nos iudicare,sicut dicit Apostolus.1.ad Corinth.5.c.Loquamur de iurisdictione,quæ est & debet esse ĩter fideles & Christianos,& fuit in populo Dei,ex eo tẽpore quo dominus præcepit Moysi,vt educeret populum de terra Aegypti:& inueniemus quòd pro tanto tẽpore,quo Moyses vixit & eduxit filios Israel de terra Aegypti vsque ad Iordanem, quadraginta annis,ipse præfuit in iurisdictione, tam spirituali quàm temporali,ita quòd in eadem persona Moysi cõcurrit vtraque auctoritas.

12 Quod * enim habuerit potestatẽ spiritualẽ patet ex pluribus locis legis veteris,in quibus legitur quòd ipse sacrificia obtulit domino & Aaron,ac filios eius cõsecrauit in sacerdotes.

Quod autem fuerit dux & princeps populi habens plenitudinẽ iurisdictionis totius in populũ Dei, quantum ad tẽporalia,patet in veteri lege ĩ Exodo,Leuitico,Num. & Deutero.in quibus nullus legitur iudicasse populũ in tem
13 poralibus nisi Moyses,vel substituti per eũ,videlicet * 70. viri.de quibus legitur Nume.11.c.& alii,de quibus legitur Exo.18.c.Et sic patet quòd officium sacerdotis non exclusit Moysen ab officio iudicis in temporalibus, sed potius reddidit eũ magis idoneũ tanquã magis familiarẽ Dei,cuius est omne iudiciũ.Itẽ Samuel ꝓpheta simul fuit sacerdos & princeps populi in tẽporalibus, sicut apparet ĩ.1.lib.

Reg.

Et quādo populus petiuit regem, diſplicuit domino, & dixit, Non te abiecerunt, ſed me ne regnem ſuper eos.

Nouiſsimè vero tempore Machabæorum reductum eſt regnum ad ſacerdotes: & iidem fuerunt pontifices & reges, ſeu duces populi, habentes regimen tam in temporalibus quàm in ſpiritualibus, ſicut legitur primo, & ſecundo Machabæorum. Reductum eſt regnum ad ſacerdotes: Iuda Machabæo, Ionata, & Simonem, & Ioan. filio Simonis: qui in omnibus tam ſpiritualibus quàm temporalibus præfuerunt populo Dei.

Ex quibus apparet quod dicitur, quòd prælati qui habēt iuriſdictionem temporalem, nec de temporalibus iudicare multum diſſonat à ſcriptura veteris teſtamēti. Scriptū eſt enī Deuteronomii 17.c. extra, qui filii ſunt legiti.c. per venerabilem.

Sit difficile & ambiguum apud te iudiciū, inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram. Surge & aſcende ad locum quem elegerit dominus Deus tuus: & venies ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæréſque ab eis, qui iudicabunt tibi, iudicii veritatem, ſequeríſque eorum ſententiā. Et ſubditur, qui autem ſuperbierit nolens ſacerdotis imperio obedire, & decreto iudicis, morietur homo ille.

Ecce quàm manifeſtè dicit quòd ad ſacerdotem pertinebat iudicare, non ſolùm inter lepram & lepram, quantum ad cærimonialia & irregularitatem legis, ſed inter ſanguinē & ſanguinem, quātum ad cærimonialia, & inter cauſam & cauſam, quantum ad ciuilia.

Veniamus autem ad nouum teſtamentum, & ad legem euangelicam, & inueniemus idem. Conſtat enim quòd à tempore Conſtantini plures prælati * papa, videlicet & 15
alii habuerunt non ſolùm poteſtatem iuriſdictionis ſpi-

ctioni ecclesiasticæ. Cuius ratio est. Nam scriptũ est Ro. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Nõ est enim potestas nisi à Deo. Inter Christianos enim duplex est potestas, temporalis scilicet & spiritualis, siue secularis & ecclesiastica, & vtraque est à Deo secundum modum in præcedentibus expositum: & ideo vtrique potestati subsunt Christiani, sed differenter, quia potestati tẽporali, vel seculari, subsunt Christiani, quia inter Christianos potest esse, & est, & fuit illa potestas legitima, sed solum vt ciues. Potestati autem spirituali & ecclesiasticæ subsunt vt Christiani & fideles, quia potestas illa fundata est super fidem per Christum nobis traditã. Igitur omnes Christiani & fideles, viri & mulieres, clerici & laici, reges & principes subsunt iurisdictioni spirituali & ecclesiasticæ. Et cũ prædictã iurisdictionẽ habeat papa sine limitatione loci & personarũ, ideo omnes Christiani vbicũque sint, debent ei obedire. Cæteris verò prælatis, episcopis & archiepiscopis, & patriarchis in territoriis, seu diœcesibus sibi commissis, tenentur obedire omnes Christiani manentes in eis. Et ideo Clemens papa dicit, & habetur extra de maio. & obe. c. omnes, quòd oẽs Christiani principes terræ, & cæteri hoĩes episcopis obedire debẽt, vt B. Petr⁹ præcipiebat. Ab hac tamen obediẽtia, seu subiectione, papa * qui est supremus in ecclesia, põt aliquos eximere, & 19
sic patet ꝙ omnis Christian⁹ cuiuscũq; stat⁹ vel cõditionis existat, subiect⁹ est iurisdictiõi spũali seu ecclesiasticę.

Vtrum * autem iurisdictio ecclesiastica, seu spiritualis, 20
extendat se ad omnes actiões personales omnium Christianorum, nõ solùm clericorum, sed laicorũ. Dicendum est quòd de se & iure suo extenditur ad cognoscendũ & iudicandũ de omnibus peccatis, nõ solũ de illis quæ sunt cõtra articulos fidei & sacramẽta, in quibus principaliter

fundatur religio Chriſtiana,ſed etiam de omnibus pecca tis mortalibus,quod patet primo ratione irrefragabili,ſic.

20 Cuius * eſt conſiderare finem,eiuſdem eſt iudicare de his quæ debent ordinari ad finem,quia ratio eorum quæ ordinantur ad finem ſumitur ex fine. Debet enim intendens aliquod bonum finem eligere, & ea quæ ſunt congrua fini:& tollere ea quæ finem impediunt. Verbi gratia. Medicus conſiderat ſanitatem corporum,& certè ſuum eſt iudicare de iis quæ ſeruãt ſanitatem, & de his quæ eam impediunt, vt ab eis abſtineatur. Et conſimiliter eſt in omnibus.

Sed corpus ordinatur ad animã etiã ſecũdũ gẽtiles Philoſophos,& tẽporalia ordinãtur ad ſpiritualia,& oẽs actiones Chriſtianorum debent ordinari ad conſequendam vitam æternam tanquam noſtrum finem vltimum, ſecundum fidem catholicam in ſacra ſcriptura traditam,ergo cuius,vel quorum eſt cõſiderare de ſalute animæ & de ſpiritualibus, ſicut eſt prælatorum curam & regimen animarum habentium,vt ſunt papa & alii epiſcopi,& archiepiſcopi,eorum eſt iudicare de actionibus perſonalibus hominũ, per quas poſſunt deuiare à ſalute ſua,peccando contra quamcunque materiã,ſiue contra articulos fidei & ſacramenta,ſiue cõtra bonos mores:peccando in ſeipſum,vel in proximũ, verbo,vel facto, ſeu quocũque alio modo,& in hac ratione fundatur.c.nouit.extra de iudi.

Secundò patet ex authoritate domini Matthæi 18. vbi dicit ſic, Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum,ſi te audierit,lucratus eris fratrem tuum, ſi te non audierit,adhibe tecũ vnum vel duos teſtes, vt in ore duorum,vel trium,ſtet omne verbum,quòd ſi non audierit,dic eccleſię. Si autem eccleſiam non audierit,ſit tibi tanquam ethnicus & publicanus,id eſt excommunicatus.

Et

Et constat quòd loquitur de iurisdictione ecclesiæ quã habent prælati. Nam ibidem subditur, Amen dico vobis quæcunque ligaueritis super terrã erunt ligata & in cælo. Igitur sine vlla dubitatione ad ecclesiam pertinet iure sibi à Deo collato cognoscere, & iudicare de quocũque pecca to. Vnde beatus Paulus * excõmunicauit fornicatorẽ no- 22
torium, vt legitur primo ad Corinthios quinto. 24. q. 7. c. audiuimus, circa medium. Cùm igitur peccata contingãt circa actiones personales hominum, & circa contractus, de omnibus his pertinet ad ecclesiam iudicare, maximè si intentetur actio per modum iniuriæ, vel cuiuscunque alterius peccati, tam inter laicos quàm inter clericos, vel inter laicum & clericum quicũque eorum sit actor vel reus.

Nec in prædictis potest dici quòd reus trahatur extra forum suum, quia omnes Christiani. inquantum Christiani sunt, pertinent ad forum ecclesiæ, vt supra dictum est. Et hoc est quod expressè dicitur in Canone. 11. q. 1. c. quæcunque. vbi dicitur sic, Quæcunque contentiones inter Christianos ortæ fuerint ad ecclesiam deferantur, & ab ecclesiasticis viris terminentur. Et si obedire noluerint, quousque obediant à liminibus ecclesiæ excludantur.

Nec propter hoc eneruatur iurisdictio principum secularium, qui de actionibus & cõtractibus subditorũ suorũ, videlicet laicorum, habent cognoscere, & etiam iudicare, & quæ prædicta iurisdictio eis non aufertur nec impeditur. Si enim actor voluerit poterit reũ trahere ad iudiciũ seculare, & tũc iudex laicus cognoscet. Si autẽ vult eũ trahere ad iudiciũ ecclesię, potest pręcipuè intẽtãdo actionẽ iniuriæ vel peccati: quia * quilibet laicus Christianus est 23
vtrique iudicio subiectus siue subditus, vni vt ciuis, alii vt Christianus. Et quælibet potestas potest in eũ exercere iudiciũ suũ, si ad illud euocetur. Sed in optione actoris est

reuocare reũ ad hoc vel ad illud iudiciũ, & nõ ad vtrũq;. Et sic potest intelligi illud quod habetur in decretis dist. 21.c.1.vbi dicitur quòd Christus cõmisit beato Petro iura cælestis ĩperii & terreni,& qui hoc priuilegiũ Romanę ec clesiæ detrahit,in hęresim labitur,& hæretic⁹ est dicẽdus.

Verũ quãuis hoc sit ius ecclesiæ sibi à Deo collatũ,tamẽ
24 ipsa nõ semper vsa * est isto iure,nec vbique,partim ad vitandũ scandalũ,ne putaretur quòd ecclesia magis quæreret emolumentũ pecuniæ quàm correctionẽ vitiorũ,partim propter malitiã aliquorũ tyrãnorũ in quorum terris plures ecclesiæ sunt fundatæ, qui propter suã violentam potentiam non permiserunt ecclesiã vti iure suo. Sed in regno Frãciæ Christianissimo,in quo fuerũt reges ecclesiæ deuoti à principio quo fuerunt Christiani, ecclesia liberius vsa est iure suo,& tanto plus liberius quanto plus appropinquat sedi regni.

Sic igitur patet primum, scilicet quantum extendit se iurisdictio spiritualis ad aliqua quæ videntur pertinere ad iurisdictionem temporalem.

Quantũ ad secundum,scilicet quantum extendit se ex
25 vsu,& consuetudine,nõ potest vno verbo dici,quia non * omnes ecclesię habuerunt nec habent eosdem vsus & con suetudines. Sed quædam vtuntur pluribus, quædam verò paucioribus.

Verũtamẽ si vsus ille cõsistat circa actiones personales, & cõtractus,modo quo supradictũ est,nõ est ĩ hoc acquisitio iuris noui,cũ hoc cõpetat ecclesiæ iure suo, vt statim dictũ est. Sed est executio iuris primi dati à deo,quod fuit forsitã quãdoque impeditũ,& postea expeditũ, vel saltem non impeditũ quantũ ad executionẽ,vel est executio iuris prioris,quia nihil prohibet aliquid competere ecclesiæ duplici iure. Si autẽ vsus ille sit circa actiões merè reales,

vt dicitur

vt dicitur esse in quibusdam ecclesiis,paucis tamen.

Sed dicendum est quòd ad hoc cõsuetudo potest in talibus locum habere,& dare iurisdictionem,sicut expressè dicitur extra de iudi.c.nouit.vbi dicitur sic,

Nõ enim intẽdimus iudicare de feudo cuius ad ipsum, scilicet regẽ spectat iudiciũ,nisi forte iuri cõmuni per speciale priuilegiũ, vel contrariam cõsuetudinem aliquid sit detractũ.Igitur * per cõsuetudinem potest alicui acquiri 26
ius cognoscendi & iudicandi de feudo alterius. Alioquin si frustra poneretur illa exceptio nisi forte.

Et fortiori ratione potest consuetudo locum habere in aliis merè realibus non feudalibus.Istas rationes proposui ego Petrus Bertrandi coram domino rege Philippo, qui nũc est in illa persecutione quam habuit tũc ecclesia Gallicana,quæ tamẽ per Dei gratiam sopita fuit sine scãdalo.

De qua propositione habes sup.in tractatu proximè inserto,in secunda tam generali quàm particulari respõsione prælatorum ad articulos laicorum.

Nũc restat vidẽdũ de tertio,videlicet quid cõpetat ecclesiæ ex speciali priuilegio,seu cõcessione.Et notãdũ est priuilegiũ * propriè dictũ esse illud quod cõtinet specialẽ 27
gratiã concessam alicui contra,vel præter ius cõmune,& isto modo ecclesia nõ indiget priuilegio humano quantũ ad iurisdictionem in spiritualibus & in delictis,& in quibuscũque actionibus personalibus,seu cõtractibus in quibus potest notari peccatũ,quia hãc habet à Deo sicut patet ex his quæ dicta sunt in primo articulo huius quæstionis.Et ideo nõ indiget ꝙ ab alio cõcedatur ei,sed quia executio hui⁹ iuris pluries & in pluribus locis impedita fuit.

Si aliqui deuoti reges,aut principes,ordinauerũt & statuerũt,quòd ecclesia nõ impediretur in executione huius iuris,talis ordinatio põt largo modo vocari priuilegiũ,nõ

ex eo quòd conferat ius,ſed quia tollit impedimentũ exe cutionis iuris debiti. Et ſi eccleſia gallicana dicit ſe habere plura priuilegia à regibus Frãciæ, ſancto Ludouico,& Phillippo eius filio, & fratre dicti Ludouici, qui omnes per ordinationes & ſtatuta ſua, prohibuernnt ne eccleſia impediatur ĩ executione iuriſdictionis,quæ ei cõpetit de iure vel cõſuetudine,rex etiã Franciæ in coronatione ſua iurat,ſeu promittit ſe ſeruaturum eccleſiis ſui regni priuilegium canonicum,in quo includitur quòd ſeruetur iuriſdictio eccleſiæ,quæ competit ei, nõ ſolùm de iure, ſed de conſuetudine, quia canones decernunt conſuetudinẽ
29 approbatã habere vim iuris. Et ſententia * excõmunicatiõis fertur cõtra impediẽtes iuriſdictionẽ quæ cõpetit eccleſiæ de iure vel de cõſuetudine antiqua, extra de immu.eccle.quoniam vt intelleximus, lib.6.

De iuriſdictione autem in cauſis merè realibus quãuis ipſa competet quibuſdam eccleſiis,paucis tamen ex conſuetudine vt ſupradictum eſt. Tamẽ quòd competat alicui eccleſię ex priuilegio cuiuſcũq; principis,vel domini temporalis,ignoro,aut vix concedo pro moderno tempore,quia cum ipſi conentur auferre eccleſiæ iuriſdictionem quam habet à Chriſto in omnibus peccatis,& per conſequens in omnibus actionibus circa quas poteſt intentari actio peccati. Vix eſt credibile quòd ipſi dent ſua qui co-
30 nantur auferre aliena. Verumtamẽ * Theodoſius & Carolus magnus,imperatores,temporibus ſuis omnia iudicia eccleſiæ conceſſerunt,vt habetur.11.q.1.c.quicunque. &.c.ſequẽti. Et allegatur per Inno.extra de iud.c.nouit. quãuis poſtea talia fuerĩt abrogata. Et videtur circa hoc quod legitur & notatur extra de foro compe.ca.ex tranſmiſſa.&.c.ex tenore.& quod notatur in dicto.c.licet.

Et ſic patet quòd iuriſdictio ſpiritualis & temporalis poſſunt

possunt rationabiliter eidem personæ competere, & quòd sola iurisdictio spiritualis extendit se ad omnes Christianos tam clericos quàm laicos quantum ad omnes actiones personales in quibus potest inueniri ratio peccati. Et sic vsa est ecclesia ĩ regno Frãciæ, & est priuilegiata quòd non impediatur vti iurisdictione in iis quæ competunt ei de iure vel consuetudine.

Ad rationes in oppositum respondendum est. Ad primã cum dicitur quòd duæ species eiusdẽ generis proximi nõ compatiuntur se in eodem subiecto, vt homo, asinus, albedo, & nigredo. Dicendum est quòd ista ratio deficit in se, & facientes eam contradicunt sibiipsis. Deficit quidem in se, quia maior non est vera vniuersaliter, sed solum in illis in quibus ex speciali ratione inuenitur repugnantia essendi simul. Verbi gratia. In omnibus naturis per se subsistentibus est repugnantia essendi in eodem subiecto, quia quælibet ex natura sua nata est constituere proprium subiectũ suppositum, vt homo & asinus.

Item in oppositis est repugnantia ex natura oppositionis: & ideo in quocunque genere inuenitur oppositio inter aliquas species, omnes species illius generis sunt incompassibiles, sicut patet in albedine & nigredine, & de omnibus coloribus mediis, quia omnes habent oppositionẽ inter se saltem imperfectam. His autem exclusis species generis proximi possunt esse simul in eodem, vt patet de virtutib⁹ tam moralibus quàm intellectualibus. Potest enim idem* homo simul habere omnes virtutes morales, tempe- 31
rantiã, fortitudinem, iustitiam, & sic de aliis: imò qui habet vnam perfectæ & completę habet omnes, sicut patet ex 6. c. Ethicorũ. & in moralibus supra allegatis.

Cum igitur potestas regiminis tam spiritualis quàm temporalis innitetur, vel saltem debeat inniti virtuti, maximè

prudētiæ & iustitiæ quæ debent esse in rectore, patet quòd istæ potestates decenter possunt eidem inesse. Item qui fecerunt istam rationem dixerunt quòd episcopi & archiepiscopi qui habent ducatus, comitatus, & baronias ex fundatione ecclesiarum suarũ, vel ex propria hæreditate, seu ex acquisitione, bene possunt habere iurisdictionem temporalem, & constat quòd habent temporalẽ, ergo habent vtramque simul. Igitur aut non sunt duæ species eiusdem generis proximi, cuius oppositum dicunt in minore propositione, aut duæ species eiusdem generis possunt simul esse in eodem subiecto, cuius oppositum assumunt in maiore propositione, & sic quotcunque dato semper sibi cōtradicunt.

32 Ad secundam rationem dicendum est, cum dicitur * quòd in illa authoritate domini, Matthæi.22. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Innuitur diuisio prædictarum iurisdictionũ, & distinctio personarũ in quas cadunt. Dicendum est, quòd secundum veritatem textus euangelii, intentio Christi nō fuit in illo loco facere distinctionem prædictarum iurisdictionũ, nec signare personas in quas cadũt, sed respōdere tentatiuè quæstioni Iudæorum, qui cum reputarent se solos esse de populo Dei, aliis existētibus paganis & idolatris, non credebāt aliqui eorum quòd tenerentur ad soluendum censum Cæsari pagano imperatori, sed immunes esse à cēsibus & tributis, quia vacabāt cultui Dei veri, & ideo cum herodianis, qui erant de gente imperatoris, venerũt ad Christum, proponentes ei hanc quæstionem, Licet dare tributũ Cæsari, an non? vt si diceret non, accusarent eum apud imperatorem. Si diceret sic, eũ accusarēt apud principes sacerdotum, tanquam dicentem contra libertatem cultus Dei. Iesus autem sciens nequitiã eorum, ostenso sibi nummismate

mate census insculpto imagine Cæsaris,respondit: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari,& quæ sunt Dei Deo,id est Cæsari cēsum sibi debitum, & Deo cultum in oblationibus & sacrificiis,secundum ritum legis.loquebantur ergo de redditione debitorum,& non de diuisione iurisdictionum,aut personarum in quas cadunt.

Sed dato sine veritatis præiudicio,quòd loqueretur de diuisione iurisdictionum,tunc secundum eorum expositionem per hoc quod dicitur: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari,& quæ sunt Dei Deo,intelligitur iurisdictio prælatorū.Sed constat quòd iurisdictio est suprema,& ad omnia se extendit,& ab ipso omnis iurisdictio principū secularium dependet.Nō enim potestas est nisi à Deo. Ro.13. ergo iurisdictio prælatorum,quàm in terris exercent vice Dei,est suprema inter omnes,& ad omnia se extendit, & ab ipsa omnis alia iurisdictio depēdet,quod aduersarii inuite concederent.

Nec ad præsens volumus hoc asserere simpliciter, & absolutè. Sed tantùm asserimus quòd * cùm iurisdictio 33 spiritualis, quam habet ecclesia à Christo respiciat finem vltimum, videlicet salutem æternam, propter quam acquirendam, & ne eam perdamus, Christus prædictam potestatem dedit ecclesiæ in beato Petro & successoribus eius. Iurisdictio autem principum secularium se extendit solùm ad bona & mala præsentis vitæ ciuilis,quæ omnia inter Christianos debent ordinari ad futuram vitam,sicut ad finem.

Consequēs est quòd spiritualis iurisdictio ecclesiæ se habet ad iurisdictionem secularem,sicut ars quæ considerat finem,se habet ad artem quæ cōsiderat illud quod ordinatur ad finem, puta militaris ad equestrem, & equestris ad freni contractiuam,siue rectiuam.

Conſtat autem quòd ars quæ conſiderat finem imperat arti, quæ conſiderat illud quod eſt ad finem, ſicut ars militaris quæ conſiderat victoriam, imperat equeſtri, & ſimili-
34 ter eſt in aliis, vt dicitur primo Ethicorum, ergo * poteſtas iuriſdictionis ſpiritualis habet imperare poteſtati iuriſdictionis temporalis, & illi tenetur obedire in caſu ſuo. Verbi gratia. Aliquis laicus iuſtè excommunicatus per eccleſiam, cõtemnit excommunicationem longo tempore, nec vult redire ad gremium eccleſiæ, certè eccleſia poteſt præcipere domino temporali ſub cuius dominio excommunicatus manet, quòd cõpellat eum per captionem bonorum, & etiam perſonæ ſi neceſſe fuerit, vt ſatisfaciat, & redeat ad obedientiam eccleſiæ. Et ſi dominus temporalis recuſat hoc facere, poteſt & debet excommunicari. Vn-
35 de ſanctꝰ Ludouicus ſtatuit, quòd * ſi aliquis maneret excommunicatus per annum, quòd compelleretur per gentes regias ad faciẽdum ſe abſolui: & hoc in pluribus partibus regni Franciæ obſeruatur quotidie.

Ad tertiam rationẽ de Chriſto qui abiecit à ſe, vt dicũt, omnem iuriſdictionem temporalem, dicendum eſt quòd qui dicit Chriſtum non habuiſſe omnem poteſtatem ſecularem, ſeu temporalem & ſpiritualem, cõtradicit eius verbo, Matthæi vlti. c. vbi legitur Chriſtum dixiſſe, Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Et Apocalypſis primo dicitur, Princeps regum terræ. Sed bene contingit quòd habens poteſtatem, & authoritatem iuriſdictionis, non vtitur ea in propria perſona, nec decet quantum
36 ad omnia, imò * minora debent committi minoribus, & mediocria mediocribus, & maiora ſupremis, ſicut conſultum fuit Moyſi, Exod. 18. quòd conſtitueret iudices qui minora & faciliora iudicarent tantummodo, & difficiliora remitterent Moyſi iudicanda. Et Apoſtoli dixerunt in

actibus.6.c.Nõ est æquum nos derelinquere verbum dei, & ministrare mensis,& per hũc modum Christus,licet haberet omnem potestatẽ,tamen * summum opus ad quod 37
venerat fuit instituere nos de fide sua, & de redemptione nostra per ipsum faciẽda:propter quod circa ista quasi totaliter vacauit, dimittendo minora quæ per alios fieri poterant.

Et ideo paruipendit dictum illius qui petebat diuidi hæreditatem inter se & fratrem suũ.Lucæ.12. quia ad minores poterat recurrere. Fugit etiam cum populus vellet eum facere regem.Ioan.6.c.propter duo.

Primò,quia cum ipse rex esset ex se, noluit hoc regnum habere ab hominibus,neque per homines.

Secundò,vt nobis qui puri homines sumus daret exemplum fugiendi honores mundi, quando conferuntur intuitu cõmodi temporalis. Sicut turbæ voluerunt Christũ facere regem, quia pauerat eos quinque panibus & duobus piscibus.

Quod autem dixit coram Pilato, Regnum meum non est de hoc mundo,non negauit propter hoc se esse regem, imò postea expressè concessit, & confessus fuit. Nam cum Pilatus dixisset ei, ergo rex es tu?respondit, Tu dicis, quia rex sum ego.Ego enim in hoc natus sum,&ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Nec dixit regnum meum non est in hoc mundo,cum regnum eius sit in cœlo, & in terra:sed dixit, Regnum meum non est de hoc mundo, quia nec electione mundana, nec successione humana fuit rex, sed vnione beata, quanuis parũ aut quasi nihil vsus fuerit iurisdictione temporali.

Et dico parum, * quia quando fecit flagellum de funi- 38
culis,& eiecit emẽtes & vendentes de templo, & nummulariorum mensas euertit,videtur fuisse vsus potestate, seu

iuriſdictione temporali. Vnde & Iudæi dixerũt ei, Dic nobis in qua poteſtate hoc facis?

Veruntamen quia principaliter venerat nos redimere, & ſaluare, quaſi omnes actus eius verſabantur circa eruditionem noſtram, & pauci, aut nulli circa exercitium cuiuſcunque iuriſdictionis, non quòd vtramque poteſtatem non haberet, ſed vt ſaluti noſtræ totaliter intenderet, ſicut dicitur Ioan. 3. Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Expleto autem ſacramento noſtræ ſalutis per mortem Chriſti & eius reſurrectionem, Chriſtus commiſit Petro regimen eccleſiæ tantum quantum neceſſarium erat & expediebat, cum regimine eccleſiæ.

Et quia vtraque poteſtas temporalis & ſpiritualis eſt ad hoc neceſſaria, ideo vtramque poteſtatem contulit Petro. Et de poteſtate quidem ſpirituali nullus Chriſtianus dubitat. De poteſtate autem temporali patet Actuum. 5. ca. vbi legitur, quòd Petrus damnauit iudicialiter Ananiã & Saphyram pro crimine furti & mendacii.

39 Raro autem, aut nuſquã legitur alibi * quòd ipſe Petrus fuerit vſus hac poteſtate temporali, quia propter paucitatem credentium ſuper quos fuit ſibi data poteſtas, intentio Petri, & aliorum Apoſtolorum, & diſcipulorum, fuit ad conuertendum alios ad fidem per prædicationẽ & miraculorũ operationem, ſicut dicitur Mat. vlt. c. Illi autem ꝑfecti prędicauerunt vbique domino cooperãte, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Multiplicatis autem fidelibus per conuerſionem gẽtilium, tam principũ, quàm
40 ſubditorum, vere * remanſit vtraque poteſtas, vel remanere debuit apud eccleſiam. Quia cuius eſt iudicare de fine eiuſdem eſt iudicare de iis quæ ordinantur ad finem, vt ſupra dictum eſt.

Quod

Quod autem dicitur vlterius, quòd Christus soluit tributum, patet ex textu euãgelii ibidem, quòd Christus nõ soluit tanquam debitum, imò antequam solueret declarauit Petro se non esse debitorem tributi. Soluit tamẽ ipsum ad euitandum scandalum, vnde dixit: Ne autẽ scandalizemus eos, &c. Ad illud quod postea dicitur: Subiecti estote omni humanæ creaturæ, &c. dicẽdum est quòd beatus Petrus non loquitur de subiectione vnius ad alterum quo ad iurisdictionem, quia sic oporteret quẽlibet esse subiectũ cuilibet quo ad iurisdictionem, & econuerso quantũ ad Christianos, quib' omnibus loquitur dicẽs: Subiecti estote omni humanæ creaturæ, quod est absurdũ, scilicet quòd idẽ respectu eiusdem sit dominus & subditus. Sed loquitur de subiectione quo ad meritũ humilitatis, quæ apud omnes debet seruari, magis tamen respectu regũ & ducũ, & aliorum qui in sublimitatem constituũtur. Et sic respondet, & bene, Inno. extra de iudi. c. nouit.

Ad aliud dicendum est, quòd tam sacerdotium quàm imperium sunt à Deo per modum in præcedentibus expositum. Sacerdotium quidem, vt præesset diuinis & spiritualibus, quantum est de prima & principali intentione sacerdotii. Sed quia diuina & spiritualia perturbantur, & quandoque impediuntur per abusum hominum circa temporales.

Ideo ad sacerdotiũ secundario, & ex consequenti pertinet impedimẽta, & perturbatiões tollere, & ĩpeditores, ac perturbatores ferire gladio spirituali. Et isti sunt veri termini iurisdictionis spiritualis & tẽporalis ecclesiæ, quos transgredi non licet, quia * iurisdictio tẽporalis nullo modo se extendit ad spiritualia, de quibus nihil nouit. 41

Iurisdictio verò spũalis se extẽdit ad actiões hoĩm circa tẽporalia, quæ ordinãtur ad spũalia tãquã ad finẽ, quaten'

abuſus hominum circa ea poteſt impedire finem.

Ad vltimum cum dicitur, quòd officia debent eſſe impermixta, alioquin ſequeretur confuſio.

Dicendum eſt quòd illud habet locum quando plures intromittunt ſe ſimul de eodem negotio, quod non eſt in propoſito, quia de ſpiritualibus nullus poteſt ſe intromittere niſi iudex eccleſiaſticus. De temporalibus verò non intromittunt ſe ſimul iudex ſecularis, & iudex eccleſiaſticus, quia nullus pro eadem cauſa debet ſimul trahi ad diuerſa iudicia, ſed in optione actoris eſt recurrere ad vnum eorum, & ille ſolus habet tunc cognoſcere de illo negotio & iudicare, & ſic nulla eſt confuſio.

¶Summarium.

1 *Poteſtas ſpiritualis, an debeat dominari temporali.*

2 *Papa & imperator à ſolo Deo habent poteſtatem.*

3 *Poteſtas ſpiritualis, multotiens indiget temporali.*

4 *Chriſtus commiſit uices ſuas ſummo pontifici.*

5 *Poteſtas ſpiritualis, debet omni creaturæ humanæ dominari.*

6 *Dominus non uideretur diſcretus fuiſſe, niſi unicum poſt ſe uicarium reliquiſſet.*

7 *Tenor extrauagantis Bonifacii papæ octaui, per quam diffinit, omnem humanam creaturam de neceſſitate ſalutis ſubeſſe Romano pontifici, inſeritur.*

8 *Qui in poteſtate Petri, gladium eſſe denegat, uerbum domini non attendit.*

9 *Spiritualis poteſtas, terrenam poteſtatem inſtituere habet, & iudicare ſi bona non fuerit.*

10 *Spiritualis homo, iudicat omnia, ipſe autem à nemine iudicatur.*

11 *Quare epiſcopi caput inungatur.*

12 *Poteſtas non ratione temporis maior iudicatur, ſed potius ratione*

ratione dignitatis.

13 *Dominium duplex est, unum iure diuino, aliud iure humano.*

14 *Propriæ omnes creaturæ, proprietates, res, & possessiones, in nullius bonis sunt, nisi Dei.*

15 *Regnum de gente in gentem transfertur, propter iniustitias, iniurias, contumelias, & dolos.*

16 *Dominium aliud est legale, aliud humanum.*

17 *Dominium rerum, legale, uel humanũ, humanæ creaturæ fuit à Deo collatum.*

18 *Iuregentium dominia sunt distincta, non introducta.*

19 *Dominium legale uel humanum, prout erat in communi, non debet dici iurisgentium, sed diuini.*

20 *Ex causa quis priuatur iure suo, aut rei suæ dominio.*

21 *Dominium diuinum est apud Deum.*

Quæstio quarta.

QVartò quæro, Vtrum * potestas spiritualis 1
debeat dominari tẽporali? Et videtur quòd nõ, quia iurisdictiones sunt distinctæ, vt in authenti. quomodo oportet episcopos &c. in princip. colla. 1. de consecratio. distin. 3. cap. celebritatem. in fine. Non ergo papa debet se intromittere de potestate temporali, sed debet tẽporalia dimittere imperatoribus, regibus, & aliis dominis temporalibus. 8. distinct. cap. quo iure. argu. extra qui filii sint legit. c. lator. & cap. causam. aliàs poneret falcem suam in messem alienam. de electio. cap. venerabilem, quod non est faciendum. 5. quæst. 3. cap. primo.

Præterea secundum Hugo. Imperator * à solo Deo 2
habet potestatem in temporalibus. Papa verò in spiritualibus, & sic iurisdictiones sunt distinctæ, vt dicunt primæ cõcordantiæ. Et licet imperator coronam recipiat à pa-

pa, gladium tamen ab alteri recipit. 93. distin. ca. legimus. Et etiam ante fuit imperium quàm apostolatus.

3 Propterea potestas * spiritualis ĩdiget tẽporali multotiens. 23. q. 5. ca. administratores. ergo non dominatur ei.

Præterea si spiritualis dominaretur temporali, haberet dominium temporalium. Sed dominium earundem rerum non potest esse simul & semel insolidum eodem tempore apud plures. ff. commo. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ergo nullus alter haberet dominium, quod est falsum, ergo &c.

4 Cõtrarium videtur, nam Christus * commisit summo põtifici vices suas, vt habetur Mat. 16. c. & 24. q. 1. c. quodcũque. Sed Christo data erat omnis potestas in cœlo & ĩ terra. Matt. 28. ergo summus põtifex, qui est eius vicarius. habebit hanc potestatem, extra de translat. epis. c. quanto.

5 Respõdeo & dico quòd * potestas spiritualis debet dominari omni humanæ creaturæ, per rationes quas Hosti. induxit in summa, qui filii sint legit. §. qualiter & à quo. Item quia Iesus Christus filius Dei, dum fuit in hoc mundo, & etiam ab æterno, naturalis dominus fuit, & de iure naturali in imperatores, & quoscunque alios depositionis sententias ferre potuisset & damnationis, & quascunque aliàs, vtpote in personas quas creauerat, & donis naturalibus & gratuitis dotauerat, & etiam conseruabat, & eadem ratione, & eius vicarius potest.

6 Nam non videretur discretus dominus fuisse (vt cum reuerentia eius loquar) nisi * vnicum post se talem vicarium reliquisset, qui hæc omnia posset. Fuit autem iste vicarius eius Petrus. Matthæi. 15. vltra medium.

Et idem dicendum est de successoribus Petri cum eadẽ absurditas sequeretur si post mortem Petri humanam naturam à se creatam sine regimine vnius personæ reliquisset.

518

ſet.arg.ad hoc qui filii ſint legiti.cap.per venerabilem.vltra medium.De hoc not.Inno.in.c.licet. de foro compe. Et ideo Bonifacius octauus motus multis aliis efficacibus rationibus,& exẽplis, & auctoritatibus ſacræ ſcripturæ, declarauit,dixit,& definiuit ſubeſſe Romano põtifici omnem humanam creaturam de neceſsitate ſalutis, vt in Decretali,vnam ſanctam.Extrauaganti in titul. de maio. &obed.quam de verbo ad verbum in fine huius opuſculi inſerere curaui,quoniam elucidat & declarat materias huius quartæ quæſtionis.

¶ Tenor Extrauagantis Bonifacij papæ octaui, per quam omnem humanam creaturam Romano põtifici ſubeſſe de neceſſitate ſalutis,oſtenditur.

VNam * ſanctam eccleſiã catholicam,& ipſam Apoſtolicam , vrgente fide credere cogimur & tenemur, nóſque eam firmiter credimus & ſimpliciter confitemur, extra quam non eſt ſalus, nec remiſsio peccatorum. Sponſo in Canticis proclamante, Vna eſt columba mea,perfecta mea, vna eſt matri ſuæ electa, genitrici ſuæ, quæ vnum corpus myſticum repræſentat, cuius corporis caput Chriſtus, caput Chriſti verò Deus, in qua eſt vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma, vna nempe fuit tempore diluuii archa Noe,vnam eccleſiam præfigurans, quæ in vno cubito conſeruata, vnum videlicet Noe gubernatorem habuit & rectorem, extra quam omnia ſubſiſtentia ſuper terram legimus fuiſſe deleta. 7

Hanc autẽ veneramur,& vnicã,dicẽte domino in propheta, Erue à framea Deus animã meã,& de manu canis

vnicam meam. Pro anima enim, id eſt pro ſeipſo capite orauit & corpore, quod corpus vnicam, ſcilicet eccleſiam nominauit, propter ſponſi fideíque ſacramentum & charitatis eccleſiæ vnitatem. Hæc eſt tunica domini inconſutilis quæ ſciſſa non fuit, ſed ſorte peruenit. Igitur eccleſiæ vnius & vnicæ, vnum corpus, vnum caput, nō duo capita, quaſi monſtrum Chriſtus, videlicet Chriſtíque vicarius Petrus, Petríque ſucceſſor, dicente domino ipſi Petro: Paſce oues meas. Meas, inquit generaliter, non ſingulariter has & illas, per quod commiſiſſe intelligitur ſibi vniuerſas.

Siue ergo Græci, ſiue alii ſe dicant Petro, eiúſque ſucceſſoribus non eſſe commiſſos fateantur, neceſſe eſt ſe de ouibus Chriſti non eſſe, dicente domino in Ioanne, Vnū ouile, vnum & vnicum eſſe paſtorem. In hac eiúſque poteſtate duos eſſe gladios, ſpiritualem, videlicet & temporalem euangelicis dictis inſtruimur. Nam dicentibus Apoſtolis, Ecce duo gladii hic in eccleſia, ſcilicet cum Apoſtoli loquerentur, non reſpōdit dominus nimis eſſe, ſed
8 ſatis. Certè * qui in poteſtate Petri temporalem gladium eſſe negat, malè verbum attendit domini proferētis, Conuerte gladium tuum in vaginam.

Vterque ergo in poteſtate eccleſiæ, ſcilicet ſpiritualis gladius & materialis, ſed is quidem pro eccleſia, ille verò ab eccleſia exercendus. Ille ſacerdotis, is manu regum & militum, ſed ad nutum & patientiam ſacerdotis. Oportet autem gladium eſſe ſub gladio, & temporalem auctoritatem ſpirituali ſubiici poteſtati. nam cum dicat Apoſtolus, Non eſt poteſtas, niſi à Deo, quæ autem à Deo ſunt, ordinata ſunt. Non ordinata eſſent, niſi gladius eſſet ſub gladio, & tanquam inferior reduceretur per alium in ſuprema. Nam ſecundum beatū Dionyſium, lex diuinitatis

eſt

eſt infima per media in ſuprema reduci.

Non ergo ſecundum ordinem vniuerſi omnia æquè ac immediatè,ſed infima per media,& inferiora per ſuperiora ad ordinem reducuntur. Spiritualem autem & dignitate & nobilitate terrenam quamlibet præcellere poteſtatem,oportet tanto clerius nos fateri, quãto ſpiritualia temporalia antecellunt.

Quod etiã ex decimarum datione, & benedictione, & ſanctificatione ex ipſius poteſtatis acceptione,& ipſarum gubernatione claris oculis intuemur.Nam veritate teſtante, * ſpiritualis poteſtas terrenam poteſtatem inſtituere habet,& iudicare ſi bona non fuerit,ſic de eccleſia & eccleſiaſtica poteſtate verificatur vaticiniũ Hieremiæ. Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & regna,& cætera quæ ſequuntur. Ergo ſi deuiat poteſtas terrena, iudicabitur à poteſtate ſpirituali,ſed ſi deuia ſpiritualis minor, à ſuo ſuperiori,ſi verò ſuprema à ſolo Deo,non ab homine poterit iudicari,teſtante Apoſtolo, Spiritualis * homo iudicat omnia,ipſe autem à nemine iudicatur.Eſt autem hæc auctoritas, & ſi data ſit homini, vt exerceatur per hominem,non humana,ſed potius diuina ore diuino data Petro,ſuiſque ſucceſſoribus in ipſo Chriſto, quem confeſſus fuit petra firmata, dicente domino ipſi Petro, Quodcunque ligaueris &c.

9

10

Quicunque igitur huic poteſtati à Deo ſic ordinatæ reſiſtit,Dei ordinationi reſiſtit,niſi duo,ſicut Manichæus fingat eſſe principia,quod falſum & hæreticum iudicatur. Quia teſtante Moyſe,Non in principiis,ſed in principio Deus cœlum creauit & terram. Porro ſubeſſe Romano pontifici omnem humanam creaturam declaramus, dicimus,& definimus omnẽ eſſe de neceſſitate ſalutis.Datum Lateran.14.Decemb.pontificatus noſtri anno.8.

Ad argumentum in cõtrarium respondeo. Ad primum cum dicitur quòd iurisdictiones sunt distinctæ &c. dicit Hostien. sic. Ego iurisdictiones assero, & vtranque à Deo ꝓcessisse, vt dicta authen. quomodo oportet episc. Tamen quãto altera magis Deo appropinquat tãto maior, ergo sacerdotiũ maius, quod probatur ex ordine scripturæ dictæ authen. Et sic intellige ꝙ non multũ discrepant sacerdotium & imperium, vt ĩ authẽ. de non alie. & permuta. reb. eccle. § si minus. coll. 2. Non multum discrepant quo ad principiũ vnde procedunt, sed multum discrepãt quo ad

11 maioritatẽ. Inde est quòd caput * episcopi inungitur, sed armis regis, & episcopus chrismate, rex oleo, vt sciatur ꝙ episcopus est vicarius capitis nostri, id est Iesu Christi.

Et vt ostendatur quanta sit differentia inter auctoritatem pontificis, & principis potestatem. extra de sacra vnctio. c. 1. versi. vnde in veteri testamento. Et eodem modo respondetur ad secũdam oppositionem. Et quod dicitur ante fuisse imperium quàm apostolatum, hoc nõ facit ad

12 propositum, quia * potestas nõ ratione temporis dicitur maior, sed ratione potius dignitatis.

Nam & si Andreas primus venit ad fidem quam Petrus, prælatus est tamen Petrus Andreæ, cum in Apostolorum cathalogo semper Petrus quasi præcipuus præmittatur, non quòd Petrus sit prior, siue potior tempore, sed potior dignitate.

Ad tertium argumentum dico quòd licet, vt supra dictum est, omnis humana creatura subsit papæ, & sic potestate spirituali, non tamen sequitur quòd habeat dominiũ omnium rerum temporalium.

13 Ad cuius declarationem est sciẽdum quòd est duplex * dominium, est enim quoddam dominium iure diuino, quoddam aliud iure humano. 8. distinct. cap. quo iure. Diuinum

uinum dominium est illud quod est apud Deũ supra omnem creaturam. Ipse enim Deus creator est omnium vniuersorum, qui enim manet in æternum creauit omnia simul. Item in Genesi.ca.1. In principio creauit Deus cœlum & terram. Et vide de hoc quod legitur & notatur. C. de summa trinita. & fide catho. l. 1. isto iure diuino. Domini est terra & plenitudo eius. in Psalmo, de decimis. c. tua nobis. & dicto. c. quo iure.

Istud dominium est verum dominium simplex & absolutum, & vnus est dominus omnium creaturarum Deus, & ideo propriè * loquendo, omnes creaturæ proprietates 14
res & possessiones, & bona alia in bonis nullius sunt verè absolutè & propriè nisi Dei. Circa quod dominium dicit Hostiensis de voto, & vo. redemp. c. quod super, in magna glo. versicu. mihi tamen videtur sic. Mihi videtur quòd in aduentu Christi omnis honor & omnis principatus, & omne dominium & iurisdictio de iure, & ex iusta causa per illum qui supremam manum habet, nec errare potest, omni infideli substracta fuerunt, & ad fideles translata, quod hic iusta causa probatur. Ecclesiast. 10. Regnum * 15
de gente ad gentem transfertur, propter iniustitias & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos, quòd hoc factum sit, probatur de constitu. cap. translato. & hoc in persona Christi filii Dei viui, qui non solùm sacerdos fuit, sed & rex. Lucæ primo. Ecce concipies &c. vsque, & regni eius non erit finis. Vnde & ipse dixit Matthæi. 21. Auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructum eius.

Huius autem regni & sacerdotii principatum perpetuũ cõmisit filius dei Petro, & successoribus eius, vt patet ĩ eo quòd legitur & notatur de homi. c. pro humani. lib. 6. & c. per venerabilẽ. qui filii sint legit. § . rationibus per totum. & maximè in versiculo finali. Et de tali dominio diuino,

dico quòd omnis temporalis potestas est subiecta spirituali, & debet potestas spiritualis potestati temporali dominari.

16 Aliud * est dominium, quòd secundum legistas vocatur legale dominium, & ita nominat Accursius.ff. de verborum significationibus.l.rectè. Secundum verò Canonistas vocatur humanum. vt in dicto cap.quo iure. De isto legali vel humano dominio, dicit Innocen.sic, quòd est ius quod ad aliquem spectat vel acquiritur de iure naturali, vt sunt dominia, obligationes, & huiusmodi &c. innuens expressè quòd rerum dominia, & obligationes, sunt de iure naturali, id est de iuregentium. Non autem à iure ciuili, vel imperatore, vt actiones, vt.ff.de iustit. & iure.l.ex hoc iure. institu. de rerum diui.§.ferè. Ita notat Innocen.de constitu.cap.quæ in ecclesiarum. & Compostellanus dicit ibidem, quòd à iuregentium descendunt dominia.

Sed per leges principum distinguuntur modi per quos rerum domini acquiruntur.ff.de acquirend.rerum domi. per totum. & institu.de rer. diuisi.per totum. & sic intelligit quod legitur.8.distinct.cap.quo de iure. Et sic concordant in hoc quòd dominia sunt de iure gentium. Vi-
17 detur mihi quòd * dominium rerum legale, vel humanum, fuit à Deo collatum humanæ creaturæ, & non fuit ab initio introductum iure gentium vel ciuili. Nam Deus omnia quæ creauit fecit propter rationabilem creaturã, & omnia subiecit rationabili creaturæ. Gene.1.c.

Et sic reseruato sibi vniuersali, & vero dominio omniũ creaturarum huius dominii vtilitatem concessit ab initio humanæ creaturæ quo ad vsum, quod videtur intelligere Accursius.C. de iure do.l.in rebus, super verbo naturaliter. vbi dicit, quòd iure primæuo non distinguebãtur dominia,

domínia nisi quantum ad vsum,&c.Vnde ante ius gentium omnia fuerunt communia quousque iure gentium vsibus primorum parētum appropriarentur,vt vnusquisque quod suum esset sciret.

Vnde lex dicit quòd * iure gentium dominia sunt distincta,non dicit introducta,vt dicta.l.ff.de iustitia & iure.l.ex hoc iure.Cum enim iure gentium diuidantur dominia,sequitur quòd ante diuisionem erāt dominia communia.argu.ff.communi diui.l.4.circa principium,cum ibi notatis.Vnde ex concessione diuina vtilitatis dominium causatur quoddam legale vel humanum, quod respectu veri dominii diuini non dicitur dominium, sed in se consideratum dicitur verum. 18

Istud * vero dominium legale,vel humanum,prout erat in cōmuni nō debet dici iurisgentiū,sed diuini,prout vero cuilibet appropriatur vel acquiritur hoc dominium sic consideratum,est iure gentium.Et tale dominium nō est apud papam tantùm, sed apud omnes qui iustè acquirunt,& ex quo semel acquisitū est,non licet papæ vel alicui alteri auferre vel occupare sine iusta causa, quia esset cōtra ius naturale,diuinum,quo vnicuique dictum est ne faciat alteri quod sibi non vult fieri, vt in principio Decretorū,& dominus dicit in Esdra,Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui.9.q.1.ca. nullus alterius,facit ad hoc.C.de coharta.l. si quis, libro.12. Et hoc intelligo sine causa * quia ex iusta causa posset aliquis priuari ab homine vel à iure tali dominio.ff.de religio.& sump.fune.l.si quis sepulchrum.C.pro quis caus. ser.libe.acce.per totum. &.ff.&. C.de bonis damna. per totum. 19 20

Vnde per hoc respondetur ad argumentum quòd quātum ad humanam creaturam illa subest spirituali potesta-

ti,ſicut dictum eſt. Sed dominia rerum aliarum ſunt apud ſingulos qui iuſtè acquirunt:verum eſt de dominio legali vel humano. Sed dominium diuinum eſt apud Deum. Nec eſt contradictio,diuerſiſque reſpectibus accepto dominio.Ad illa iura communia,quæ dicunt quòd Imperator eſt dominus mundi.ff.ad leg.Ro.de iact.l.deprecatio. Reſponde vt notatur.C.de quadri. præſcrip.l.bene à zenone.

FINIS.

Emēdati,& ab erroribus purgati,Sūmariisq; dotati, Tractatus tres præinſerti fuerunt, per Do.Philippum Probum Bituricū,ſacrorum Canonum doctorem. Poſtmodum in calcographia Renati Aprilis impreſsi, ſumptibus tamen & expenſis prouidi viri Galeoti à Prato,bibliopolæ,& ciuis Pariſi. Anno à partu Virginis milleſimo quingēteſimo quinquageſimo primo, Pridie idus Nouembris.

¶Laus Deo & Virgini matri.

PHILIPPI PROBI, DIVINA PIEtate ſacerdotio fungentis, Ad reuerend. in Chriſto patres Eccleſiæ Prælatos, Precatio.

PErcepiſtis,& pluſquam abundè ex præinſertis cognoſcere potuiſtis, Patres reuerend. quæ & quãta prædeceſſores veſtri pro Eccleſiæ libertate, iuriſdictionéque illius tuenda ſuſtelere: Ideo & vos idem (vt veſtro incumbit officio) facere debetis, eorúmque veſtigia inſequi,& cum glorioſo martyre diuo Thoma archiepiſcopo Cantuarien. agere, vt docet experiẽtia facti. Qui ſuis ſcribens ſuffraganeis inquit, Accingimini gladio verbi Dei potentiſsimi, vt ſimul omnes fortius, & validius, valeamus vna reſiſtere, pro officij veſtri debito, aduerſus malignantes, aduerſus iniquitatem operantes, aduerſus eos qui quærunt animam eccleſiæ tollere, quæ eſt libertas, ſine qua, nec viget eccleſia, nec valet, aduerſus eos qui quærunt hæreditate ſanctuarium Dei poſsidere. Feſtinemus ergo (ſubdit) omnes ſimul id agere, ne ira Dei aſcendat ſuper nos, tãquam ſuper negligẽtes paſtores,& deſides, nec reputemur canes muti, latrare non valentes, ne exprobretur nobis à tranſeuntibus. A ſenioribus Babylonis egreſſa eſt iniquitas, is enim eſt, qui tanquam ſignifer belli tulit vexillum, & glorioſum in ſua eccleſia patientiſsimè ſumpſit martyrium, In cuius belli die, non debetis eſſe conuerſi retrorſum, nec minus ſimulare, ne in animam veſtrã veniat iſta diſſimulatio, eccleſiæq; pernitiem. Illa enim eſt, quam vobis eius ſponſus Chriſtus commendauit, cui iure tenemini paterno, ad illius obedientiam, qua non ſeruata, eo iure poterit vos exhæredationis pœna affligere, quod etiã humana lex dictat, id eſt patrẽ filiũ ex iuſta poſſe exheredare cauſa. Vobis quippe, non ſolũ per ſe, ſed etiã per ſuos doctores & apoſtolos, eam ſuã ſponſam à morſibus diaboli, illiusq; mẽbris deffenſare præcepit, dicens, Quod ſi non annunciaueritis impiis iniquitates ſuas,& moriantur in delicto ſuo, ſanguinẽ eorum de manibus veſtris requirã, inquit enim ſcriptura, quod nõ tantũ qui faciũt rei indicãtur, ſed etiã qui facientibus cõſentiunt,& par pœna agẽtes & cõſentientes cõprehendit:& alibi, Qui cõſentit peccãtibus,& aliũ peccantẽ defendit, apud Deum maledictus erit, & homines. corripietúrque correptione ſeuerisſima. & iterum, Si quis peccantem defendit, acrius quàm qui peccauit, coherceatur. Conſentiunt quidem,

& defendunt,qui agentes,& peccantes nõ puniunt, cum punire possunt. Interest igitur vestra Patres reuerend. vt coherceantur delinquentes aduersus ecclesiam, quæ est vnica, & vos de corpore eius estis membra Dico aduersus ecclesiam delinquentes, vt maximè sunt hæresis irretiti crimine, rei in causa domini dicti,quam totis viribus & ad sanguinem,vsque ex solo officij debito,defendere, & tueri tenemini, & eo tunc ecclesiam ipsam crescere videbitis quia in tribulatione,& sanguinis effusione, cõsueuit illa crescere,& multiplicari. Est nempe ecclesiæ militantis proprium,vt vincat cum læditur:& vt intelligat cum arguitur,obtineat cum deseritur.Nunquid conspicitis,quòd in multis locis per huiusmodi irretitos,captiua tenetur filia Sion, sponsa Regis magni, oppressa à plurimis, afflicta ab his, qui tempore longo oderunt eam,à quibus potius esset honoranda,quàm affligenda,ac iniuriis,& exactionibus infinitis turbanda. Ea enim est sub(fere)quotidiano facta tributo,& domina,ancillæ famula facta. Eia igitur strennui ecclesiæ milites,moram rumpite,& cum suis aduersariis,& inimicis contendite:quia mora ipsa in hoc trahit ad se periculum,quódque nimis ordinata patientia plus habet remissionis,q̃ commendationis,& plus vitij,q̃ virtutis.Opto enim vos imposterum semper melius agere,vt Christi fidelibus pax sit celebrior,& libertas ecclesiæ amplior. Abiicite ergo tẽporalia, nec spiritualia negligite: nam qui spiritualia pro tẽporalibus negligunt, in vtrisque deficiunt, potius enim estis successores piscatorum , quàm Augustorum.

Equidem vobis commissa est animarum cura,& regnum ipsius ecclesiæ,qui tractare habetis negotia ecclesiastica, vt totum reducatis ad salutem animarũ.Nam Petro dictum est,& in Petro rectoribus aliis ecclesiarum, non autem Regibus, nec aliis terrenis principibus,Tu es Petrus,& super hanc pẽtram ædificabo ecclesiam meam,& portæ inferi non præualebunt aduersus eam. In petra ideo firma (id est in vobis) ecclesia debet esse ædificata, à qua, videlicet à Christo eius sponso, principes ipsi potestatem accipiunt, non illa ab eis. Nullus nempe dubitat sacerdotes Christi,regum,& principum,omniúmque fidelium,patres & magistros censeri. Vos inquam misit Dominus in vineam suam,vt euellatis,& plantetis,quç sunt euellanda,& plantanda,non vt peccatoribus cornua detis, patrimoniúmque Crucifixi dissipare non permittatis,sed illud(quod est pauperũ substantia)defendatis. Attendite insuper quod singulis diebus, multis in partibus,circa Dei ecclesiam,illiusq; ministros, non solũ in bonis temporalibus, sed etiam in animi afflictionibus, & iniuriis, perperam agitur. Qua ideo animi cõstantia,tanto tempore dissimulare potestis,qui liberaturi

turi ecclesiam Dei à seruitute estis. non vos decuit, nec minus decet, tanto tempore tacere. Non timetis quòd à vobis auferatur sceptrũ, & transferatur regnum vestrum de gente in gentem, facientem eius fructum. Si igitur tacueritis, aut nimium tacuistis: reassumite vires, Patres reueren. quia clamare nunc necesse est, & vestras exaltare voces, contra eos (maximè) qui hæreticis fauent, eosque nutriunt: ne ira Dei super vos descendat, & tota gens pereat (quod absit) quia vltio diuina est immanis. Officij ideo vestri necessitates fortius q̃ prius, exercere habetis: aliàs video tribulationem imminere, & angustiam, non solùm vobis, sed & toti Christianæ religioni, circa quam, antiquus ille hostis diabolus, quotidie cum suis ministris circuit, & quem deuoret quærit, cui resistite fortes in fide, tanquã strẽnui milites ecclesię. Amplius ne remoremini, vt in die iustificationis, & calamitatis venientis, non solùm vobis, sed & ouibus vestris, dicat dominus, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Non enim in terrenis, nec in principibus, ac filiis hominũ est per vos confidendum, cùm in eis non sit animarum salus. Minime ergo debetis cum Iudæis dicere, Regem non habemus nisi Cæsarẽ, absit illud à vobis, quia summũ pontificẽ habetis regem, qui est Christus, & rex regum dicitur, etiam & papam in terris, eius vicarium supremum. Reuertimini ad regimen vobis cõmissum, & in eo fortiter, ac viriliter agite, & si quid temporibus vestris in ecclesia dei sinistrũ fuerit actum, viribus omnibus, cum humilitate restaurate. Alioquin verendum est (quod absit) ne citò veniat Deus noster, adducẽs super nos grandem retributionis vltionẽ, & grauissimam, Propitius tamen est his qui sperant in eo. Vos inquam in corpore, & de corpore Christi constituti estis, sic alter alterius membra mutuis obsequiis inuicem in hoc opere tam laudabili debetis deseruire: piaq; vicissitudine portare, non solùm propter catholicæ cõmunionis vinculum speciale, sed etiam propter nexum clericalis professionis tenemini astricti, aliàs ecclesia Dei diu stare non poterit, si in ruinam eius proni sunt quibus incumbit illius procurare salutem. Vobis igitur humiliter supplico, quatinus hæreticos, & eorum fautores, ac quoscunque ecclesiæ militantis (quasi naufragantis) inimicos, auctoritate vobis à Deo, & à sede Apostolica collata, audacter exurgatis: quia Dominus vobiscũ erit, nec vos deseret: causa enĩ illius est, Satius quippe est vobis, & quibuscunque orthodoxis mortem incurrere naturalem, q̃ promereri æternam, & extremas pro domino subire miserias, q̃ miseræ seruitutis in tædio, angustias perpetrare. Quod si hoc opus per vos deseratur, exemplum malum successoribus vestris, & tempore suo, error

peior priore erit, cùm malorum exempla facilius recipiantur, & poſteri. Relictis malorũ vitiis, rariſsimè ad exercitia virtutis aſſurgunt, quódque tempore procedente, quis minime reperietur, qui Romanæ eccleſiæ fidẽ ſeruet, qui decreta apoſtolicæ ſedis veneretur, qui ſummi pontificis mandatis obediat, qui non ipſam Dei eccleſiam contẽnat, vt fabulam, vt verba ſine veritate, & fructu, docet iamq; rei experientia. Cauſa itaque eccleſiæ vobis ſpecialiter eſt cõmiſſa, quos eius columnas ſtabiles eſſe puto, ſic ad auxilium veſtrũ recurrendum, qui & auctoritatem iuſtitiæ, & voluntatem miſerationis implendę, à domino accepiſtis. Verbum quidem ſapientis eſt, quod quis ſeipſum ad pœnam criminis obligare dignoſcitur, qui diuinitus accepta poteſtate, peruerſis hominibus ad audatiã delinquendi ex diſsimulatione vtitur, Ne vos igitur ex ea diſsimulatione manifeſtorum criminũ reatus inuoluat, & in pernitiem eccleſiæ amplius cõuincat: Ad vineã domini attendite, & veritatem corã omnibus præponite, Nam licet illa claudi, & ligari poſsit: non tamen vinci. Illa enim eſt quæ paucitate cõtentatur, multitudineque hoſtium non terretur. Dico rurſus, attendite, quoniam hæreſes creſcunt quotidie, & alia mala, etiam & occaſiones, & infinita malorum ingenia (Deus bone facies iſta impugne) Non hac via negligentiæ, & tepiditatis, Chriſtus inceſsit, non Apoſtoli, quorum imitatores eſſe debetis, Quare receditis à viis domini, in quo debet eſſe omnis fiducia. Nunquid legiſtis quòd Arrius parua ſcintilla fuit in Alexandria, ſed quia diſsimulante epiſcopo, nõ eſt ſtatim oppreſſus, eius totam vrbẽ fere flamma populata eſt, quod magis, atque magis in Martino Luthero viſum eſt, & adhuc videtur. Igitur in vobis aliqua alia non ſit diſsimulatio, quia longior expectatio plurimum habet periculi, & ſalutis nihil. Non ſimulatione, non ingenio, regenda eſt eccleſia, ſed veritate & iuſtitia, quæ ſe obſeruãtem, liberat ab omni periculo. Hoc ideo, per viſcera miſericordiæ Dei, rogo, facite, & Deum pro certo adiutorem habebitis: Nec timeatis de cætero, quid vobis faciat, ac dicat mortalis homo.

Valete Patres reuerend. & bene ſit vobis, & toti Eccleſiæ militanti, cuius milites eſtis ſtrennui. Pariſiis 15. Calend. Nouemb. Anno partus Virginis Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo.



Cum gratia & priuilegio.